Delinquens abſolutus in foro pœnitentiali, poteſt puniri in foro contentioſo.22.a.2.
Delinquens an poſſit, & debeat interrogari de ſocijs delicti.22.b.1.
Delinquenti opem præſtans qualiter teneatur.22.b.1.
Delinquens poteſt a quolibet capi, vt ducatur ad iudicem.22.a.2.
Depoſita pecunia in ſacculo non ſignato, depoſitarius illa põt vti.22.b.1.
Depoſitum factum ad certum tempus, poteſt etiam ante tempus recipi.22.b.1.
Deportatus & in metallum damnatus, an poſſit agere.22.b.1.
Deuolutio negotij principalis ad curiam quomodo fiat. 22.b.1.
Deuolutionis appellationis effectus.3.b.1.
Dignitatis præſeferende.23.a.1.
Dignitas abbatis æquiparatur dignitati epiſcopali.22.b.2.
Dignitatis appellatione, quæ comprehendantur.22.b.2.
Dignitates eccleſiaſticæ, quæ non ſint.22.b.2.
Dignitas eſt Archidiaconum eſſe.22.b.2.
Dignitas eſt eſſe plebanum quomodo procedat.22.b.2.
Dignitas eſt eſſe vicarium epiſcopi.23.a.1.
Dignitas eſt priorem eſſe.22.b.2.
Dignitas perſonatus quid ſit? 22.b.2.
Dilatio pendens impedit iudicem procedere.23.a.1.
Diœceſani appellatione quæ comprehendantur.23.a.1.
Diœceſis appellatione comprehenditur ciuitas.23.a.1.
Diſpenſare non poteſt epiſcopus ab irregularitate. 23.b.2.
Diſpenſat Papa in matrimonio carnali copula non conſummato. 24.a.1.
Diſpenſat Archiepiſcopus, & legatus ſuper defectu ætatis, & ordinũ epiſcopalium ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis eccleſiæ 25.a.1.
Diſpenſat Papa cum corpore vitiato.24.b.1.
Diſpenſat Papa matrimonium contrahi in ſecundo gradu conſanguinitatis in linea æquali 24.a.2.
Diſpenſat ſolus Papa in voto Hieroſolymitano.24.a.2.
Diſpenſare an poſſit legatus de latere.23.b.2.
Diſpenſare an poſſit Papa vltra votum continentiæ.24.b.2.
Diſpenſare cum illegitimo an poſſit legatus.24.b.1.
Diſpenſare dicitur Papa ſuper incompatibilibus.23.a.2.
Diſpenſare nequit Papa ſuper matrimonio contrahendo propter defectũ conſenſus.24.b.2.
Diſpenſare non poteſt Prælatus inferior epiſcopo.24.a.2.
Diſpenſare in quibus non poſſit Papa.24.b.1.
Diſpenſare quibus in caſibus non poſſit epiſcopus.23.b.2. & quibus in caſibus poſſit.24.a.1.& 2.
Diſpenſandi facultas conceſſa epiſcopo quid operetur.25.a.2.
Diſpenſandi facultas conceſſa intelligitur diuiſim, non cõiunctim.23.b.1
Diſpenſatus an ſit ad epiſcopatum habilitatus.23.b.1.
Diſpenſatus ad dignitates eccleſiaſticas non cenſetur diſpenſatus ad epiſcopatum, vel archiepiſcopatum.23.a.2.
Diſpenſatus ad ordinem non intelligitur diſpenſatus ad beneficium curatum.23.a.2.
Diſpenſatus non eſt idem cum illo qui non eget diſpenſatione.25.a.1.
Diſpenſatus plures perſonatus poteſt recipere.23.b.1.
Diſpenſatus qualiter conſequatur, & retineat beneficia.23.a.1.
Diſpenſatio cum illegitimo ad beneficia intelligitur de primo, & vnico. 23.a.2.
Diſpenſatio de iure debita, & ſimpliciter promiſſa, quomodo differant. 24.b.1.
Diſpenſatio de pluribus incompatibilibus reſtringitur ad duo.25.a.1.
Diſpenſatio eſt actus iuriſdictionalis.23.b.1
Diſpenſatio facta cum illegitimo ad obtinendum beneficium in eccleſia cathedrali, an poterit illud conſequi in Metropolitana.23.b.1.
Diſpenſatio facta illegitimo ad beneficia, non includit curata, nec præbendam eccleſiæ cathedralis.23.a.2.
Diſpenſatio generalis qualiter reſtringatur.24 b.1.
Diſpenſatio in maiori quomodo extendatur.24.b.1.
Diſpenſatio inſufficiens, & inualida ſuper duobus incompatibilibus retinendis quomodo intelligatur.23.a.2.
Diſpenſatio odioſa extenditur in incluſis, & connexis.24.b.1.
Diſpenſatio reſpiciens præiudicium diſpenſantis eſt late interpretanda. 23.a.1.
Diſpenſatio ſuper impedimento affinitatis valet.24.b.2.
Diſpoſitio in tempus collata intelligitur rebus non mutatis.25.a.2.
Diſtributiones quotidianæ duplices quando debeantur.25.a.2.
Diſtributionum quotidianarum appellatione quæ veniant.25.a.1.
Diſtrictus qualiter accipiatur.25.a.2.
Diſtinctualium appellatione qui veniant.25.a.1.
Diuiſio bonorum communium per fratrem maiorem facienda.25.a.2.
Doctor quibus priuilegijs gaudeat.25.b.1.
Doctores Decretorum legum Doctoribus ſunt præferendi.25.a.1.
Dolus qualiter probetur.25.b.1.
Domicilium originis mutari nequit.25.b.1.
Dominus an poſſit agere pro ſubdito, vel colonis ſuis.25.b.1.
Dominus caſtri, vel ciuitatis, an ex eo, quod ſit dominus, fundat intentũ ſuum iuris dicendi in eodem caſtro, vel ciuitate.26.a.1.
Dominus ex vna cauſa non poteſt amplius fieri ex alia.25.b.2.
Dominus feudi proprietatẽ ſine conſenſu vaſalli alienare nequit. 25.b.2.
Dominus rogando ſubditum dicitur illi mandare.25.b.2.
Dominus tenetur ex delicto Vicarij, vel alterius officialis.25.b.1.
Dominus terræ non poteſt illam terram alteri domino ſubijcere contra voluntatem ſubditorum ſuorum.
Dominium an acquiratur per conſtitutum factum a domino, qui non poſſidet.25.b.1.
Dominium an transferatur per confeſſionem 25.b.1.
Dominium an transferatur per ſententiam.25.b.1.
Dominium directum, & vtile qualiter acquiratur.25.b.1.
Dominium proprie non cadit in rebus incorporalibus.25.b.2.
Dominium transfertur ſine poſſeſſione.25.b.1.
Dominij appellatio intelligitur de directo.25.b.1.
Donatio abſenti facta nemine pro illo recipiente valet de æquitate canonica.26.a.1.
Donatio facta extraneo per carentem filijs, reſoluitur ex natiuitate filij. 26.a.1.
Donatio facta inter virum, & vxorem firmatur iuramento.26.a.1.
Donatio facta inter virum, & vxorem quando cõfirmetur morte.26.a.1.
Donatio ob cauſam non proprie eſt donatio 26.a.1.
Donatio ob merita, an illa probentur ex tali narratione.26.a.1.
Donatio ob merita propter ingratitudinem reuocari nequit.26.a.1.
Donatio per epiſtolam ad donatarium directam fieri poteſt.1.a.1.
Donatio Xeniorum an ſit viri, an vxoris.26.a.1.
Donatio ambaſciatori an cedant eius lucro.1.a.1.
Dos conſtante matrimonio poteſt permutari.26.b.1.
Dummodo dictio quid importet.26 b.2.
Duntaxat dictio quid importet.26.b.2.

E.

Eccleſia acquirit dominium ſine apprehenſione poſſeſſionis.26.b.1.
Eccleſia aduerſus lapſum temporis reſtituitur 26.b 1.
Eccleſia cathedralis quando vacare dicatur.26.b.1.
Eccleſia collegiata, quæ dicatur.26.a.2.
Eccleſia habet ſeruitium.26.a.2.
Eccleſia in parochiali rector reſidere tenetur.26.b.2.
Eccleſia parochialis debet regi per rectorem, niſi in contrarium ſit conſuetudo.26.b.2.
Eccleſia parochialis quæ dicatur.26.b.2.
Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem quadraginta annor.26.b.1.
Eccleſia vna plures poteſt habere Sacerdotes, quorum quilibet exercet curam animarum in ſolidum.26.b.2.
Eccleſiæ appellatio de quibus eccleſijs intelligatur.26.b.1.
Eccleſiæ appellatione quid contineatur.26.a.2.
Eccleſiæ acquiritur dominium rei emptæ de pecunia eccleſiæ.26.b.1.
Edere quando quis teneatur ſua inſtrumenta.26.b.2.
Edere tenetur quilibet colligans cum fiſco inſtrumentum proprium petente.26.b.2.
Eligere poteſt quis vt conferat pinguius beneficium ex pluribus beneficijs vacantibus ſimul.27.b.2.
Eligere vel eligi an poſſit ſuſpenſus.27.a.2.
Eligentes indignum non priuantur poteſtate eligendi, nec illa deuoluitur ad ſuperiorem.27.a.1.
Eligendi facultatem habens non poteſt ſeipſum eligere.27.a.2.
Electores an poſſint poſt ſcrutinium publicatum variare.27.a.2.
Electus confirmatus, licet non conſecratus, habet legitimam adminiſtrationem.27.a.1.
Electus electioni conſentiens dicitur etiam ante confirmationem ſpirituale, & coniugale vinculum cum Eccleſia contraxiſſe.27.a.1.
Electus, & confirmatus, a cuius confirmatione appellatum eſt, beneficia conferre nequit.27.a.1.
Electus, & non confirmatus, non confert beneficia.27.a.1.

Electus

Digitized by Google

# Singular. in Iure Canonico Deciſiuorum


Electus non confirmatus adminiſtrans priuatur iure ſibi competenti. 27.a.2.
Electus non habet ius in re per ſolam electionem. 27.a.2.
Electio licet caſſetur, attamen electo per ſuperiorem confirmato, confirmatio tuetur poſſeſſorem, & omnia facta per eum. 27.a.1.
Electio quando requirat obſeruare formã c. quia propter. de elect. 27.b.2.
Electio quando tractatur, & electores diſcordant in nominatione partis eligendæ, an vna pars poſſit ad aliam accedere. 27 b.1.
Electio quando vim confirmationis habeat. 27.a.1.
Electio rectoris ad quem pertineat. 27.a.2.
Electio ſi fit, etiam abſentes ſunt vocandi. 27.a 2.
Electio ſi fiat de Prælato ad eccleſiam non cathedralem, ſed regularem, non habet locum in tali electione.
Electionis decretum quam formam habere debet. 27.a.2.
Emphyteuſis an poſſit dari in dotem pro filia. 27.b.2.
Emphyteuſi finita per generationem finitam poſſunt deſcendentes petere, quod eis refirmetur, & ſi non refirmatur fit eis iniuria, & poſſunt appellare ad ſuperiorem, & petere vt eus cogat. 27.b.2.
Emptor re euicta non agit de euictione contra venditorem, ſi ei non denunciauit vt veniret ad defenſionem litis. 27.b.2.
Emptor ſi agit ad rem emptam poteſt repelli ub exceptionem pretij non ſoluti. 27.b.2.
Epiſcopus debet creari, & deputari in ciuitatibus non in caſtris. 28.b.2.
Epiſcopus de iure communi iuriſdictionem in tota ſua diœceſi exercet, etiam in cauſis, in quibus Inferiores Prælati habeant ordinariam iuriſdictionem. 28.b.2.
Epiſcopus eo ipſo quod epiſcopus eſt habet ius canoniæ annexũ 28.b.1.
Epiſcopus eſt caput Capituli, & Canonici, ſiue Capitulum ſunt membra, & faciunt vnum corpus. 28.b.1.
Epiſcopus etiam extra diœceſim exiſtens, poteſt beneficia ſuæ diœceſis conferre. 28.a.1.
Epiſcopus extra ſuam diœceſim poteſt in Pontificalibus celebrare, & prædicare. 28.a.1.
Epiſcopus fundat ſuam iuriſdictionem de iure communi in ſubiectione eccleſiarum ſuarum in ſua diœceſi. 28.a 1.
Epiſcopus in dubio præſumitur eſſe in Capitulo vt prælatus non vt Canonicus, & per quos actus apparet eum ibi ſtare. 28 b.2.
Epiſcopus infra tres menſes eligendus, & a die electionis confirmationem petere tenetur, & poſtea infra alios tres menſes pro conſecratione inſtabit, alias priuabitur ipſo iure prioribus beneficijs. 28.a.2.
Epiſcopus licet habeat collationem certi beneficij, non tamen ad illum inſtitutio, & deſtitutio pertinet. 28.a.1.
Epiſcopus non poteſt aliquem ſibi non ſubiectum ordinare ſine licentia ſui epiſcopi. 28.a. 1.
Epiſcopus non poteſt habere eccleſiam cathedralẽ cũ præpoſitura. 28.a.1
Epiſcopus non poteſt illegitimare filium illegitimum. 28.b 2.
Epiſcopus non poteſt præſcribere, quod etiam in caſu illicito poſsit rem alienare ſine conſenſu Capituli. 28.b.2.
Epiſcopus nulli alteri, quam Vicario ſuo generali poteſtatem conferendi beneficia vacatura committit. 28.a.1.
Epiſcopus poſt conſecrationem non poteſt deponi, nec ab adminiſtratione, vel epiſcopatu remoueri, niſi per ſolum Papam, aut habentem ab eo mandatum. 28.a.2.
Epiſcopus poteſt cum conſenſu Capituli & diuidere eccleſias, & perpetuam ſubtractionem vni eccleſiæ facere, & alteri dare. 28.a.1.
Epiſcopus poteſt facere ſtatutum contra antiquiorem conſuetudinem eccleſiæ, ſed non contra ius commune eccleſiæ. 28.b.2.
Epiſcopus poteſt parochialem eccleſiam iure epiſcopali, vel alteri dignitati ex cauſa rationabili vnire. 28. a.1.
Epiſcopus priuat clericum beneficio, qui monitus non oſtendit titulum beneficij. 28 b.2.
Epiſcopus probat ſubiectionem eccleſiæ per duo ſigna. 28.a.1.
Epiſcopus quando poſſit ad tempus, & quando perpetuo aliquid concedere. 28.a.1.
Epiſcopus quando teneatur requirere conſilium Capituli. 28.a.2.
Epiſcopus quo caſu poſſit eſſe procurator alterius. 28.b.2.
Epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt quem beneficio priuare. 28.a.2.
Epiſcopus ſolus fundat intenſum de iure communi ſuper iuriſdictione puniendi exceſſus in ſua diœceſi, excluſo quolibet alio Prælato inferiore. 28.b.2.
Epiſcopo quando currat tempus ſemeſtre conferendi beneficia. 28.a. 2.
Epiſcopi appellatione in materia iuriſdictionali quid comprehendatur. 28.a.2.
Epiſcopi & Archiepiſcopi non debent a clero indebitas exactiones facere, aliàs puniuntur. 28 b.1.
Epiſcopi, & alij promouendi ad beneficia debent eſſe literati. 28. b.1.
Error commiſſus per procuratorem in dandis poſitionibus per iuramentum poteſt corrigi per principalem ſine expreſſa reuocatione erroris. 29.a.1.
Error communis an faciat geſta valere. 29.a.2.
Error communis habetur pro veritate in iuriſdictione ordinaria, ſecus in delegata. 29.a.1.
Error communis non iuuat, nec pro veritate habetur, ſi ſententia lata cõmuni errori contraria eſt. 29 a.1.
Error confeſſionis licet poſſit reuocari vſque ad ſententiam, tamen ſecus ſi allegatur error in ſcriptura inſtrumenti producti. 29.a.1.
Error in facto proprio toleratur, vbi agitur de damno vitando. 29.a.2.
Error in nomine, non vitiat actum, ſi de perſona per circumſtantias conſtet. 29.a.2.
Error iuris quando excuſet. 29.a 2.
Error iuris toleratur vbi agitur de damno vitando. 29.a.2.
Error tacitæ confeſſionis ſurgens ex productione inſtrumenti non poteſt reuocari, nec admittitur quis ad probandum talem errorem. 29.a.2.
Errorem ſuum poteſt procurator reuocare. 29.a.1.
Et cetera dictio quid ſignificet. 29.b.1.
Et dictio eſt ampliatiua. 29 b.1.
Etiamſi dictio quid ſignificet. 26 a.2.
Etſi dictio quid importet. 29.b. 1.
Excipere an quis poſſit de iure tertij. 30.b.1.
Exceptio an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem actiue, & paſſiue. 29.b.1.
Exceptio competens ex ſtatuto, quod bannitus non audiatur, non poteſt contra bannitum in cauſa appellationis opponi. 29.b.2.
Exceptio contra actorem oppoſita, quod priuandus veniat iure, quod habeat in re, quam petit, quando ſit admittenda. 29.b.1.
Exceptio declinatoria iuriſdictionis quando non opponatur. 29. b.2.
Exceptio de re iudicata, tranſacta, finita, & præſcripta poteſt opponi ad impediendum proceſſum. 30.b.1.
Exceptio dilatoria non conſumitur per litis conteſtationem. 29.b.2.
Exceptio dilatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam quomodo debeat opponi 30.a.1.
Exceptio doloſe, & ſcienter omiſſa in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis. 30.a.1.
Exceptio dubia quando admittenda. 29.b.1.
Exceptio excommunicationis continet procuratorem excommunicatũ, licet ſit dilatoria. 29 b.2.
Exceptio in beneficialibus opponitur non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum, & contra literas. 30 a.1.
Exceptio iſta Tu non es procurator, non poteſt opponi in executione ſententiæ, nec in cauſa appellationis. 30.a 2.
Exceptio iſta Tu non habes mandatum ſufficiens, non poteſt opponi poſt litem conteſtatam. 30.a.2
Exceptio iuriſdictionis declinatoria non tollitur per ſatiſfactionem de iudicio ſiſti, vel de iudicatu ſoluendo. 29.b.2.
Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra perſonas eccleſiaſticas, etiam poſt lapſum bienij. 30.b.1.
Exceptio ordinis eſt dilatoria 29.b 2.
Exceptio licet firmet regulam, nunquam tamen illam ampliat. 29.b.1.
Exceptio pacti de non agendo firmati iuramento de non agendo eſt declinatoria fori & ante litis conteſtationem opponenda. 30.a.1.
Exceptio peremptoria quando poſſit opponi in vim dilatoriæ ad proceſſum impediendum. 30.a 1.
Exceptio præiudicialis an ſit prius tractanda, & facienda quam cauſa principalis. 30.a.1.
Exceptio præſumptionis poteſt poni ad proceſſum. 30.b.2.
Exceptio quælibet nota poſt terminum opponi poteſt. 30.a.1.
Exceptio quælibet peremptoria ante litem conteſtatam admittenda. 30.b.1.
Exceptio ſolutionis, & acceptilationis opponitur ad impediendum proceſſum. 30.b.1.
Exceptio ſpecialiter opponenda. 29.b.1
Exceptio ſpoliationis facta per tertium licet opponatur executioni, non tamen proceſſui, nec definitioni 29 b.1.
Exceptionem contra aduerſarium habens an agere poſſit, ne inquietetur. 1.b.1.
Exceptionem habens aduerſarium conuenire poteſt implorando iudicis officium, ne ab eo inquietetur, licet non ab ipſo conueniatur. 29.b 2.
Exceptionem obijciens non videtur de intentione aduerſarij aliquid confiteri 30.b.2.
Exceptiones dilatoriæ permiſſæ opponi poſt litem conteſtatam, intelliguntur permiſſæ eo caſu duntaxat, quod de iure opponendi non eſt prouiſum per viam agendi. 30. 2.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem non debent impedire proceſſum 30.b.1.
Excommunicare poſſunt inferiores Prelati, & quilibet clericus ex conſuetudine præſcripta. 31.a.2.
Excommunicatio an probetur ex eo, quod pateat aliquem ab excommunicatione abſolui 31.a.1.
Excommunicatio, & anathematizatio differunt. 31.a.2.
Excommunicatio non probatur per denunciationem, quando exceptio excommunicationis opponitur in vim peremptoriæ 31.a.1.
Excommunicatio per quæ verba inducatur. 31.a.1.
Excommunicatio vt valeat quæ requirantur 30.b.1.
Excommunicationis ſuſpenſio, & interdictum quomodo differant. 33.a.1.
Excommunicationem incurrit clericum inuitum detinens. 30 b.1.
Excommunicationem non incurrit, qui pro defenſione perſonarum, vel rerum manus violentas in clericum mittit. 30.a.2.
Excommunicatus an poſſit eſſe arbiter. 5.a.2.
Excommunicatus an præſcriptionem interrumpere valeat. 32 b.2.
Excommunicatus iudicialiter agere nequit. 30 b.2.
Excommunicatus licet poſſit in cauſa appellationis agere, habet tamen neceſſe abſolutionem petere ante ingreſſum iudicij, ne contemnere videatur. 32.a.1.
Excommunicatus licet poſſit eſſe in iudicio vt reus conuentus, non tamen in actione l. diffamari. C. de ingenuis, & manumis. 32.a.1.
Excommunicatus licet male abſolutus non debet in eandem excommunicationis ſententiam remitti. 31.a.2.
Excommunicatus maiori excommunicatione poteſt beneficium acceptare, ſed non poteſt de illo ſibi prouidere. 30 b.1.
Excommunicatus minori excommunicatione ſuſpenſus eſt, quo ad ſe tantum, non quo ad alios 30.b.1.
Excommunicatus nomine dignitatis ſuæ an poſſit contrahere. 32.a 1.
Excommunicatus non poteſt agere de nullitate ſententiæ, nec alium reconuenire. 30.b.2.

Excommunicans non perdit propter excommunicationem actiones ſibi quæſitas. 32.b.1.
Excommunicatus non poteſt aliquod priuilegium impetrare. 30 b.2.
Excommunicatus non poteſt eſſe procurator alterius in iudicio ex parte rei. 32 a.2.
Excommunicatus nõ poteſt petere reſtitutionem principaliter aduerſus ſententiam, niſi in cauſis matrimonialibus, & beneficialibus. 30.b.2.
Excommunicatus occultus non eſt vitandus. 30.b.1.
Excommunicatus petens abſolutionem ad cautelam quomodo procedere, & quę probare debeat. 30.b.2.
Excommunicatus petens laudum reduci ad arbitrium boni viri auditur. 32.b.2.
Excommunicatus pluribus excommunicationibus an ab illis per vnam generalem abſolutionem poſſit abſolui. 33.a.1.
Excommunicatus poſſeſſorio ad repetendam vxorem agere poteſt. 32.b.2.
Excommunicatus poteſt aliquod ſpirituale expedire, ſi illud eſt facti. 32.b.1.
Excommunicatus poteſt eleemoſynam facere. 32.b.1.
Excommunicatus poteſt litem ſuper abſolutione per procuratorem agitare. 32.a.2.
Excommunicatus poteſt matrimonium contrahere, & teſtamentum cõdere, & contractus inire, & æquiparatur deportato. 30.b.1.
Excommunicatus pro manifeſta contumacia non abſoluitur, niſi prius contumaciam purget, & de expenſis ſatisfaciat. 30 b.2.
Excommunicatus pro manifeſta offenſa non auditur, nec abſoluitur, antequam ſatisfaciat. 30 b.2.
Excommunicatus propter contumaciam, ſi anno in excommunicatione perſeuerauerit habetur pro conuicto de delicto. 31.a.1.
Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum poteſt abſolui per ordinarium. 31.a.2.
Excommunicatus publice non poteſt inſtrumenta conficere. 32.b.1.
Excommunicatus quando intelligatur renunciare appellationi interpoſitæ. 2.b 2.
Excommunicatus qua ratione non poſſit eſſe in iudicio. 32 a.1.
Excommunicatus ſi abſoluitur, an recuperet fructus medio tempore ex ſuo beneficio perceptos. 33.a.1.
Excommunicatus ſi non auditur excipiens, poteſt impetrare reſcriptum. 30.b 2.
Excuſator ſine mandato admittitur in criminali ad allegãdas cauſas abſentiæ. 33.a.1.
Executio iuris realis non fit contra ſingularem ſucceſſorem, non habentem cauſam ab eo. 33.b.1.
Executio ſententiæ non poteſt fieri pendente cauſa reſtitutionis in integrum, niſi detur cautio. 33.a.1.
Executio ſententiæ poteſt fieri contra vniuerſalem ſucceſſorem, qui eſt eiuſdem conditionis cum prædeceſſore. 33.b.1.
Executio ſententiæ ſuſpenditur propter iter ad Papam ſuſceptum. 33.a.2.
Executio trium conformium ſententiarum fit non obſtante petitione reſtitutionis in integrum. 33.a.1.
Executio trium ſententiarum difformium non poteſt impediri prætextu alicuius nullitatis, niſi illa ex defectu iuriſdictionis opponatur. 33.b.2.
Executionem ſententiæ pars propria auctoritate ingrediendo poſſeſſionẽ facere nequit. 33 b.2.
Executor Apoſtolicus non poteſt alteri delegare, 34 a.2.
Executor Apoſtolicus non poteſt ante literas Apoſtolicas ſibi præſentatas aliquem proceſſum facere 34.a.1.
Executor non poteſt vt ſuſpectus recuſari, cum non habeat cognoſcere, ſed ſolum exequi, quod eſt commiſſum. 34.a.1.
Executor teſtamenti põt eſſe femina, & minor vigintiquinq; annorum. 34 a.2.
Executor vltimæ voluntatis an poſſit cogi ad exequendum officium ſibi a teſtatore datum. 34.a.2.
Executoris poteſtas durat perpetuo, donec negotium ſibi cõmiſſum plenum ſortiatur effectum. 34.a.2.
Executore teſtamenti mortuo non tranſit eius officium ad hæredes, vel ſucceſſorem. 34.a.2.
Exemptus ab ordinario coram illo comparere non tenetur allegaturus exceptionem ſuam, ſi de iure communi eſt exemptus, ſecus ſi ex priuilegio. 34.b.1.
Expenſæ alimentorum, & litis debent ſubiecto litiganti contra prælatum ſubminiſtrari. 34.b.1.
Expenſæ, & fructus ad quos agens poſſeſſorio condemnatus fuit, ſunt reſtituendi, priuſquam in petitorio audiatur. 34.b.1.
Expenſæ quando hinc inde compenſentur. 34.b.1.
Expenſæ, quæ fiunt in electionibus, & confirmationibus a quo ſoluuntur. 34.b.1.
Expenſarum condemnationem in ſecunda inſtantia quis non euitat. 34.b.1.
Expenſas litis tenetur litigans qui ſuccumbit ſoluere, & in illis condemnari. 34.b.1.
Expreſſe quid hoc vocabulum ſignificet. 34.b.1.
Extenſio fit de vero ad fictum. 1.a.1.
Extremum dictio quid ſignificet. 34.b.1.

## F.

FAcere aliquid de facto an ſufficiat quo ad actionem, vel exceptionem quærendam. 34.b.1.
Facere dicitur, qui non facit. 34.b.1.
Factum ſuum quando quis poteſt reuocare. 34.b.1.
Falſi pœna punitur ſcienter falſum teſtimonium, ſeu inſtrumentum producere. 34.b.1.
Falſi pœna quis puniatur. 34.b.2.
Falſitatis appellatione quid ſignificetur. 34.b.2.
Fama an, & quomodo plenam faciat probationem. 34.b.2.
Fama a rumore in quo differat. 34.b.2.
Fama cum vno teſte de veritate an faciat plenam probationem in probanda excommunicatione, vel de alia re. 34.b.2.
Fama qualiter a teſte probetur. 34 b.2.
Fama ſi probetur, & ſi ſit alia contraria; quæ præualeat. 34.b.2.
Famoſum quid ſit. 34.b.2.
Familiaris appellatione quis contineatur. 34.b.2.
Familiarem eſſe, & de familia eſſe, an ſint idem. 34.b.2.
Familiares quando deſinunt eſſe familiares. 35.a.1.
Femina non poteſt carcerari pro debito ciuili, ſicut nec clericus. 35.a.1.
Feriæ in appellationis fatalibus computantur. 35.a.1.
Feriæ non impediunt libellum offerri. 35.a.1.
Ferijs ob neceſſitatem hominum introductis, quæ cauſæ poſſint tractari. 35.a.1.
Ferijs repentinis non renunciatur. 35.a.1.
Feriatis diebus in honorem Dei introductis quomodo procedi poſſit. 35.a.1.
Feriatis diebus qualiter citatio decernatur. 35 a.2.
Feriatis diebus ſententia excommunicationis fertur. 35.a.1.
Feudum conſuetum dari maſculis non conceditur feminis. 35.a.2.
Feudum poteſt pater dare in dotem pro filia ſua. 35.a.2.
Feudum reuerſum, & deuolutum ad Eccleſiam, cum ſolennitate, quæ in alienatione requiritur, infeudari debet. 35.a.2.
Feudi in quæſtione ordo iudiciarius ſeruandus. 35.b.1.
Feudi in quæſtione quando ordinarius clerici ſe intromittere nequeat. 35.b.1.
Feudi quæſtio adeo ad dominum feudi pertinet, vt iuriſdictio cauſæ feudalis in alium prorogari nequeat. 35.b.1.
Feudi quæſtio ad pares deuoluta, ſi non adſint, eligentur arbitri ad ſimilitudinem iudicis ſuſpecti. 35.b.1.
Feudi quæſtio deuoluit iuriſdictionem ad dominum, vel ad pares curiæ, negligentibus ſuis. 35.a.2.
Feudi quæſtio exiſtens inter vaſallos poteſt a domino feudi alteri delegari. 35.b.2.
Feudi quæſtio inter dominum, & vaſallum, quomodo tractari debeat. 35.a.2.
Feudi quæſtio inter vaſallum, & tertium cognoſcitur per ordinarium. 35.b.1.
Feudi quæſtio inter vaſallos cognoſcitur, & deciditur per dominum. 35.a.2.
Feudi quæſtio per pares curiæ determinanda, non ad omnes transfertur, ſed vnum ex eis dominus eliget, & alium vaſallus. 35.b.1.
Feudi quæſtio quando eſt inter vaſallos a ſecundo domino inueſtitos, an terminari debeat per ipſum ſecundum dominum. 35.b.1.
Feudi quæſtionem domino cognoſcere negligente poteſt adiri proximus ſuperior ordinarius, qui cognoſcit. 35.b.1.
Fictio differt a præſumptione iuris & de iure. 35.b.2.
Fictio non poteſt allegari niſi in caſibus in iure expreſſis. 1.a.1.
Fictio ſimplex quid operetur. 35.b.2.
Fictio trahitur retro quo ad actus pendentes. 35.b.2.
Fictio trahens ſe retro, quæ comprehendat. 35.b.2.
Fictioni veritas quando præualeat. 35.b.2.
Fictus contumax quis dicatur. 4.a.1.
Fideicommiſſum relictum ſub conditione ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine hæredibus quomodo intelligatur. 35.b.2.
Fideicommiſſarius vniuerſalis non tranſmittit ius petendi fideicommiſſum. 35.b.2.
Fideiuſſor ſi vult agere contra principalem, oportet veram ſolutionem interueniſſe. 35.b.2.
Fideiuſſorem dare obligatus, quem dare nequit, ſufficit iuratoriam cautionem præſtare. 35.b.2.
Filius an poſſit inuitus emancipari. 35.b.2.
Filius an poſſit legitimari vt filius patris petente auo. 36.b.1.
Filius baſtardus an ſit de domo, & familia, & agnatione patris. 36.a.2.
Filius emancipatus licet clericus, poteſt recipere ceſſionem a patre contra laicum. 35.b.2.
Filius eſt ſuus, & neceſſarius hæres patri. 36.a.1.
Filius ex duplici adulterio natus, quomodo legitimationem impetrare debeat. 36.b.2.
Filius ex ſecundo matrimonio natus, cenſetur legitimus. 36.a.1.
Filius illegitimus an ſtatuto ciuitatis legitimari poſſit. 36.a.2.
Filius illegitimus inhabilis ad beneficia. 36.a.1.
Filius inſtitutus, & de reſtituẽdo grauatus detrahit duas quartas. 36.a.1.
Filius legitimatus an ſuccedat in feudo. 36.a.1.
Filius hæreditatem paternam etiam non aditam tranſmittit. 36.a.1.
Filius legitimatus excludit ſubſtitutum patri ſub conditione, ſi pater deceſſerit ſine liberis legitimis 36.b.2.
Filius legitimatus habilior ad beneficia, quam diſpenſatus 36.a.2.
Filius legitimatus ſimpliciter acquirit indifferenter ius ſuccedendi agnatis, & cognatis. 36.b.1.
Filius legitimatus viuente patre, rumpit illius teſtamentum, in quo non fuit inſtitutus. 36.b.2.
Filius militis non dicitur, ſi ante militiam fuit natus. 36.a.2.
Filius natus ex muliere, cum qua non potuit contrahi, quatenus habeatur pro legitimo. 36.a.1.
Filius naturalis, & etiam ſpurius ſuccedit in bonis, quæ ſui patris fuerunt. 35.b.2.
Filius naturalis tantum quis dicatur. 36.b.2.

Filius

Digitized by Google

Filius non poteſt adoptari per procuratorem. 36.b.1.
Filius non poteſt teſtari, nec codicillari, etiam patre volente. 36.a.1.
Filiusfamilias poteſt eſſe arbitrator. 5.b.1.
Filius poteſt per procuratorem legitimari, ſiue ſit patris, ſiue filij. 36.b.1.
Filius primogenitus excludit ſecundo genitum, & ipſius filius excludit patruum. 36.a.1.
Filius primogenitus non poteſt ſine cauſa priuari per patrem bonis, & iuribus ex conſuetudine, aut iure primogenituræ ſibi debitis. 36.a.1.
Filius qualiter legitimatus intelligatur per legitimationem iuris collatiui, & reſtitutiui. 36.b.1.
Filius ſi eſt factus epiſcopus a patria eximitur poteſtate. 36.a.2.
Filius ſi legitimetur, an citari debeãt illi, qui alias ab inteſtato ſint ſucceſſuri. 36.b.2.
Filius ſpurius, & inceſtuoſus ſimul, an poſſit legitimari. 36.a.2.
Filius viuo patre non habet aliquod ius in legitima, nec viuo patre eſt ei debita, ſed quaſi debita. 36.b.2.
Filij appellatione non continetur baſtardus. 36.b.2.
Filij illegitimi legitimatio ad quem ſpectet. 36.a.2.
Filiusfamilias acquirit patri vſumfructum. 36.b.2.
Filiusfamilias an, & quando cum patre poſſit contrahere. 36.b.2.
Filiusfamilias eſt capax dotis. 36.b.2.
Filiusfamilias per viginti annos ſe gerens pro ſui iuris homine liberatur a patria poteſtate. 36.b.2.
Filiusfamilias poteſt in aliquibus caſibus vendicare rem in iudicio ſine conſenſu patris. 35.b.2.
Fines caſtrorum, & villarum non eſt neceſſe ponere in libello, ſi petitur caſtrum, vel villa. 36.b.2.
Fines probantur per antiqua inſtrumenta, vel per antiquos libros. 36.b.2.
Fiſcus non eſt verus hæres deportati, ſiue illius cuius bona ſunt publicata. 37.a.1.
Fiſcus vendens rem alienam, an emptor ſit ſecurus. 37.a.1.
Fiſci priuilegia, & iura vbi habeantur. 37.a.1.
Forma dat eſſe rei, & ea ſublata res ipſa deficit 37.a.1.
Fornicator presbyter, & ſimplex clericus, eodem modo puniuntur, & eodem iure. 37.a.1.
Fornicatio omnem carnalem illicitum concubitum comprehendit. 37.a.1
Frater vterinus tantum excludit conſanguineum, & vice verſa. 37.a.1.
Fraus committitur contra legem, & qualiter ſit ſpecies ſeparata a dolo. 37.a.1.
Fraus qualiter probetur, 37 a.1.
Fructus agens poſſeſſorio, & obtinens, quatenus reſtituat illos agenti, & obtinenti in petitorio. 37.a.1.
Fructus beneficij an debeantur ſuccedenti in beneficio, vel hæredi defuncti, vel eccleſiæ. 37.a.2.
Fructus beneficij an ſint reſtituendi. 37.a.2.
Fructus conſiſtit in redditu. 37.a.2.
Fructus, & penſiones rei alienatæ an pertineant ad emptorem, vel venditorem. 37.a.2.
Fructus iuriſdictionis quomodo diuidantur. 37.a.2.
Fructus in abſentia quando quis percipiat, ac ſi reſideret. 1.a.1.
Fructus iuris patronatus eſt ipſa præſentatio. 17.a.1.
Fructus continentur appellatione beneficiorum. 37.a 1.
Fructus qualiter, & quibus caſibus in ſortem computentur. 37.a.1.
Fur non poteſt agere contra furem pro re furtiua alias furata ſibi per aliũ ſubtracta. 37.a.2.
Furor, & clementia qualiter probentur.
Furoris dilucida interualla habens poteſt eſſe arbitrator. 5.b.1.


## G.


GEnus eſt quod comprehendit plura. 37.b.1.
Genus ſubſequens ſpecies enumeratas reſtringitur ad qualitatem ſpecierum enumeratarum. 37.a.2.
Generi qualiter per ſpeciem derogetur. 37.a.2.
Generalis ſermo an comprehendat perſonam loquentis. 37 a.2.
Generalis ſermo tantum operatur quo ad genus, quantum operatur ſpecialis quo ad ſpeciem. 37.a.2.
Generalia, & vniuerſalia verba appoſita verbo futuri temporis quid ſignificent. 37.b.1.
Generalia verba acceſſorie appoſita reſtringũtur ad ſuũ principale. 37.b.1
Genitiuus ab homine prolatus an ſignificet dominium. 37.a.1.
Gratia Apoſtolica qualiter conſideretur, & diſcutiatur. 37.b.1.
Gratia Apoſtolica quando cenſeatur perfecta. 38.a.2.
Gratia alicui facta ſemper intelligitur ſine præiudicio iuris alterius quæſiti. 38.b.1.
Gratia beneficij collegiati, vel conuentualis, qualiter impetretur. 37 b.2.
Gratia beneficialis afficit beneficium in gratia comprehenſum. 38.b.1.
Gratia beneficialis conceſſa per Papam ſi eſt ſubreptitia, nõ impedit quin ordinarius conferre poſſit. 39.a.1.
Gratia beneficialis eſt ſubreptitia, ſi in ea tacet impetrans aliam gratiam ſibi factam, licet inualidam, 39.a.2.
Gratia beneficialis non dicitur ſubreptitia, licet impetrans tacuerit beneficium, in quo, vel ad quod probabiliter ignorat ſibi ius competere. 40.a.1.
Gratia beneficialis ſi eſt ſurreptitia non tribuit executori aliquam iuriſdictionem, 39.a.1.
Gratia de beneficio facta quando non intelligatur de curato, ſed ſimplici. 38.a.2.
Gratia de beneficio vacaturo generaliter in prouincia, ciuitate, vel diœceſi conceſſa, reſtringitur ad primum, 38.b.1.
Gratia decreto irritante facta quid operetur. 38.b.1.
Gratia facta ad dignitates eccleſiaſticas non comprehendit ſuperiores. 38.b.1.
Gratia facta contra generale concilium, an cenſeatur ſurreptitia. 39.b.1.
Gratia facta, licet nondum executa, non expirat per mortem Papæ, licet ſit ſecus in facienda. 38.a.1.
Gratiam impetrans a Papa, vel etiam legato, quæ exprimere debeat, 37.b.1.
Gratia impetrata lite pendente, licet de illa non fiat mentio, attamen non dicitur ſurreptitia quando aduerſarij non intereſt. 39.a.2.
Gratia in communi forma pauperum quid contineat. 38.a.1.
Gratia mandati de prouidendo ſub certo beneficio facta, quid operetur, 39 b.2.
Gratia mandati de prouidendo habet vim reſeruationis. 40.a.1.
Gratia motu proprio facta an dicatur ſurreptitia. 39 a.1.
Gratia motu proprio facta de beneficio curato in principali eccleſia dicitur ſubreptitia, niſi in ea fiat mentio de cura, & principalitate beneficij 39.a.1.
Gratia motu proprio facta in beneficialibus non dicitur ambitioſa, ſed impetrata. 38 a.2.
Gratia non poteſt eſſe ſubreptitia, quando eſt facta ex certa ſcientia. 39.a.1.
Gratia pẽdẽte lite impetrata, tacita de illa, pro ſubreptitia habetur. 39.a.1
Gratiam, per quam mandauit alicui prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum certæ ciuitatis, an comprehendat eccleſiam cathedralem. 38 b.2.
Gratia poteſt eſſe ſurreptitia pro parte, & pro parte non. 40.a.2.
Gratia quando fit de vacaturo beneficio ſine clauſula, quod duxerit acceptandum, & ſine appoſitione quomodo procedatur. 38.a.1.
Gratia quando proprie dicatur ſurreptitia. 39.a.1.
Gratia, quæ ex taciturnitate ſtatuti cenſetur ſubreptitia, non excuſat ſurreptionem, licet narret ſtatutum, ſi tacet eius apoſtolicam confirmationem 40.a.1.
Gratia quibus in caſibus habeatur pro ſurreptitia. 39.b.1.
Gratiam ſi quis impetrat in eccleſia numerata, de numero mentionem facere debet. 40.a.1.
Gratia ſiue ſit indulgentia, ſiue conſummatio, ſiue reuocatio, ſiue priuilegium redditur nulla propter ſurreptionem, ſicut reſcriptum. 38.b.2.
Gratia ſi neutri ſemper cenſetur ſurreptitia, niſi exprimãtur quæ poſſunt Papam mouere ad concedendum, vel negandum. 39.b.2.
Gratiæ impetrandi beneficia varij modi. 37.b 2.
Gratia ſi dicatur ſurreptitia, impetrans probare tenetur vera eſſe, quæ expreſſit 38.b.2.
Gratia ſi plures de eodem beneficio factæ reperiuntur, nec apparet quæ præceſſit, quid iuris ſit. 38.a.2.
Gratia ſpecialis, quæ ſit. 38.b.1.
Gratiam beneficij ex cauſa permutationis impetrans de alijs ſuis beneficijs mentionem aliquam non tenetur facere. 37.b.1.
Gratiam beneficij impetrans verum valorem beneficij impetrati exprimere, & probare debet. 37 b.1.
Gratiam beneficij impetrans de ordinis qualitate annexi mentionem facere tenetur. 37.b.2.
Gratiam beneficialem impetrans non de quantitatibus beneficiorum ipſorum mentionem facere tenebitur. 37.b.2.
Gratiam beneficialem impetrans ſpecialem de beneficio mentionem facere tenetur. 37.b.1.
Gratiam de beneficio impetrans verum vacandi modum, & falſum exprimere tenetur. 37.b.1.
Gratiam expectatiuam habens cum clauſula anteferri, quid illa operetur. 38.a.2.
Gratiam habens de acceptando beneficio poteſt acceptare præbendam. 38.b.2.
Gratiæ expectatiuæ duobus ſub eadem data conceſſæ quomodo vnus alteri præferatur. 38.a.2.
Gratiæ ſi ſunt plures ad diuerſa priuilegia, vel beneficia impetratæ, quæ illarum alteri præferatur. 40.a.3.


## H.


HÆreditas quo caſu accipiatur loco bonorum. 40.a.2.
Hæres ex iuramento defuncti non incidit in periurium, nec eius anima ligatur. 47.b.1.
Hæres extraneus non ſuccedit in iure emphyteutico. 40 b.1.
Hæres inſtitutus in certa parte tantum, quando conſequatur totam hæreditatem, 40 a.2
Hæres inſtitutus in re certa, quando habeatur pro hærede in ſolidum, 40.a.2.
Hæres quando ex delicto defuncti teneatur. 40.a.2.
Hæres ſortitur forum ex perſona defuncti. 40.b.1.
Hæredis appellatione continetur non tantum hæres primus, ſed etiam hæres hæredis in infinitum. 40.b.1.
Hæredis inſtitutio per quæ verba fiat. 40.b.1.
Hæreticus alius occultus, alius manifeſtus, vel notorius, & publicus. 40.b.1.
Hæretici ad omnia officia, & beneficia, etiam eccleſiaſtica ſunt inhabiles. 40.b.1.
Hæretici, & eorum fautores, & aduocati, eorumque hæredes vſque ad ſecundam progeniem ſunt inhabiles ad beneficia temporalia, 40.b.1.
Hæretici omnibus ſuis bonis priuandi, & ſpoliandi ſunt, 40.b.1.
Hæretici ſunt ipſo iure excommunicati. 40.b.1.
Homicida an ſit inhabilis ad beneficia eccleſiaſtica. 40.b.1.
Honor auget vtilitatem. 40.b.1.
Honor ceteris rebus præferendus. 40.b.1.
Hoſpitalia an veniant nomine beneficij, vel officij. 40.b.1.
Hoſpitalia habent iura ſpiritualia. 40.b.1.





Digitized by Google

Hoſpitalia non continentur appellatione beneficij in literis gratioſis ad beneficia conceſſis. 8. b. 1.
Hoſpitalia non habent certum tempus a iure præfixum, in quo illorum gubernatio committi debet quando rectore careant. 40. b. 1.
Hoſpitale qualiter ſit titulus prophanus, & qualiter eccleſiaſticus. 40. b. 1
Hypotheca quid ſit, & quomodo conſtituatur. 40. b. 1.
Hypotheca tacita contrahitur in bonis Prælati male adminiſtrantis. 40. b. 1.

I.

ID eſt dictio quid ſignificet. 40. b. 2.
Idoneus quis cenſeatur. 40. b. 2.
Ignorantia iuris quando excuſet. 40. b. 2.
Ignorantia iuris quando toleretur. 40. b. 2.
Ignorantia præſumitur in his, quæ quis ſcire, & indagare non tenetur, 40. b. 2.
Ignorantia probatur per iuramentum. 40. b. 2.
Ignorantia ſupina, atque craſſa excuſat. 40. b. 2.
Ignorantia toleratur in muliere in certis caſibus duntaxat in iure expreſſis. 40. b. 2.
Ignorans reſtituitur aduerſus præſcriptionem. 40. b. 2.
Ignoranti non currit tempus quo ad pœnam imponendam, ſed quo ad lucrum præcipiendum. 40. b. 2.
Impedire alterum quis dicatur, 40. b. 2.
Imperator nõ ex qualibet cauſa deponitur, ſed ſi eſt incorrigibilis. 40. b. 2
Imperatoris aſſertioni an ſtandum ſit, ſicut aſſertioni Papæ. 40. b. 2.
Imperatoris electio non habet certũ tempus a iure præfixum, infra quod fieri debet. 40. b. 2.
Imperialis ſumma poteſtas an poſſit prouideri per inferiorem. 20. b. 2.
Indefinita æquipollet vniuerſali. 41. a. 1.
Indicia an faciant plenam probationem etiam in criminalibus. 41. a. 1.
Indicia ſunt per copiam danda illi, contra quem ſunt recepta. 41. a. 1.
Indictio quomodo ſumatur. 41. a. 1.
Infamatoria imponitur perpetuum ſilentium. 1. b. 1.
Infamia facti quid operetur. 41. a. 1.
Infamia non probatur, niſi teſtes exprimant perſonas, apud quas originẽ cœpit. 34. b. 2.
Infamiam euitat ante ſententiam ſoluens, 41. a. 1.
Infamis efficitur ex inquiſitione de publico iudicio damnatus. 41. a. 1.
Infamis quis remanet, licet ſit emendatus, 41. a. 1.
Infra dictio includit. 41. a. 1.
Infringere quid ſignificat. 41. a. 1.
Inimicus capitalis quis dicatur. 41. a. 1.
Iniuria in genere dicitur omne, quod non iure fit. 41. a. 2.
Iniuria non fit ſcienti, & volenti. 41. a. 1.
Iniuriam nemini facit, qui ſuo iure vtitur. 41. a. 1.
Iniuriarum non tenetur frangens oſtia meretricis, 41. a. 2.
Iniuria pendens ex actu iudicialiter geſto, & ſuper quo litigatur, poteſt ſtatim ipſa lite etiam pendente ſuper iniuria querelam deferre. 41. a. 2.
Iniuriarum actio an ad vindictam tendat. 41. b. 1.
Iniuriarum actio an includat damni refectionem 41. b. 1.
Iniuriarum actio ſiue ſit Prætoria, ſiue ciuilis, ex lege Cornelia deſcendens, pro iniurijs verbalibus anno tollitur, qui annus eſt continuus. 41. a. 1.
Iniuriarum actione an teneatur, qui alteri verbum iniurioſum dicit, ſi verum dixit 41. a. 1.
Iniuriarum actione non agitur contra ſacrilegum. 41. b. 1.
Iniuriarum actione non tenetur, qui in iudicio excipiendo aliquid iniurioſum dicit, quia potius animo defendendi, quam iniuriandi dictum intelligitur. 41. a. 1.
Iniuriarum tenetur alteri dicens tu es fur, latro, aut ſacrilegus. 41. b. 1.
Iniuriarum tenetur alteri dicens tu mendacium dicis. 41. b. 1.
Iniuriarum tenetur alteri præſenti, vel abſenti conuicium dicens. 41. b. 1.
Iniuriarum tenetur iniuriam per alium factam recitans, 41. b. 1.
Iniuriarum tenetur qui infert metum, 41. b. 1.
Iniuriandi animo præſumitur dictum, & factum, quando factũ, vel verbum eſt de ſe iniurioſum, 41. a. 2.
Innouare non dicitur ſuam continuans poſſeſſionem. 41. b. 1.
Innouamus dictio quid ſignificet. 41. b. 1.
Inquiſitio facta ſuper crimine non præcedente fama, valet ſi non opponitur. 41. b. 1
Inquiſitio non fit regulariter ſuper crimine de iure ciuili. 41. b. 1.
Inquiſitio non poteſt fundari de iure ſuper ſolo dicto officialis denunciantis. 41. b. 1.
Inquiſitio quandoque ſumitur pro inueſtigatione iuris. 41. b. 1.
Inquiſitione inchoata ſi ſuperueniat accuſator, an in illa ſit ſuperſedendum, 41. b. 2.
Inſtantia cauſæ inchoatæ per procuratorem, eo mortuo tranſit ad dominum, 41. b. 2.
Inſtantia cauſæ principalis currit, & finitur triennio, nec pars reſtituitur, ſiue ſteterit per iudicem ſiue per partem, quo minus cauſa finiatur. 42. a. 1.
Inſtantia finitur triennio de iure ciuili in cauſis, in quibus lis non conteſtatur. 41. b. 2.
Inſtãtia in beneficialibus poteſt finiri cum litigatore, alias iudice 41. b. 2.
Inſtantia inchoata contra laicum non tranſit ad eccleſiam ei ſuccedentem, 41. b. 2.
Inſtantia inchoata cum defuncto licet tranſeat ad vniuerſalem ſucceſſorem, tamen inchoata cum prælato, vel clerico non tranſit. 41. b. 2.
Inſtantia inchoata propter delinquentem, poteſt mortuo accuſatore finiri per iudicem. 41. b. 2.
Inſtantia inchoata per filium, illo mortuo tranſit ad patrem. 41. b. 2.
Inſtantia non tranſit ad fiſcum ſuccedentem in locum priuati delinquentis. 41. b. 2.
Inſtantia quando ad ſucceſſorem ſingularem tranſeat. 41. b. 2.
Inſtitutio quñ ſumatur pro collatione. & quãdo pro confirmatione. 42. a. 1
Inſtrumentum an valeat, ſi non apponatur locus. 42. a. 2.
Inſtrumentum exemplatum in vim compulſoriæ perſalium an, & quomodo probet. 42. a. 1.
Inſtrumentum habens publicam formam, facit plenam fidem. 42. b. 1.
Inſtrumentum in aliqua parte raſum an fidem faciat, 45. a. 2.
Inſtrumentum non probat, ſi in eo non ponitur nomen Imperatoris, vel nomen Papæ, 42. b. 1.
Inſtrumentum pro parte falſum vitiatur, quando falſitas eſt in ſubſtantia negotij, vel in concernentibus circumferentiam, 42. b. 1.
Inſtrumentum ſententiæ quando noceat commiſſioni, ſiue delegationĩ iudicis. 42. a. 2.
Inſtrumẽtum ſi ad inſtantiam alicuius de falſo reprobetur, an tertius illo vti poſſit, 42. a. 2.
Inſtrumentum ſi producitur pro publico parte præſente, & nihil opponente, ſuſtinetur. 45. b. 1.
Inſtrumentũ Tabellionis cõficitur a patre pro filio, vel vice verſa. 42. b. 1
Inſtrumentum valet. & probat, licet protocollum non reperiatur. 42. b. 1.
Inſtrumentum vbicunque rogatur per Notarium creatum a Papa, vel Imperatore, poteſt in eorum territorijs, & iuriſdictione confici, & exequi. 42. a. 1.
Inſtrumentum vitiatur, ſi in eo non eſt indictio appoſita, vel errato, & in dubio potius error in indictione, quam in anno præſumitur. 42. a. 2.
Inſtrumenta plura ſi reperiantur contraria de eadem re confecta, valet illud quod eſt veriſimilius, 42. a. 2.
Inſtrumenta duo ſi reperiantur eodem loco, & tempore de eadem re confecta, præſumitur vnitas facti, ſine rei. 42. b. 1.
Interdictum ſpecialiter poſitũ in certa eccleſia, ſi dicatur nullum, poteſt relaxari ad cautelam, ſecus in generali, quod non relaxatur. 42. b. 2.
Interdicto generali durante quomodo celebretur. 42. b. 2.
Intereſſe appellatione veniunt fructus, 42. b. 2.
Intereſſe non dicitur ratione expenſarum, quæ fiunt in lite. 42. b. 2.
Interpretatio illius eſt, cuius eſt condere. 43. b. 2.
Interrogatu an arctet partem reſpondere per iuramentum, 42. b. 2.
Interrogationi concernenti deciſionem, & negotium principale, non tenetur pars reſpondere, 45. b. 5.
Interrogationes an poſſint fieri parti, & teſti poſt terminum peremptorium dandum ad probandum, vel poſt concluſionem in cauſa, 42. b. 2.
Introducta quando dicatur appellationis cauſa ad curiam. 42. b. 2.
Intruſus an dicatur accipiens beneficium per Simoniam, 43. a. 1.
Intruſus dicitur, qui auctoritate propria beneficium ingreditur, ſi de canonico titulo non conſtet. 42. b. 2.
Intruſus dicitur qui beneficium ſcienter iniuſte ingrediens adminiſtrat. 43. a. 1.
Intruſus dicitur recipiens beneficium ab illo, qui non habet poteſtatem conferendi. 43. a. 1.
Intruſus non dicitur habens antiquiſſimam poſſeſſionem. 43. a. 1.
Intruſus non dicitur ui occupans beneficium, 43. a. 1.
Intruſus per intruſionem quandoque fit inhabilis ad beneficia. 43. a. 1.
Inuaſores non debent eſſe melioris conditionis, quam poſſeſſores. 9. a. 2.
Irregularis nullus eſt de iure. 43. a. 1.
Irregularis vt homicida non eſt incapax dignitatis, vel beneficij eccleſiaſtici. 43. a. 1
Irregularitas cauſatur ex omni crimine notorio, 43. a. 1.
Irregularitas per ingreſſum religionis aboletur, 43. a. 1.
Irregularitatem incurrit celebrans durante interdicto generali, 43. a. 1
Irregularitatem incurrit excommunicatus, 43. a. 1.
Irregularitates introductæ a Sanctis Patribus ob vitandum ſcandalum. 43. a. 1.
Ita dictio quid ſignificet, 43. a. 2.
Iudæus non poteſt acquirere poſſeſſionem maritalem in mulierem Chriſtianam. 43. a. 2.
Iudex an partes litigantes ad concordiam compellere poſſit. 46. a. 2.
Iudex an poſſit committere parti officium executionis. 44. b. 5.
Iudex an poſſit inuocare auxilium brachij ſæcularis, ſi ei ſpecialiter hoc non eſt commiſſum. 45. b. 2.
Iudex a principe poteſt ſententiam per eum latam exequi infra annum, poſtea non poteſt. 46. b. 2.
Iudex appellationis a diffinitiua poteſt cognoſcere ſuper deſertione appellationis, & primam ſententiam confirmare. 43. b. 1.
Iudex appellationis ea deſerta deſinit eſſe iudex. 43. b. 1.
Iudex appellationis poteſt de nullitate incidenter cognoſcere. 43. b. 1.
Iudex a quo ſi non detulit appellationi, proſequenda eſt. 43. b. 1.
Iudex auditor Cameræ non eſt auditor, nec officialis Papæ, ſed eſt auditor Camerarij. 43. a. 2.
Iudex auditor palatij qualem iuriſdictionem habeat. 43. a. 2.
Iudex auditor ſacri palatij eſt perſona egregia. 43. b. 1.
Iudex auditor ſi cauſam remittit ad cancellariam deſinit in illa cauſa totaliter eſſe iudex. 43. a. 2.
Iudex coram quo quis conuenitur ratione delicti in tertio loco commiſſi, vel contractus initi. ſi conuentus neget, cui incumbat onus probandi. 47. a. 1.
Iudex cui a lege tribuitur iuriſdictio ſuper cauſa proprietatis, non cenſetur iudex ſuper cauſa poſſeſſionis, in quantum poſſeſſor non habet annexam cauſam proprietatis. 44. b. 2.
Iudex cui certum miniſterium eſt commiſſum cum clauſula, contradictores, quomodo procedat. 47. a. 1.
Iudex cui committitur cauſa vt procedat ſola veritate facti inſpecta, & ſeruatis terminis, qualem ordinem ſeruare debeat a beneficialibus, & prophanis. 44. a. 1.

Iudex

# Singular. in Iure Canonico Deciſiuorum.


Iudex cui commiſſa eſt poteſtas confirmandi, an poſſit infirmare, & vice verſa. 46.a.2.

Iudex deferendo appellationi a grauamine videtur a ſe iuriſdictionem abdicare in tantum, quod etiam de conſenſu partium non poſſit in cauſa procedere, niſi per eum ad ſuperiorem remittatur. 45.b.2.

Iudex delegatus a Papa, ſi non eſt in dignitate conſtitutus ſecundum formam c. ſtatutum. de reſcript. non valet delegatio. 45.b. 1.

Iudex delegatus a Papa ſiue Principe poteſt alteri ſubdelegare. 45.b.1

Iudex delegatus ab Archiepiſcopo, illius ſtatutũ ſeruare tenetur. 45.b.1.

Iudex delegatus ab altero ordinario ad vnam cauſam tantum licet non poſſit ſubdelegare totam, nec aliquem articulum cauſæ cognitionem requirentem 45.b.1.

Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſi in vna cœpit cognoſcere in vita delegantis, non expirat cognitio. 47.a.1

Iudex delegatus contra vnum poteſt vti iuriſdictione delegata contra ſingularem ſucceſſorem rei. 44 b.2.

Iudex denegans dare apoſtolos petitos iuriſdictionem amittit, & proceſſus poſtea per eum habitus non valet. 45.b.2.

Iudex delegatus, cui poſt proceſſum inchoatum alter adiungitur, an poſſit in cauſa procedere, mortuo adiungente re integra, antequam adiunctus aliquid fecerit. 46.b.2.

Iudex delegatus ignorãs ſe iudicem ſi procedat. & ſententiam ferat, non valet proceſſus, quia oportet quod ſciat, ſe iudicem eſſe 45.b.1.

Iudex delegatus quando non poſſit cauſam alteri ſubdelegare. 47.a.1.

Iudex delegatus ſi eſt parti ſuſpectus poteſt antequam recuſetur alteri, delegare, ſed poſtea non poteſt niſi parte conſentiente 45.a.1.

Iudex delegatus ſi moritur ante cauſam finitam, quo pacto exercitium iuriſdictionis in ſucceſſorem tranſeat. 45.b.1.

Iudex delegatus vel ordinarius, ſi aditur ſuper appellatione, quæ interpoſita dicitur, cum non ſit, & in cauſa procedit, vitiatur proceſſus. 47.a.1

Iudex de plano ſe de fama, & notorio, & leuitate perſonæ poteſt informare. 44.a.1.

Iudex eccleſiaſticus an, & quando poſſit cognoſcere de cauſis pauperum pupillorum, & miſerabilium perſonarum. 45.b.2.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis pænitentium. 45.b.2.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos de cauſa contractus iuramento firmati. 46.a.1.

Iudex eccleſiaſticus cui fit remiſſio per alium iudicem, non arctatur ſtare actis factis coram iudice remittere. 46.a.1.

Iudex eccleſiaſticus debet requirere brachiũ ſeculare in ſubſidiũ. 45.b.2

Iudex eccleſiaſticus eſt iudex competẽs contra laicum, qui clericum ſuis bonis ſpoliauit. 45.b.2.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri etiam vbi æquitas, vel canonica ſcripta non ſuadent ius agendi. 46.a.1.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri ex pacto nudo, ex quo licet non oriatur formalis actio, oritus tamen ius agendi. 46.a. 1.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri pro purgatione cuiuslibet criminis manifeſti, vt appelletur quis a peccato deſiſtere 46.a 1

Iudex eccleſiaſticus poteſt adire, quando agitur cauſa iuramenti. 45.b.2.

Iudex eccleſiaſticus quando requirit brachium ſæculare, non poteſt iudex ſæcularis inquirere an iuſte petat, vel non. 45.b.2.

Iudex eccleſiaſticus ſemper eſt iudex competens, quando dubium eſt, an iuriſdictio vel ad eccleſiaſticum, vel ſæcularem iudicẽ ſpectet 45.b.2.

Iudex ex officio ſe informat in his, in quibus ſufficit cognitio ſummaria. 44.a.2.

Iudex habens iuriſdictionem ratione certæ qualitatis cauſæ, ita poteſt in ea procedere, ſi in libello illa qualitas fuerit expreſſa. 44.b.1.

Iudex habens poteſtatem procedendi appellatione remota, an poſſit recuſari. 44.b.2.

Iudex impetratus per falſum reſcriptum licet pronunciet ſe iudicem, & procedat in cauſa, non valet proceſſus falſitate determinata. 47.a.1.

Iudex in arbitrarijs ſequitur æquitatem, etiam non ſcriptam. 44.a.1.

Iudex inferior a Papa non poteſt cauſam committere tractãdam. 45.a.1

Iudex inferior non cognoſcit de cauſa ſemel ad curiam Romanam deuoluta. 45.a.2.

Iudex inferior non cognoſcit de priuilegio Papæ. 45.a.1.

Iudex inferior propter defectum poteſtatis cognoſcere nequit. 45.a.2.

Iudex laicus in cauſis eccleſiaſticis ſe intromittere nequit. 46.a.1.

Iudex non poteſt procedere ſine figura iudicij, in caſibus non permiſſis a iure. 44.a.1.

Teſtis an repellatur ex eo, quod cum parte, contra quam producitur, litẽ habuerit. 88.b.2.
Teſtis contra me productus, cuius perſonam impugnaui, ſi pro me aliquid deponat, depoſitio mihi aliquid non prodeſt. 89.b.1.
Teſtis criminoſus non debet interrogari de ſocijs criminis niſi in criminibus ſpiritualibus propter enormitatem. 89.a.2.
Teſtis cui crimen obijcitur, & probatur, a teſtimonio repellitur, ſed pœna illius criminis non punitur. 88.b.2.
Teſtis debet examinari ſuper interrogatorijs, per aliam partẽ datis, alias dicta non probant. 88.b.1.
Teſtis deponens aliquem præſcripſiſſe, poſſeſſionem, & bonam fidem exprimere debet. 90.a.2.
Teſtis deponens talem legere, & ſi alter teſtis dicat, talem dicere, inuicẽ non ſunt contrarij. 88.a.2.
Teſtis depoſitio vltimi quando non valeat. 88.b.1.
Teſtis dictum potius ſecundum ius vulgare intelligitur, quam ſecũdum iuris intellectum 88.a.2.
Teſtis dicti cauſam aſſignare tenetur, licet de ea non interrogetur. 88.a.2.
Teſtis eo ipſo, quod dicit aliquid non credibile, vel veriſimile, eſt ſuſpenſus. 89.a.2.
Teſtis eſſe non poteſt ille, qui eſt adhærens cauſæ appellationis, per eum interpoſitæ. 89.a.1.
Teſtis falſum deponens in cauſa criminali punitur pœna Talionis. 89.a.2.
Teſtis in iudicio vnum dicens, & extra iudicium aliud, an dictum ipſius valeat. 90.a.2.
Teſtis licet poſſit eſſe pro & contra fratrem, tamen inuitus non compellitur contra eum teſtificari. 89.a.2.
Teſtis non poteſt eſſe procurator, licet depoſuerit officium procurationis. 89.a.1.
Teſtis non poteſt eſſe aduocatus. 89.a.1.
Teſtis non poteſt eſſe quia ob ſimilem cauſam. 89.a.1.
Teſtis patiens ſe poni proteſte in contractu, inter alios celebrato, an ſibi præiudicet. 90.a.2.
Teſtis perſonam pars, quæ illum produxit, approbare cenſetur. 89.b.1.
Teſtes in cauſa criminali debent pro cauſa examinari, nec poteſt examinatio alteri committi 89.a.1.
Teſtes inducti ad vnum finem, non probant quo ad alium finem. 88.b.2.
Teſtes teſtamento ad pias cauſas condito non requiruntur rogati. 88.b.1.
Teſtes iurati poſſunt recipi ſuper fama, notorio, & legitimatione perſonæ. 88.b.1.
Teſtes non debent regulariter de neceſſitate eſſe rogati, niſi in certis caſibus a iure determinatis. 88.b.1.
Teſtes non iurati faciunt præſumptionem, licet non faciant plenam probationem. 88.b.1.
Teſtes omnes cenſentur idonei, niſi excipiantur a iure ſpecialiter in teſtimonijs dandis iudicialibus. 90.a.1.
Teſtes producti coram arbitratore, faciunt fidem coram iudice. 88.b.1.
Teſtes producti in poſſeſſorio qualiter deponant. 88.b.2.
Teſtes publicatis atteſtationibus non admittuntur ſuper articulis directo contrarijs 88.b.2.
Teſtes qualiter debeant deponere ad probandum tenorem inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ. 90.a.2.
Teſtes quando lite conteſtata poſſint recipi 90.b.1.
Teſtes recepti ad æternam rei memoriam non probant niſi infra annum agat, qui illos recipi fecit. 88.b.1.
Teſtes recepti parte abſente, & non vocata, licet non faciãt plenam probationem, faciunt tamen præſumptionem. 88.a.2.
Teſtes reprobatorij non admittuntur, niſi ſemel a qualibet partiũ 89.b.2


Teſtes

Digitized by Google

Teſtes ſi contraria deponunt, ſtatur maiori numero, niſi auctoritas minoris numeri præualet, 89.b.2.
Teſtes teſtamenti non præſumuntur rogati, niſi ſe ſubſcripſerint. 88.b.1.
Teſtes valetudinarij, ſenes, debiles, & pauperes non poſſunt compelli, vt veniant ad præſentiam iudicis ad teſtificandum, ſed iudex debet ad illos mittere, 90.a.1.
Teſtium publicatio non rite facta quid impediat. 88.b.2.
Teſtium verba, quæ non poſſunt proprie redigi in latinum, debent ſcribi per Notarium in vulgari. 90.a.2.
Teſtibus publicatis eſt adempta facultas producenti vlterius probandi ſuper eodem articulo, 90.a.2.
Teſtibus publicatis non licet alicui parti teſtes de nouo producere. 90.a.2.
Toleratus quis dicatur, & quando, 90.b.1.
Titulus beneficij qualiter acquiratur, 90.b.1.
Tortura ſemel facta an quis iterum torqueri poſſit. 90.b.1.
Tranſactio an poſſit reſcindi. 90.b.1.
Treuga pendente licet tu mihi damnum des, tamen non licet mihi tibi damnum dare, 90.b.1.
Turbatio iuris, & turbatio poſſeſſionis, quomodo intelligatur. 1.b.1.
Turbatio qualiter dicatur, 90.b.1.
Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus 90.b.1.
Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes. 90.b.1.
Tutor an teneatur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore 90.b.1.
Tutor compromittere poteſt in arbitratorem de re pupilli ambigua, & non liquida. 90.b.1.
Tutor ſi per eum, cui de iure deferatur ſucceſſio pupilli non petitur infra annum dari pupillo, priuatur omni hæreditate pupilli. 90.b.1.
Tutrix an poſſit eſſe proauia, ſicut poteſt eſſe mater, & auia. 90.b.1.

V.

VAſallus alienans feudum, vel etiam decimas ſine conſenſu Rectoris eccleſiæ, a qua tenet in feudum, priuatur ſuo iure, 90.b.2.
Varia an ſit licita 90.b.2.
Vaſallus ſe in feudum tenere negans, perdit iura feudi. 90.b.2.
Vectigalia & pedagia imponuntur per ciues exigẽda inter ſeipſos. 90.b.2
Vel alternatiua dictio quandoque ponitur pro id eſt. 90.b.2.
Venditor quilibet ſub conditione vendit, ſi per eum ſtat, quo minus conditum impleatur, 90.b.2.
Venditor vendens rem ex cuius fructibus decima de iure communi debetur, quo pacto contractum venditionis celebrare neceſſum habet. 90.b.2.
Verbum omnimodo quid importet. 91.a.1.
Verbum prorſus adiectum verbis in futurum ſonantibus non inducit canonem latæ ſententiæ, nec priuationem ipſo iure. 91.a.1.
Verbum ratione adiuncti recipit intellectum, quem alias non recipit. 90.b.2.
Verba debent referri ad ea, quæ poſſunt congrue adaptari. 91.a.1.
Verba denotantia fictionem, & improprietatem, ſi ponantur in lege, quomodo ſint intelligenda, 91.a.1.
Verba enunciatiua inſtrumenti conferentia ad validitatem eius, de quo in inſtrumento diſponitur, qualiter probent. 90.b.2.
Verba enunciatiua inſtrumenti quando faciant plenam fidem. 90.b.2.
Verba expreſſa quæ tacite narrant quid operentur, 91.a.1.
Verba facientia mentionem de aliquo debent intelligi de illo, quod eſt naturaliter, ſiue ſecundum ius commune tale, non de illo quod eſt ex priuilegio, vel fictione. 91.a.1.
Verba geminata omnem numerum includunt, qui in verbis ſimplicibus non continetur. 90.b.2.
Verba iſta arbitrio ſuo, vel iudicio ſuo quid importent. 90.b.2.
Verba narratiua licet probent contra narrantem, non probant contra alium 90.b.2.
Verba narratiua propria in literis ſuis an faciant plenam probationem. 90.b.2.
Verba per iocum prolata non inducunt obligationem, 91.a.1.
Verba quando ſunt de ſe data, non eſt ſumenda alia mentis coniectura. 90.b.2.
Verba narratiue proprio modo, vel motu prolata qualem probationem faciant. 91.a.1.
Verba iſta pleno iure ſpectat, & pertinet, quid importent, 91.a.1.
Verba ſequentia declarant præcedentia, & econuerſo, 91.a.1.
Verba ſimpliciter prolata ſunt ciuiliter intelligenda. 91.a.1.
Verbum temporis futuri, verificatur etiam in præſenti. 91.a.1.
Verba temporis præteriti poſita in literis, vel inſtrumentis, quomodo intelligenda. 91.a.1.
Verba vniuerſalia reſtringuntur ad ſubiecta. 91.a.1.
Via tutior, & vſitatior attendenda, & facienda eſt 91.a.1.
Vicaria perpetua in eccleſia Parochiali an ſit beneficium. 91.a.2.
Vicarius epiſcopi an beneficia conferre poſſit 91.a.2.
Vicarius epiſcopi habet vnum & idem conſiſtorium cum epiſcopo 91.a.1.
Vicarius epiſcopi in temporalibus an poſſit eſſe laicus. 91.a.2.
Vicarius epiſcopi non poteſt quem beneficio deſtituere, nec permutantibus beneficia auctoritatem præſtare. 91.a.2.
Vicarius epiſcopi non poteſt vices ſuas committere, niſi ex cauſa, & de conſenſu epiſcopi. 91.a.2.
Vicarius epiſcopi quo caſu beneficia conferre poſſit. 91.a.2.
Vicarius epiſcopi quomodo per inquiſitionem delicta punire poſſit. 91.a.2.
Vicarius perpetuus eccleſiæ Parochialis tenetur ad ea, ad quæ tenetur Rector, licet minus ius habeat. 91.a.2.
Vicarius principalis epiſcopi poteſt eſſe iudex delegatus. 91.b.1.
Vicarius ſiue officialis epiſcopi eſt ordinarius. 91.a.1.
Vicarius temporalis eccleſiæ Parochialis an arceatur per Decretalem, licet Canon. de elect. 91.b.1.
Vicarius temporalis quando deputetur in beneficio curato. 91.b.1.
Vicarij duo ſi conſtituuntur per epiſcopum ſucceſſiue, primus cenſetur reuocatus 91.b.1.
Videlicet dictio quid ſignificet. 91.b.1.
Videbitur verbum quid importet. 91.b.1.
Vis & violentia quotuplex ſit. 91.b.1.
Vix dictio quid importet. 91.b.1.
Vnio eccleſiarum fit tribus modis. 91.b.1.
Vnio ex falſa cauſa ſeruata tamen forma iuris valet. 91.b.1.
Vnio non poteſt fieri per ordinarium ſine conſenſu Capituli ſui. 91.b.1.
Vnio poteſt fieri menſæ epiſcopali, vel abbatiali. 91.b.1.
Vnio poteſt probari per teſtes deponentes, quod duo beneficia, & compatibilia fuerunt tamquam vnita poſſeſſa per tempus immemoriale. 91.b.2.
Vnio quando fit de duobus beneficijs, & non apparet, an ſimul æqualiter principaliter ſint vnita, præſumitur in dubio illud principale, quod eſt magis dignum. 91.b.2
Vnio vnius eccleſiæ facta alteri eccleſiæ quid operetur. 91.b.2
Vniuerſitas a generalitate differt. 91.b.2
Vniuerſitas an poſſit agere pro iniuria, vel damno ſuo ciui, vel ſubdito illato. 92.a.2
Vniuerſitas an poſſit excommunicari. 91.b.2.
Vniuerſitas ciuitatis, caſtri, vel villæ, & etiam quilibet de vniuerſitate poteſt agere de his rebus, quæ ad honorem vniuerſitatis tendunt. 92.a.2
Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonarum, nec rerum. 91.b.2.
Vniuerſitas & collegium quando, & per quem poſſit in negligentia conſtitui. 91.b.2
Vniuerſitas poteſt in vno reſidere. 91.b.2
Vniuerſitas priuilegio non gaudent inſitulari. 92.a.1
Vniuerſitas qualiter ſumenda ſit, vt locum habeat id quod dicitur, quædam cum vniuerſitate tranſire, quæ de ſe ſpecialiter non tranſirent. 91.b.2
Vniuerſitas quando congregatur qui ſint vocandi. 92.a.1
Vniuerſitas quomodo, & quando teneatur ex delicto. 92.a.1
Vniuerſitas quotuplex ſit. 91.b.2.
Vniuerſitas ſi eſt diuiſa, an poſſit ſtatuta facere, aut ſyndicum obligare. 92.a.2.
Vniuerſitas tota tenetur ex delicto maioris partis. 92.a.1.
Vniuerſitas vel Capitulum qualiter Syndicum poſſint cõſtituere. 91.b.2
Vniuerſitas vel collegium ſi non habet Rectorem, debet conuocari per antiquiorem in collegio. 92.a.1.
Vniuerſitatis maior pars ſi quid facit alias non vocatis, non valet. 92.a.1.
Vocem qui non habeant in electione. 92.a.2.
Vocem in Capitulo qui habeant. 92.a.2.
Voces duas poteſt quis habere in vno & eodem Capitulo. 92.a.2.
Volo verbum importat liberam voluntatem. 92.a.2.
Votum ſi quis fecit de intrando religionem, licet non dicat, quam cupiat ingredi, tamen cogitur vnam ex approbatis intrare. 92.a.2.
Vſufructuarius an vere poſſideat. 92.a.2.
Vſurarius eſt ipſo iure infamis. 92.a.2.
Vſurarius manifeſtus quis dicatur. 92.a.2.
Vſurarius non agit contra vſurarium. 92.a.1.
Vſurarius ſi eſt clericus ſuſpenditur a beneficio obtento, & repellitur ab obtinendo. 92.a.2.
Vſurariorum in fauorem quod fit argumentum non valet. 92.b.1.
Vxor petens alimenta ab hæredibus viri defuncti, cum illis habitare tenetur, & operari debet. 2.a.1.
Vxor quomodo petat poſt mariti obitum alimenta ab hæredibus. 2.a.1.
Vxor ſi adulterium committit, dotem vel donationem propter nuptias perdit, & eas vir lucratur 92.b.1.
Vxori acquiritur dominium rei emptæ de pecunia ſua per virum, ſi vir non eſt ſoluendo, alias ſecus. 92.b.1.
Vxori an debeantur alimenta ab hæredibus viri marito mortuo. 92.b.2.

FINIS.

# THESAVRVS SINGVLARIVM

## In iure Canonico deciſiuorum.

DOMINI NICOLAI DE TVDESCHIS SICVLI, IVRIS VTRIVSQVE Principis, & Monarchæ, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Panormitani, nec non Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis.

*CONSCRIPTVS IN CONCILIO BASILIENSI, ET ſecundum ordinem Alphabeticum pro faciliori vſu diſpoſitus.*

ABSENS in ſeruitio Papæ an habeatur pro præſente, & reſidente. Dic, quod ſic, vt in c.cum dilectus. de cleric.non reſiden. & idem in abſente in ſeruitio Epiſcopi, vel eccl. vt patet eod.tit.c.ex parte.el ſecondo, & c.ad audientiam. vide Ioann. Andr. de conſuetudine c.fin. lib.6.in nouella.& quod ibi not. Dominicus de Sancto Gemin.qui dicit,quod fit extenſio de vero ad fictum. Sic eſt in c.ad audientiam. & in c.ex parte. el 2. de cleric. non reſiden. licet ipſe non alleget. Et iſta etiam fuit mens. Ioan. And.licet per alia verba loquatur.vide infra ſub verbo præſens.& inf.§.proximo.

Abſens non habetur pro præſente niſi in caſibus expreſſis in iure, quia eſt quædam fictio, quæ non poteſt allegari, niſi in caſibus in iure expreſſis.not. Ioann. Andr. de cleric. non reſid.c.ex parte. el 2. pro quo eſt caſus in l.3. §. hæc verba. ff.de negot.geſt.& illam legem allegat Bar. ad hoc pro ſingulari in l.omnes populi. ff.de iuſt. & iur. vide ſup. §.proximo.

Abſens in ſeruitio legati habetur pro præſente, & cenſetur reſidens, quo ad prouinciam ſibi commiſſam. Idem in eo, qui reſidet, cum Cardinali ſecundum conſuetudinem quæ ſeruatur in hoc. ſed verius eſt ſecundũ Io.And.in c.cum dilectus.de cler.non reſid. Eſt tamen differentia an quis cenſeatur reſidens. An vero ſit priuilegiatus, quod in abſentia fructus percipiat, ac ſi reſideret. primo caſu habetur pro præſente, & reſidente, quo ad omnia. ſecundo quo ad fructuũ perceptionem duntaxat, vt no. Ioan. Andr. in c.fin.de conſuetu.lib.6, ſuper verbo præallegato in nouella.

Abſenti quæritur actio ex contractu per patrem celebrato, etiam ſi filius, qui tuo nomine contrahit ſit naturalis tantũ, dummodo filius ratificet contractum. Et hoc eſt verum, de æquitate canonica, etiam ſi cõtractus fuerit celebratus per epiſtolam patri, & non filio tranſmiſſam. No. Rota concluſ. 10.212.& vide ſub verbo electio.§.præſumptio. §.ſententia.§.patris ſtipulatio §.gratia per quam ſit quis.

Abſenti ſi ſit donatio, pro eo nemine recipiente, nullum ius, nec aliqua actio ſibi acquiritur.not. gloſ. C.de dona.l.nec ambigi.& de ſacroſanc.eccl.l.illud. & not.Cy.& Bar.in dicta l.illud Prædicta intellige, niſi fiat donatio per Epiſtolã donatario directa, vt C.de donat.l.ſi aliquid. Sed de æquitate canonica dici poteſt, quod etiam illo caſu valet donatio facta abſenti. ſecundum dict.Ioan.Andr.vide ſub verbo ſtipulatio.vbi de hoc in princ.ſecundum Ioann.And.in addit.Spec.in tit.de cenſib.§. conſequenter. in princ. Dicendum, quod non valeat donatio, ſiue ceſſio ex cauſa donationis, vel ex alio titulo, facta abſenti, nec pro eo aliquo recipiente, niſi interueniat nuncius vel epiſtola, vel niſi aliquo pro eo recipiente ſequatur ratihabitio.

Abſenti ſi lex dicit aliquid acquiri, debet intelligi interueniẽte nuncio, vel epiſtola.not. gloſ.ff.de act. & oblig l.conſenſu. idem not.Bart.ff.de procur.l.in cauſæ.§.ſi ex parte.vide Bald.C.mandati.l.per diuerſas.in 14 quæſt.

Acceptatio ſi fiat per expectationem, primo de vno beneficio, poſtea de alio, & non conſtat, quod prius acceptatum fuerit, quia eadem die acceptata fuerint ambo, electio eſt acceptantis. Idem ſi duo beneficia, ſimul acceptauerit. ſed in acceptatione proteſtetur, quod non vult dimittere primũ. vt no. Archid. 21.q.1.relat.

Acta facta coram iudice ſæculari an faciant fidem coram iudice eccleſiaſtico, & econtra vide ſub verbo producens.

Acta probatoria concernentia merita cauſæ a pari cum ſententia æquiparantur, & cui præiudicaret ſententia, etiam præiudicant illa acta.not. Ioann. Andr. de iud.c.at ſi clerici. in principio.

Acta an poſſint probari per teſtes? vide ſub verbo probatio. §.probari per teſtes poſſunt acta.

Acta proprie ſunt illa, quæ in iudicio ſunt. Et ideo prima commiſſio de citando partem cum fiat ante iudicium non eſt de actis. not. Ioan. And.de iudic.c.1.ver.examinemus. & not. Rota concluſ.342. nam libellus ſi porrigitur, ante citationem non eſt de actis. no.Io.And.in eo.tit.ver.oppo.ſecundo. Item confeſſio facta coram iudice, non tamen animo litigandi, nec litem conteſtandi, non eſt proprie actus iudicialis. no.An.de iudic.c.at ſi clerici.ver.vltimo, & glo.ſicut nec appellatio, nec apoſtolorum datio. not. Rota concluſione 324.

Acta an poſſint per Notarium recipi, & ſcribi in abſentia iudicis.vide ſub verbo Notarius.§. Notarius cauſæ.

Actorum appellatione comprehenditur ſententia diffinitiua. ff.de re iudic.l.actorum.no.gl.ff.de iure fiſci.l. in fraudem. § neque.& ita not.Ioann.Andr.in addi. Specul.in titu. de ſent.in princ.

Actore non probante reus abſoluitur etiam in beneficialibus, licet ipſe reus nullum ius habeat.no.Ro.concluſion.322.& not.ſub verbo contumax.& ſub verbo edicto. §.1.

Actore non probante debet reus diffinitiue abſolui, & actori ſuper petitis perpetuum ſilentium imponi. Licet reus nullam petitionem dederit not. Ro. concluſ.vt ſupra.vide ſub verbo, reus conuentus, & ſub verbo, libellus ſi eſt datus.

Actore non probante quandoque fertur abſolutoria pro ipſo actore, puta quandoq; actor poſſeſſor, & reus non poſſeſſor petunt beneficium ſibi adiudicari, tunc enim quilibet actor eſt, & reus. Vnde neutro probante ab impetitione abſoluitur, alias ſtat regula, quod actore non probante reus abſoluitur.no.Rota concluſ.12. Et ſi in caſu prædicto reus dedit obiectum, & non probauit, quod debet in expenſis cõdemnari, vt no.Ro.concluſ.242.

Actore Contumace in non veniendo, ante lit.conteſta. debet reus abſolui, ab obſeruatione iudicij, & actor in expenſis cõdemnati, præmiſſis tribus monitionibus per audientiam, & quarta ex ſuperabundanti. Rota concluſ.66. ſi autem nec actor, nec reus comparuit, non, licet edictum ſit circumductum, quo ad actum fiendum, in termino citationis, tamen actore poſtea comparente, poteſt de nouo ad illum actum, & ad alios procedi contra reum, per audientiam contradictarum, ſi prima citatio fuit ad totam cauſam, vſque ad ſententiam incluſiue.not.Ro.concluſ.126.

Actor in cauſa beneficiali, mortuo reo, & poſſeſſor, poteſt petere, quod per audientiam ad vlteriora procedatur contra omnes, quorum intereſt ad finẽ, quod beneficium ſibi adiudicetur, & fructus ſequeſtrati ei debeãtur. no. Ro.cõcl.9.

Actor ſi egit ſuper turbatione, ſeu moleſtatione beneficij, quod aſſerit, ad ſe ſpectare, ſufficit, quod probet de iure ſuo licet nō probet turbationem, quia aduerſarius ſatis turbat, & impedit qui in iudicio ſe opponit arbitrio. ff. de acquit. rer. dom. l. Pomponius. in fin. quod eſt verum, ſi actor non poſſidet, & impeditur, ne poſſeſſionem habeat. Quid autē ſi poſſideat, dic vt no. Compo. de reſcript. c. mandatum. ver. Item quarto de illis, & melius per Bal. in l. ordinatij. C. de rei vend. vbi dicit, quod ſi reus ſe opponit aſſerens ſe poſſidere ſufficit, quia eo ipſo actorem in poſſeſſione turbat. Secus ſi ſimpliciter negat intētionem actoris, & vide per Bar. ff. vti poſſidetis. l. 1. §. huius autem. & melius in l. ſi & præſens. in quæſt. 5. de nou. oper. nunciat. Sed ibi loquitur de turbatione iuris, & non poſſeſſionis, vt l. c. allega. conſilio 60. vbi loquitur de turbatione poſſeſſionis. & Innoc. in c. a. de reſtit. in integr. in gloſ. per monachos. & infra, actor agens poſſeſſorio.

Actor agens poſſeſſorio, licet nullam habeat actionem in eſſe productam: poteſt tamen iudicis ſæcularis officium implorare, quando reus locupletatur cum aliena iactura, & tunc intimato facto debet iudex ex implorato officio prouidere. no. Anton. de iudicijs. c. dilecti. & ver. ſed an agenti. Videtur tamen, quod in caſu prædicto, non poſſit actio deficere, per l. ſi me, & Titium. ff. ſi cer. pet.

Agere an poſſit ille, qui habet exceptionem contra aduerſarium, & implorare officium iudicis, ne ab illo inquietetur, & coram quo iudice hoc petere debeat. vide ſub verbo exceptio. §. exceptionem habens.

Actor ſi probat ius validum, cū deduxerit inualidum, an poſſit plures actiones in iudicio in eodem libello deducere. Vide ſub verbo libellus. §. libellus poteſt formari. & ſub verbo dominus. §. dominus ex vna cauſa. & agere ex titulo duplicato, & ſub verbo renunciare videtur quis iuri. & ſub verbo actio. in princ.

Actor ſi probet ius validum, ſed deduxit inualidum, an obtinere valeat, vide ſub verbo probatio. in princ.

Actor licet in agendo non poſſit pluribus iuribus contra ijs vti, appellando ſic, ſicut & reus excipiendo poteſt pluribus iuribus contrarijs ſe tueri. no. Ant. in clem. ſi appellationē. ad fi. de app. & ibi gl. & ibi Bar. ff. de appel. in l. ſi expreſsim. & de excep. l. nemo. in fin. & facit, quod no. glo. de reg. iur. c. exceptionis. in fine.

Agere an poſſit quis, vt declaretur dominus rei, quam poſsidet. vide ſub verbo libellus in rei vendicatione.

Actor non poteſt reum coram diuerſis iudicibus, etiam ex diuerſis cauſis conuenire, & an reus conuentus poſſit pendente iudicio trahere actorem per viam reconuentionis, vel etiam conuentionis coram alio iudice. Vide tex. in c. diſpendia. de reſcriptis. lib. 6. & quod ibi not. per gl. & Doc.

Actor agens ex cōdictione l. diffamari. C. de ingen. manumiſ. non tenetur libellum offe. te, nec litem conteſtari, nec aliū iudiciarium ordinem obſeruare debet tamen terminum petere aduerſario aſſignari, infra quem doceat de iure ſuo, alias ſi non doceat, poſtea non auditur, vt no. Bald. in dicta l. diffamari. & Bar. in l. mancipiorum. de op. lega. & Innoc. de off. ordin. c. conquerente. in ſecunda gloſ. iuncto eo, quod ipſe. not. qui fil. ſint legit. c. lator. debet tamen actor, antequam terminum aſsignari petat docere, quod aduerſarius diffamat. vt no. Bal. in l. Titia. in fin. ff. de accuſ. Et ſi aduerſarius in termino nihil probat, fertur contra eum ſententia, per quam condemnatur, vt de cætero non infamet, & ſuper dicta infamatione perpetuum ſilentium imponitur ſibi, nō tamen pronunciatur actori aliquod ius competere, circa id de quo fuit infamatus. vt not. Bal. in dicta l. diffamari. Imo. in dicto c. cauſam. qui fil. ſint legit. Et dicta ſententia non eſt diffinitiua, ſed interlocutoria. Ad quam ferendam debet aduerſarius, ſolenniter citari, per tria edicta, alıter non poteſt fieri dicta ſententia. vt no. Bald. in d. l. diffamari. Ant. dicit, quod eſt diffinitiua in c. cum olim. de teſtib. in prima colum. in fin. & idem ſentit Bar. in d. l. Titia. & actor agens. condictione ex d. l. diffamari. debet agere coram iudice ipſius actoris, vt no. Inn. in dicto c. lator. Super hoc vide omnino. ſub verbo exceptio. ver. exceptio. nunc habens.

Actor ſi petit electionem, vel ſententiam confirmari, vel infirmari, vel beneficium, vel aliam rem, ſibi adiudicari an pro reo contra ipſum actorem poſſet ferri ſententia, etiam adiudicatoria, etiam non data aliqua petitione per ipſum reum. Inno. tenet, quod ſic. in c. cum contingat. de off. delega. Sed Hoſt. Io. And. & Anton. aliter diſtinguunt. in c. ex conqueſtione de teſtit. ſpol. vbi omnino vide.

Actor agens poſſeſſorio tanquam ſpoliatus, habet probare duo. ſ. ſe poſſediſſe, & ſe ſpoliatum fuiſſe. de off. deleg. c. cōſultationib. ſi tamen probat ſe poſſidere, & aduerſariū nunc poſſidere, præſumitur, quod aduerſarius actorem ſpoliauerit, vt ſentit Anton. in c. ſuborta. de re iudic. Immo eo ipſo, quod aduerſarius interdicto vnde vi conuictus ſe in interdicto opponit, probatur ſpoliatio. ſecūdum Innoc. in dicto c. ſuborta. ſed ibi loquitur in poſſeſſione, qua quis poteſt ſpoliari ſolo verbo, & animo ſpoliatur, puta in poſſeſſione, vel quaſi ſubiectionis. Nam eo ipſo, quod quis negat ſubiectionē, & dicit ſe non velle obedire illi, cui eſt ſubiectus. & de facto non obedit, priuat, & ſpoliat eum quaſi poſſeſsione ſubiectionis, per quod videtur ſecus eſſe in poſſeſsione rerū temporalium, quam non poteſt quis inuitus ſolo verbo aduerſarij priuari, & vide ſup. §. actor ſi egit.

Accuſator non debet audiri petens accuſatum citari, niſi prius inſcribat, quādo accuſatus debet venire de longinquo. no. Io. And. de accu. c. 1. & idem tenet ibidem Ant. licet vterq; ibi dicant, quod Papa, fecit contrarium, in c. licet. eod. titu. Specul. dicit, quod licet hoc ſit verum, de iure nō ſeruatur, tamen de conſuetudine, vt ipſe. no. in tit. de accuſa. §. 1. ver. is igitur. 2. ver. nec mirum.

Accuſatus an euitet infamiam, ſi ante ſentētiam ſoluit, in quo ſi condemnaretur, infamis efficeretur, vide ſub verbo infamis. §. infamiam vitat.

Accuſator ſi non poteſt pati pœnam Talionis, debet ſe obligare ad aliam pœnā arbitrio iudicis imponendam, ſi non probauerit accuſationem. no. Specul in titul. de adult. §. 1. ver. ſed quæritur. & idem no. d. Anto. in c. ſuper his. de accuſat. prima col. in fine.

Accuſator licet ſe non inſcribat ad pœnam Talionis, tamē debet ad illam condemnari, ſi non probat, vt not. Archid. 4. q. 4. c. nullus. §. inſcriptio. Idem tenet Io. And. in c. ſuper his. de accuſ. in 2. gloſ.

Accuſator regulariter tenetur ſe inſcribere, alias non tenetur accuſatus reſpōdere, vt not. Archidiac. 4. q. 4. c. nullus. §. inſcriptio. Fallit in multis caſibus. quos not. Hoſt. in Summa. de accuſa. §. qualiter procedatur.

Accuſator ſi accuſat de homicidio ciuiliter, an teneatur ſe inſcribere, vide ſub verbo ciuilis. §. primo.

Adhęrens. Vide ſub verbo, teſtis eſſe non poteſt ille, qui eſt adhærens.

Adeptus quid hoc verbum importet, an petitionem iuris, vel poſſeſſionis, vel vtriuſque, vide ſub verbo aſſecutus.

Adiudicatio poteſt fieri mihi de re mea, de reb. eccl. non alien. c. 1. lib. 6. & ibi. no. Io. And.

Adiunctum. Vide, quod operatur verbum, ratione adiuncti. int. ſub verbo, verba. §. verbum ratione.

Adminiſtrator non dicitur proprie habere titulum in beneficio, nec beneficium cuius adminiſtratio eſt ſibi conceſſa, vt colligitur ex. no per Io And. in clem. & ſi principalis. in gl. ſuper verbo electionis. de reſcriptis. & vide ſub verbo dignitas. §. dignitas venit.

Adminiſtrator eccleſiæ cathedralis, vel alterius eccleſiæ inferioris, poteſt omnia facere, quæ poteſt prælatus, habens eccleſiam in titulum excepto miniſterio conſecrationis. de elect. c. prouida. lib. 6. ideo poteſt beneficia conferre, vt not. Io. And. ſuper 3. gloſ. in nouella.

Aduerſarius meus dicitur omnis ille, qui mihi in lite etiā per alium mota aduerſatur, quod no. per ſtatuta, repellētia aduerſarios ab accuſando. no. d. Anto. de iudi. c. 1. ver. not. 2. aduerſarium.

Adulterium an ſit maius delictum alijs omnibus. vide ſub verbo delictum adulterij.

Aduocati confeſsio non nocet domino. de appell. c. cum cauſam. ideo per cum ſit litis conteſtatio, ſi domino præſente,

& con-

Digitized by Google

& contradicente, fi‑t, vt no. do. Ant. in c. paſtotalis. de iudi. vide tex. & gl. de cenſi. c. olim. vide ſub verbo lex. §. lex. ſine quo tu legis.

Aduocari, eorum filij, & nepotes an poſſint pro ciuili debito carcerari. vide ſub verbo carcerari. §. carcerari non poteſt pro debito.

Aduocatus an perdat ius, quod habet in re ſuper qua pro alio officiū aduocationis præſtat. vide ſub verbo renunciatio. §. renunciare videtur.

Aduocatus an poſſit eſſe teſtis pro clientulo ſuo durante aduocationis officio, vel eo finito. vide ſub verbo teſtis. §. teſtificari non poteſt aduocatus. vide etiam plene no. de teſtib. c. fin. lib. 6. ver. plene.

Aduocati an perdant priuilegia collegij, ſi aliquibus annis a ciuitate abſentes ſteterunt. vide ſub verbo collegium. §. ſecundo.

Alias hæc dictio eſt excluſiua qualitatis, & defectus, ac vitij præuaricati, vt patet ex text. de corp. vitiat. capit. ſignificauit.

Alimenta quæ debentur iure ſanguinis, non poſſunt peti iure actionis ſed officio iudicis. no. Bar. in l. ſi quis a liberis. ff. de liber. agnoſcend. & non poſſunt peti pro tempore præterito, ſed pro futuro duntaxat, vt no. Bar. in l. libertus quos. §. 1. ff. de alim. & cib. legat. & vide ſub verbo monachus, & ſub verbo pater.

Alimenta quæ debentur alicui miſerationis cauſa non poſſunt peti, ſi ille cui debentur, poſſet ex operibus ſuis, ſibi victum quærere, vt no. per gloſ. & Bart. & Bald. in l ſi maritus. ff. ſolut. matrimon. & talia alimenta non debentur ſecundum dignitatem perſonæ. Sed ſecundum neceſſitatem veniendi, ſecundum Iac. de Are. & Bal. in d. l. ſi maritos.

Alimenta quæ miſerationis cauſa poſt mortem viri debentur ab eius hæredibus vxori, infra annum, quo dos non ſoluitur, ita demum peti poſſunt, ſi vxor aliunde non habet, vnde ſe alat, ſed poſt annum poteſt alimenta petere vi moræ, licet aliunde ſe alere poſſit, quia tunc petit, vt intereſſe. vt not. in l. a. §. cum autem. C. de rei vxoriæ actione. Et primo caſu incumbit onus probandi vxori, quia alia bona non habet, de quibus ſe alere poſſit, quia illa negatiua eſt fundamentum ſuæ intentionis iuxta no. per gloſ. Bartol. & Bald. in l. ſi vero. §. fin. ff. qui ſatiſdar. cogan. Et eodem caſu quo debet vxor miſerationis cauſa alimentari, tenetur cum hæredibus viri habitare, & idem operari, ſi hæredes volunt, & ipſa honeſte habitare poteſt, & ſi non operatur debet tanto minus pro alimentis recipere, quantum eſt pretium operarum. vt not. Bald. in l. diuortio. in principio. ff. ſolut. matri. Immo ſi operæ eſſent tales, poſſet vxor victum quærere, non tenerentur aliqua alimenta præſtare, vt not. ſup. §. proximo, vbi vide.

Aliquis hoc relatiuum ponit diuerſitatem, & pluralitatem inter multos. not. Rota concluſ. a 1 1.

Alius an hæc dictio implicet, vide text. de reſcript. c. ſedes. & clem. non poteſt de procur. & cle. 1. de præben. & Io. Andr. in cle. 1. de reſcrip. & per eundem in c. ſedes. & vide inf. ſub verbo portatile.

Altare an poſſit per epiſcopum alteri concedi. vide inf. ſuper verbo Miſſa.

Alternatiua. materiam alternatiuæ vide plene per Bartol. in l. ſi quis ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & l. 1. eod. tit.

Alternatiua vel aliquando ponitur pro idem. no. glo. in l. 2. ff. ad leg. Aquil.

Alternatiua non reddit rem dubiam, quando in vtraque partem concludit allegantis cauſam. not. gloſ. in c. pia. de except. lib. 6. & ibi plene per Doctores.

Alternatiua ſi cadit inter res electio eſt debitoris. idem ſi cadit inter res, & actiones. not. Bartol. ff. de verbotum obligat. l. ſtipulationes non diuiduntur. in princip. ver. ſeptimo quæritur.

Alternis vicibus ſi quid fieri debet, paritatem ſignificat, vt no. in authen. de alien. & emphyr. in principio in tex. & gl. in clem. a. de iure patron. ff. quando dies leg. ced. l. 1. in princ. & ff. de ſeruit. l. quarta. & de vſufruct. l. quotiens. in principio.

Ambaſciator qui in legationē iuit pro Republica ciuitatis ſuę, vel etiam pro domino ſuo, non poteſt durante officio legationis ſuæ conueniri, de foro competen. c. fin. quod qualiter intelligatur, vide ibidem per Innocentium, & Dom. Anton.

Ambaſciatori donata non cedunt eius lucro, ſed eorum quorum Ambaſciator erat. vide Ioannem Andr. de appellat. c. a collatione. libro ſexto, in gloſs. fin. ſuper text. in nouella.

Ambaſciatori an ſunt reficienda damna per eum paſſa, ſi forte fuerit in itinere captus, vel reprobatus, vide Bartolum. ff. de furt. l. ſi ſeruus. quod not. Bald. in l. inter cauſas. §. ante omnia. ff. mandati. & per Specul. in titu. de iudi. §. ſpecialia. ver. illud autem. & ver. ſequen. & quod no. Innocen & Ioan. Andr de iureiur. ſicut, & Ioan. And. in c. ſignificante. de pign. & Dom. Anton. in c. olim. verſ. venio. ad quintum. de reſt. ſpol. & vide omnino Bar. in l. ſi cum ijs. in princip. ff. ſol. matr. & in l. ſi merces. §. culpæ. ff. locat.

Ambitioſus dicitur ſimoniam committere, no. Ioan. Andr. de præben. quia in tantum talis eſt infamis. not. gloſ. 1. queſt. 1. nullus.

Animus probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, & quandoque per iuramenta, not. gloſs. C. de ſica. l. 1. vide gloſ. & Batrol. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſs. ea. l. Fulcinius. §. quid autem.

Animus probatur ex præſumptionibus, & ex verbis, & factis præcedentibus. no. gloſ. ff. de dol. mal. & met. excep. l. apud Celſum. in prin. & ff. de conſti. pecu. l. 1. §. eum qui. nam per circūſtantias probatur animus in foro contentioſo. no. gl. in clem. 1. de homicid.

Ante, hæc conditio in aſſignatione termini ſtatuti ad aliquid faciēdum ante decimam diem completam, vt no. ſuper verbo, terminus ſi eſt aſſignatus.

Antecedens ſi eſt prohibitum, intelligitur prohibitum & conſequens. de election. c. qualiter. & c. quiſquis. & C. de legi. l. non dubium. & vide ſub verbo lex. §. lex quæ prohibet.

Antiqua facta an præſumantur in dubio rite, & legitime facta, vide ſub verbo præſumptio. §. præſumitur pro factis.

Antiquum factum dicitur, quod excedit ſpacium centum annorum, vel quadraginta annorum. no. dom. Anton. de teſti. c. veniens. in pen. col. ad finem, vbi plene de materia iſta.

Annus in Romana curia incipit a die Natiuitatis CHRISTI. not. Rota concluſione 46. ſed in partibus Angliæ, & Franciæ incipit ab Incarnatione, vt not. Rota concluſione 109.

Annus non habetur pro completo in beneficijs conferendis, quando conſtituitur dies, quod non donantur beneficia, niſi habentibus tot annos. Not. Rota concluſione 312.

Appellatio ſuſpendit ſententiam. Not. Rota concluſ. 390. ſed non ſuſpendit confirmationem, extra iudicium factam. not. dom. Ant. de app. c. conſtitutis. in penult. col. Fallit in ſententijs eccleſiarum, quæ non ſuſpenduntur per appellationem. vt inf. §. proximo. & vide ſub verbo index. §. lite cō teſtat. §. renunciatio. §. renunciari non poteſt iuri.

Appellatio ſicut non ſuſpendit ſententiam excommunicationis iam latam, ita nec ſententiam ſuſpenſionis. tex. eſt in c. is cui. de ſent. excom. lib. 6.

Appellationis cauſa eſt eadem cum principali ſi inſtantię non ſunt diuerſæ. no. Rota concluſ. ſua a 1.

Appellatio ſola deuoluit etiam cognitionem. no. Rota cōcluſ. 333. Et ſic patet, quod a ſentētia nulla appellari poteſt. no. do. Ant. de app. c. dilecto. & poteſt iudex appellationis pronunciare eam nullam, quod dic, vt ibi. & vide inf. appellans a ſententia nulla.

Appellatio etiam a ſententia nulla deuoluit cauſam ad curiā, nedum appellationis, ſed etiā negotij principalis, & in vim talis appellationis poteſt appellās etiam proſequi nullitatem. not. Rota concluſ. 341.

Appellās ab interlocutoria, tenetur exprimere aliquā cauſam nullitatis, vel iniquitatis, ſicut quando appellat a grauamine, aliter non valet appellatio. Not. Rota concluſ. 2.

Appellans a grauamine vno, vel pluribus exteſſis, adiecta clauſula generali & ab omnibus alijs grauaminibus, quę ex actis proceſſus colligi poſſint, non poteſt proſequi, niſi grauamina expreſſa, & dicta clauſula generalis nihil operatur. Sed pro iuſtificatione grauaminis expreſſi, bene poteſt appellans deducere generaliter omnes cauſas grauaminis, quæ apparent ex actis. Notaut Domini de Rota ſua concluſione 9.

Appellans a ſententia lata ſuper reuocatione attentatorum tenetur cauſas grauaminis exprimere, quis quo ad hoc habetur pro interlocutoria. Sed poteſt cauſas nõ expreſſas proſequi, & per nouas probationes de iuſtitia docere, quia quo ad hoc habetur pro diffinitiua. Notat Rota concluſione 662.

Appellatio extraiudicialis verificari debet, antequam inhibeatur iudici a quo. Not. Rota 330. concluſ.

Appellatio extraiudicialis ſi eſt commiſſa alicui auditori in palatio Apoſtolico, ſtatim poſt commiſſionem clauduntur, & ligantur manus executorum. Sed ante commiſſionẽ non. Not. Rota concluſ. 334.

Appellatione ad curiam a partibus interpoſita, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt, auditor, cui appellationis cauſa committitur, inhibet iudici, a quo ſtatim cum conſtat, ſibi appellatum, & per appellationem cauſam ad curiam deuolutam, alias non. Not Rota ſua concluſ. 11.

Appellatione a grauamine ad curiam per partes interpoſita, tam auditori in curia commiſſa cum negotio principali, & cum poteſtate citandi ad partes, licet auditor pronunciet male appellatum, tamen ſecundum ſtylum curiæ non fit remiſſio ad partes, ſed remanet cauſa in curia. Et hoc propter appoſitionem manus Papæ, licet forte de iure contrarium ſit. No. Rota concluſ. 6.

Appellatione in curia interpoſita ab auditore Cameræ, vel ab alijs iudicibus in curia, poteſt auditor cui facta eſt commiſſio appellationis citata parte ad dicendum contra commiſſionem ſtatim inhibere, niſi iudex a quo fuerit Cardinalis, vel auditor palatij, quo caſu non fit inhibitio ante obſeruationem trium terminorum. Not. Rota concluſ. 11. Sed nec tunc ſeruatis illis terminis debet inhiberi, ſi appellatio fuit interpoſita ex cauſa manifeſte friuola, & licet inhibeatur, nihil operatur, nec impeditur per hoc proceſſus iudicis a quo, vt not. Rota concluſ. 396.

Appellatione interpoſita, & inhibitione ſecuta, proceſſus factus per iudicem a quo poſt inhibitionem eſt nullus. Idem de proceſſu facto poſt appellationem legitimam, & ante inhibitionem. Not. Rota concluſ. 126. proceſſus autem factus pendente termino ad recipiendum Apoſtolos bene valet, ſecundum Io. And. vt no. Rot. concluſ. ſua 124.

Appellatione deſerta an reuocetur executio facta appellatione pendente, vide ſub verbo executio. §. executio facta pendente appellatione.

Appellationem deſerens, vel renuncians, non intelligitur renunciare iuri attentatorum, & quæſito contra attentantem poſt interpoſitam appellationem. Not. Domin. Antun. de eo, qui mitti. in poſſeſſ. c. cum veniſſet. ver. oppono, quod Papa.

Appellatio deſeritur duobus modis, tacite per lapſum fataliũ, & expreſſe per renunciationem appellationis. vt in clem. ſi appellationem. de appel. in gloſ. 3.

Appellans a grauamine licet poſtea appellet a diffinitiua, non intelligitur primæ appellationi renunciaſſe, quia geminata appellatio non nocet. vt gl. in clem. 1. de dolo, & contum.

Appellans ſecunda vice ab eadem ſentẽtia, vel grauamine rei, tenet ſecunda appellatio, non prima. Nu. Do. Anto. de app. c. dilectus. ver. quando appellat. contrarium tenet Archid. cuius opinionẽ dicit do. Anto. ibi in fin. conſultus eſſe communem.

Appellationi tacite renunciare videtur, qui ad alium iudicem aliquid impetrat ſuper re, vel ſuper cauſa, qua appellauit. No. Innoc. de reſcript. c. ex parte. vide dom. Ant. de appell. c. ſolicitudinem.

Appellationi tacite renũciat ille, qui poſt appellationem a grauamine procedit coram iudice a quo, de off. deleg. c. gratũ. etiam ſi proteſtetur ſe non velle ab appellatione recedere, ſed eam proſequi. de appel. c. ſolicitudinem. niſi ille proceſſus fiat ad docendum, aut iuſtificandum grauamen, vt patet. de app. c. ſi a iudice. lib. 6. in gl. multa tamẽ ſunt, per quæ appellationi non renunciatur. vt no. eo. tit. c. perſonas. & c. ſæpe. vide inf. §. appellationi renunciare intelligitur.

Appellationi expreſſe renuncians intelligitur etiam nullitati renunciaſſe, quia nullitas incluſa tacite in appellatione, eſt acceſſorium ad ipſam appellationem, quod not. ita dicit Bald. in l. 1. C. de ſen. ex peri. reci. vide Franciſc. de Zabarel. in cle. ſi appellationi in fi. de appel. Prędicta intellige quando appellans vult vti nullitate incidenter incluſa in appellatione, ſed ſi vult nullitatem principaliter deducere, prima non obſtante, nõ renũciauit appellationi, vt patet in l. ſi expreſſim. ff. de appell. vbi deſertio appellationis, non præcludit viam nullitati, & tamen deſertio habet in ſe tacitam renunciationem, vt not. in cle. ſi appellationi. in 3. glo. de appell. & hoc tenet Domin. Anton. in ea. clement. ſuper gl. fin. quod idem ſentit, & vult Bar. in dicta l. ſi expreſſim. & domin. Ant. in dicto c. dilecto. de appell. vide de ſenten. excommunic. libro 6. in ſecunda gloſs. & quod not. Dominicus de Sancto Geminiano ſuper ea. & dicit Ioann. Andr. ſuper verbo proſequentur in nouella. quod non ſolum deſerens, ſed etiam expreſſe, vel tacite renuncians appellationi, poteſt nihilominus proſequi nullitatem. vide omnino ibi. Sed mittatur illud dictũ, qui agit de fauore animæ, quo caſu renuncians appellationi, auditur ſuper nullitate, alias ſecus, ſecundum eum.

Appellationi licet videatur quis renunciare per actum affirmatiuum coram iudice a quo geſtum, nõ tamen per actum ſonantem in pati. No. Innocen. de reſtitut. ſpoliat. c. cum olim. & Domin. Anton. de fil. presbyt. c. veniens. in tertia collat.

Appellationi renunciare intelligitur, qui iudicem a quo adit, & coram eo, in cauſa aliquid agit, quod dictum plures limitationes recipit. Prima limitatio eſt, ſi ille actus fuit ab aduerſario, & aduerſa parte acceptatus, alias ſecus. Secunda ſi iudex a quo fuit iudicialiter aditus, ſecus ſi extraiudicialiter, de ipſo conquerendo. Tertia ſi iudex a quo nõ poterat adiri, vt iudex ad quem, alias ſecus. Quarta ſi fuit iudex aditus, vt de ſe cauſam examinaret, ſecus ſi vt cauſam ſuſtentaret, ad ſedem Apoſtolicam remitteret. Quinta ſi ille actus ſonat in agere, ſecus ſi in pati. Sexta ſecundum quoſdam ſi aditur iudex inferior ſeparatus. Sed hæc vltima non placet Dom. Anton. qui prædicta not. de eo, qui mitt. in poſſ. c. cum veniſſet. ibi, oppono quando Papa. Vide ſupra, appellationi tacite renunciat.

Appellationi interpoſitæ intelligitur excommunicatus renunciare petendo abſolutionem coram iudice a quo, ſi proteſtetur, quod non intendit renunciare, quod eſt verum, quãdo petit abſolutionem, vt habilitetur ad appellationẽ proſequendam, aliter non iuuat proteſtatio. not. dom. Anton. de appell. c. qua fronte.

Appellationi interponendæ non videtur quis renunciare, licet intra terminum appellandi gerat aliquem actum coram iudice, qui grauauit. Quod limitat Ioann. de Ligna. ſi ille actus concernit grauamen. No. Rot. concluſione 299. Puta quando ille actus eſt mera executio grauaminis. vt no. Dom. Anton. de appell. c. ſolicitudinem. in quarta col. ver. ſecundus caſus. & tangitur etiam per eum de eo, qui mitt. in poſſeſs. c. cum veniſſet. verſ oppono, quod propter. Item limitat id verumque, quando grauatus aliquid agit, parendo in ſui iudicis iuriſdictionem. Secus ſi ſponte offerens quid agit. vt no. Ioan. And. de appel. c. fin. lib. 6. ſuper gloſ. quid ſi in nouella. Sed Hoſtien. dicit indiſtincte reũ non renunciaſſe, vt no. Io. And. de teſti. c. ſignificarunt. ſuper verbo. inf. decem dies.

Appellationi futuræ an poſſit renunciari, vide ſub verbo renũciatio. §. renunciari non poteſt ius.

Appellans ſi tacite, vel expreſſe renunciat appellationi, poteſt ad priorem iudicem redire, & refectis expenſis parti appellare, niſi iudex appellationem detuliſſet, quia tunc ad eum etiam partibus conſentientibus redire nõ poteſt, niſi fieret

ei re-

Digitized by Google

ei remiſſio per ſuperiorem, vel niſi iudex a quo eſſet ordinarius. no. Rota concluſ. 348. ver. ex hoc inſurrexit. & vide ſub verbo iudex. §. iudex deferendo.

Appellans poteſt re integra id eſt ante commiſſionem appellationis præſentatam iudici ad quem, renunciare appellationi, etiam inuito aduerſario. not. Rota concluſ. 409. vide omnino. c. interpoſita. §. ille. de appell. & vide inf. §. appellatio ſi eſt interpoſita.

Appellatio debet interponi infra decem dies a dic ſententiæ, & computatur tempus de momento ad momentum de appell. c. cõcertationi. lib. 6. & not. Rota concluſione 49. Ideo ſi feratur ſententia contra abſentem, & indefenſum citatum ad domum, ac præſumptiue contumacem, non poteſt infra decendium appellare, a quo ſciuit eã latam, ſed poteſt petere ſe reſtitui ad appellandum, quia iure communi põt appellare. no. Rota concluſ. 220. Item in citato per edictum no. Rota concluſ. 349.

Appellans non ſolum debet probare ſe appellaſſe, ſed etiam infra decendium appellaſſe. not. Rota concluſione 131. & no. Io. And. de appell. c. cũ ſit Romana. §. ſi. in verbo, conſiſtit, in nouella. præſumitur tamen quis infra decendium, a die notitiæ appellaſſe, quãdo appellat a grauamine, de quo dixit habuiſſe notitiam a decem diebus citationis. vt not. Rota concluſ. 403.

Appellari poteſt a iudice grauante, etiam poſt decem dies, quando actus, qui fit a iudice, non habet vim ſentẽtiæ, quia non omnis vox iudicis eſt ſententia, vel quando ſententia non tranſit in rem iudicatam. Aduertat tamen appellans, vt tunc appellet a grauamine illato ex eo quia illum actũ non reuocat, ſecundum Pau. & Abb. quod dicit dom. Ant. alibi ſe neſcire. in c. dilectus. el 2. de reſcrip. in ſecunda col. & no. Specul. in tit. de app. §. reſtat. verſic. ſed quid dicendũ. Do. Ant. putat quod in caſu prædicto, non eſt neceſſaria appellatio, nec lapſus temporis excludir facultatem reclamãdi. ita no. Dom. Anton. de re iudi. c. quod ad conſultationem. no. Rota ſua concluſ. 30.

Appellatio conceſſa per ſententiam ſuper reſtitutione ad appellandum debet interponi infra decem dies a dic ſententiæ latæ ſuper ipſa reſtitutione. vt no. Rota ſua cõcluſ. 429.

Appellationis proſequendæ tempus poteſt ex pacto partium omnimodo non prorogari ad vltimum terminum. Bald. in l. fin. §. fin. C. de temp. appellationum.

Appellans habet annum ad proſequendum, & ex cauſa biennium, de appel. c. cũ ſit Romana. & c. ex ratione. An autem detur biennium ipſo iure, vel per reſtitutionem. Et an poſt vltimum biennium detur aliud tempus ex iuſto impedimento, vide plene per Innocen. & Dom. Anton. in d. c. ex ratione.

Appellationis proſequendæ tempus non currit ei, qui agit ſuper attẽtatis, immo etiã tempus, quod fit ad executionem ſententiæ latæ ſuper attentatis, immo etiam ſubdicitur de fatalibus, & prædicta verba appellans obtinuit, in attentatis, ſecus ſi ſuccubuit, quia tunc ſibimet impedimentum præſtat. Ideo tempus ei currere not. Rota ſua concl. 99.

Appellandi tempus non currit proſequenti cauſam nullitatis, ſi probabili ratione motus, credidit ſententiam nullam, per l. cõtra maiores. C. de inoſ. teſtam. ſecundum Baldum ibid. ſed illa lex non facit, quia loquitur in remedijs contrarijs, quæ ſimul non poſſunt ſtare. Sed nullitas, & appellatio poſſunt ſimul in eodem libello deduci. not. Bartol. in l. ſi expreſſim. de appell. & etiam Bal. in l. contra maiores. dicendum, quod in his, quæ ſimul deduci poſſunt, non habet locum illa lex. Nam etiam a ſententia nulla, poteſt appellari, & poteſt appellans vi talis appellationis, proſequi negotiũ principale, & cauſam nullitatis. not. Rota concluſion. 349. Bar. autem dicit indiſtincte, quod donec quis proſequitur cauſam nullitatis, non currunt tempora appellationis. in l. ſi expreſſim. de appel. in fin. 4. col.

Appellationis tempus datum a iure ad proſequendum, poteſt iudex ex cauſa minuere. no. Ro. concluſ. 322. quod intellige de tempore dato, ad proſecutionem inchoandam, ſed tempus proſecutionis finiendæ non poteſt abbreuiari per iudicem, nec per appellatum. no. Rota concluſ. 199.

Appellans, cui iudex non præfixit terminũ ad appellationem proſequendam, poteſt eam proſequi vſque ad annum, nec poteſt appellatus eum præuenire, in impetrando, niſi extra finem anni. No. Rota concluſ. 199. quod vltimum eſt verũ, in appellatione, quæ fit extra curiam. ſed ſi fiat in curia, tũc ſtatim datis apoſtolis, poteſt appellatus præuenire, ſiue terminus ad proſequendum fuerit præfixus, ſiue non. not. Dom. de Rota ſua concluſ. 101.

Appellatione interpoſita a grauamine an iudex ordinarius, vel cui cauſa appellationis delegatur poſſit de cauſa principali cognoſcere. vide ſub verbo iudex appellationis a grauamine.

Appellatus poteſt petere, quod omiſſo appellationis articulo procedatur coram iudice ad quem in negotio principali, non tamen poteſt ad hunc proceſſum arctare appellantem, niſi circa finem anni. no. Rota concluſ. 199. Intellige, quod appellatus poteſt hoc petere etiam inuito appellante. Ita tñ, quod iudex appellationis reuocet grauamina per iudicem a quo appellanti illata extra negotium principale, puta per excommunicationẽ, & condemnationẽ expẽſarum. Item hoc verum, quando Papa, vel legatus aditur, qui poteſt adiri per querelam, ſecus in metropolitano, qui ſolum per viam appellationis aditur, niſi iudex a quo appellationi detulerit. no. do. Anto. de app. c. vt debitus. ver. oppo. quod etiam. 6. columna.

Appellans a grauamine aliquo, cum pars appellata dixit, & petit, quod deberet cum omnibus iuribus, & munimentis ad totam cauſam ſpectantibus in termino comparere, ſi non venit in termino, non eſt ei danda remiſſio, nec habebit terminum pro ipſis iuribus producendis, immo eis non acceptatis procedetur vlterius in cauſa. No. Rota concluſio. 200. verſ. ex præmiſſis.

Appellans a grauamine, cui iudex præfixit terminum ad proſequendum ſi non venit in termino poteſt contra eum procedi, ne dum in cauſa appellationis, ſed etiam in negotio principali, ſine noua citatione, licet appellatus nil petierit, ſecundum Innoc. quod eſt verum, quando appellatio fuerit a iudice admiſſa, vel a patte approbata, alias ſola termini præfixio, non operatur delationem, nec deuolutionem negotij principalis. no. Rota concl. 199. verſ. ex præmiſſis.

Appellans a grauamine, cui appellationi iudex non detulit, tamen terminum ad proſequendum præfixit, nõ poteſt ante terminum literas impetrare, nec etiam appellatus, & ſufficit, quod vterque mittat procuratorium ad impetrandum, & contradicendum, ſi ſufficienter debent mittere ad totam cauſam, & hoc non ex præfixione, ſed delatione iudicis, qui transfert, & deuoluit totum negotium principale ad curiam. Not. Rota concl. 199 verſ. ex præmiſſis.

Appellatio qualibet, cui iudex detulit, cauſam deuoluit, nec poteſt dici nulla ex cauſa, eo quod aliqua cauſa inſerta. no. Rota conclu. 366.

Appellatio a grauamine licet non ſit admiſſa per iudicem, ſi tamen eſt recepta, vel approbata per appellatum, & appellatus petit iuxta formam. c. cordi. deuoluit, nõ ſolum cauſam appellationis, ſed etiam negotij principalis, ad curiam. not. Rota concluſ. 199. in fin.

Appellans ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ tenetur ſeruare c. cordi de appell. no. Rota concluſ. 2. 23.

Appellatio quando interponitur ſecundum formam. c. ſtatuimus. & c. cupientes. extra de elec. debet in ea ſeruari, & c. cordi. de app. not. Rota concluſ. 366.

Appellans in beneficiali cauſa, poteſt & poſt lapſa tempora c. ſtatuimus. & cle. cauſam. de elec. ſufficit, quod pars in curia expectet abſentẽ per 20. dies ſecundum formam dicti c. ſtatuimus. quib. elapſis poteſt in cauſa procedi, & emiſſis trib. citationibus in audientia fieri conſuetis. not. Dom. de Rota ſua concluſ. 29.

Appellatus poteſt in Romana curia & in abſentia appellantis ius, & etiã eo inuito proſequi appellationem in partib. interpoſitã. ſecundum cle. cauſam. eo. tit. not. Rota cõcluſ. 39.

Appellatus põt proſequi appellationẽ & inuito appellante, & eo proſequente poteſt appellans ſe defendere. no. Rota cõcluſ. 263. Et prædicta vera, & ſi ipſe appellans, nõ deferẽdo appel-

appellationi proceſſerat in cauſa coram iudice, vt not. Rota concluſ. 390. Ex his decißionibus Rotę colligitur, quod diligentia appellati in faciendo cauſam appellationis cōmitti excuſat negligentiam appellantis, & ſimiliter appellati negligentiā poſt cām commiſſam in proſequendo obſeruatione terminorum. infra primum fatalę excuſat negligētiam appellantis, qui nullos terminos obſeruauit, ſecus ſi diligentia fieret, poſt lapſum fatale, & ſic poſt deſertionem, & hoc caſu loquitur. cle. ſi appellationi. de appell.

Appellatio in cauſa beneficiali, vt deuoluat cauſam ad curiam ſufficit, quod intimetur appellatio in loco eccleſiæ in qua reſidet, & in eccleſia cathedrali, licet perſonaliter non apprehendatur, nec alibi fuit perquiſitum. no. Rota concluſ. 99.

Appellatio in cauſa beneficiali in partib. iudicialiter ad ſedem Apoſtolicam interpoſita propter aliquam probabilem exceptionem non admiſſam, ſtatim cum fuerit intimata appellatio totum negotium principale deuoluitur ad curiam. no. Rota concluſ. 139.

Appellatio quando dicatur ad curiam introducta, & quando dicatur inchoata. vide ſub verbo introducta. Et quando dicatur deuoluta, & quis eſt effectus deuolutionis. vide plene per dom. Anton. in c. veniens. de renunciat. & aliquid in c. ſi duob. ver. charta. de appel.

Appellatio in cauſa beneficiali non deuoluit cām ad curiam, licet appellato detur copia appellationis omnino intimādo niſi per alia indicia conſtet appellatum habuiſſe certam notitiam appellationis, quia intimatio prædicta debet fieri legitime, ſecundum formam. cle. cām. de elec. quæ forma eſt, quod appellato detur copia ſub authentica forma, licet tenor ei non legatur, vel lecto ex tenore ſcripturæ authenticæ ſufficit copiā tradere, niſi petat eam ſub manu publica debet dari. no. Rota concluſ. 163.

Appellatio interpoſita viua voce ad Papā ante ſnīam, vt quando appellatur ab electione vel ſimilib. non deuoluit, & nulla eſt, niſi iudex a quo ei detulerit, quia tunc deuoluit cauſam ad curiam, etiam ſi nō fuerit aliqua cauſa iuſta, nec apoſtoli petiti. no. Rota concluſ. 366.

Appellatio extraiudicialis. licet ſit parti intimata, non inducit veram litis pendentiam, eſt tamen quædam prouocatio ad cauſam, per vim citationis. no. Rota concluſ. 296.

Appellatio extraiudicialis a grauamine in cauſa beneficiali in partib. interpoſita, & legitime intimata, licet ſit deſerta, pōt tamen appellatus, eā committi facere, & in negotio principali procedere per audientiam contradictionis, nec requiritur noua citatio ad partes, ſed ſi appellans vellet poſt deſertionem procedere de æquitate aduerſarij, ad partem citari debet de nouo. no. Rota concluſ. 310.

Appellatio extraiudicialis in quibus differat a iudiciali, & in quibus conueniat. vide plene per domin. Ant. in c. bonæ. de appell. penult. & vlt. col.

Appellatio in partibus extraiudicialiter aſſerens ſibi canonice prouiſum de beneficio, quod poſſidet, & aduerſario nullum ius in eo competere, qui ipſum poſſeſſorē indebite inquietat, & moleſtat, non repellitur ab obiectibus poſtea dandis in curia, licet in appellatione ſua nil obiecerit in perſonam, vel formam, ſecus ſi in appellatione ius ſuum non deduxerit, ſed ſolum ius patris aduerſæ directe impugnando appellauit. no. dom. de Rota ſua concluſ. 29 a.

Appellatio per alteram partium tātum interpoſita tribuit ius parti appellante petēte ſententiā in melius reformari, quia ſicut appellās petit eam infirmari, & quod omiſſum eſt, ſuppleri. not. Rota concluſ. 390. ſed aduerte, quia ibi loquitur, quando appellauit a ſententia in totum. Quid autē ſi appellauit ſolum in partib. contra eum faciendo, cogitabitis.

Appellatio debet fieri coram iudice, vt ei debitus honor feratur, niſi metus appellantis, vel abſentia iudicis appellātem excuſet, quia tūc in abſentia iudicis fieri poteſt, cum proteſtatione tamen de metu, vel abſentia. Et aduerte, quantum ad appellationem, & petitionem apoſtolorū, dicitur iudex eſſe abſens, quando non eſt in loco publico ciuitatis, vel terræ, in qua iudicauit, nec ſufficeret, quod eſſet mortuus. not. Rota conclus. 344.

Appellans in abſentia iudicis etiam ante notificationem ſibi factam ita eximitur ab eius iuriſdictione, ſicut ſi in eius præſentia appellaſſet, ſecundum Inn. & no. Rota concluſ. 299. quod intellige, quādo nō poteſt haberi copia iudicis, alias, vt no. Innoc in c. de app. & Arch. in c. appellatio. eo. tit. lib. 6. & vide Lapum alleg. ſua 30. & dom. Anto. in d. c. fin. & in clem. 1. de app. ver. quæro an ſufficiat.

Appellatio manifeſte friuola ante ſententiam interpoſita priuat quem iure appellandi a ſententia, a qua alias ei licitum fuiſſet appellare. no. Rota concluſ. 309. & eſt tex. in clem. ſi ante. de dolo, & contu. & quæ appellatio dicatur friuola manifeſte, ibi vide.

Appellare poteſt tertius ratione ſui intereſſe a ſentētia lata in fauorem actoris, contra poſſeſſorem in cauſa beneficiali, & poterit impedire executor ſententiæ, ne ipſi appellanti conſtituatur durior aduerſarius, non tamen poterit impedire ſequeſtrationē fructuū, & poſſeſſionis. no. Rota cōcluſ. 393. & vide inf. ſub verbo executio ſententiæ, quando petitur.

Appellans a grauamine in tertia inſtātia, ante diffinitiuā, ſi poſtea ſequatur diffinitiua contra eum cōformis, alijs duabus ſententijs, in prima, & ſecunda inſtantia lata non eſt audiēdus in proſecutione appellationis, niſi primo dictas ſententias exequatur, vt no. Rota concl. 310. Io. And. dicit cōtrariū. in cle. 1. de re iud. in gl. 1. penul. & melius in gl. antepe. & idem dicit do. Ant. in ea. cle. ſuper gl. pen. Sed deciſio Rotæ loquitur, quando cauſa appellationis fuit commiſſa poſt ſententiam, quod ſi ante commiſſa fuiſſet, tūc auditores fuerunt varij, vt dicit ibi Rota.

Appellationis a diffinitiua ius deſertum & antequā dētur apoſtoli, & pōt appellans eam facere committi, & proſequi, coram iudice ad quem. Secus in appellatione ab interlocutoria. No. Rota concluſ. 329. & confeſſio facta de appellatione ante diffinitiuam interpoſita, non valet. de reſcrip. c. ſi.

Appellationis commiſſio ſi immediate poſt illam appellationem interpoſitam præſentetur, commiſſio cenſetur vitioſa ſubreptitia, & ante appellationē interpoſitā impetrata, quū cancellaria, & officiales curiæ non ſunt in eodem loco, vbi ſententia lata eſt, alias ſecus. no. Rota concluſ. 209.

Appellatio interpoſita per abbatem, & cōuentum a ſententia conuictum contra eos lata poteſt proſequi per ſuum abbatem, in fauorem eccleſiæ. no. Rota concluſ. 201.

Appellatio alternatiua puta ſi quis appellat ad Papam, vel ad archiepiſcopum, valet ſecundum Rotam, licet non ſecundū Io. And. & ille erit iudex, coram quo ſit proſequutio. Not. Rota concluſ. 214.

Appellatione pendente nil debet innouari, quod ſit in partiū præiudicium, eo quia quæ aduerſario non præiudicant, innouari non prohibentur, vt plene notarunt Dom. de Rota ſua concluſ. 196.

Appellati poteſt a ſententia lata a delegato vicarij, ſeu officialis epiſcopi, ad epiſcopum, vel ad vicarium delegantem in arbitrio appellantis eſt ad quem appellet. Not. Rota concl. 343. & 344.

Appellatio a ſentētia epiſcopi, qui eſt legatus in ſua prouincia, non debet. nec poteſt interponi ad eum, vt ad legatum, ſed ad eius ſuperiorem. niſi quando epiſcopus, nō ſolus, ſed cū alijs, quorū erat immediatus ſuperior pronunciauit, quo caſu ad eum, vt epiſcopū poteſt appellari. vt no. Ro. cōcl. 301.

Appellari poteſt a vicario epī, ad ipſum epm, quando vicarius non proceſſit vt vicarius ex vi ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, ſed vi ſpecialis cōmiſſionis. v. g. quando appellatur a collatione beneficij facta, per vicarium, quia non poteſt facere ex poteſtate ſui vicariatus, ſiue alia ſpeciali commiſſione. not. Rota concluſ. 299.

Appellari non poteſt ad ſuperiorem omiſſo medio, niſi appelletur a ſubdelegato, & a collega ſuo, vel niſi appelletur a ſubdelegato ad Papam, ſi tamen a ſubdelegato, & a collega ſuo appelletur ad Papam, poteſt excipi. ſed ſi nō excipitur, valet proceſſus. no. Rota concluſ. 309.

Appellari non pōt a reſcripto principis, nec a pronunciatione facta de principe cōſulendo. no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de appell.

Appellare an poſſit dñs, ſi procurator eius infra decendiū appellare neglexit, vide Bar. in l. 1. in ſi. quando appellandum ſit, & do. Ant. in c. 1. vt lite non conteſt.

Appellans

Digitized by Google

Appellans a ſententia lata, contra falſum procuratorem intelligitur ipſam ſententiam ratificare, & confirmare, vt non poſſit dici nulla, ex defectu mandati. ff. rem ra.ha. l. 3. §. filijs. not gloſ. in l. licet. C. de procur. & not. in c. 1. de re iudic. vide Io. And. in additione Specul in tit. de ſententiæ prola. §. quoniam. verſ. quod ſi procurator.

Appellari a Papa, ſicut nec a præfecto prætorio, non poteſt. no. Spec. in tit. de recuſa. §. recuſare. verſ. ſed nũquid alius: & no. glo. de exceſſi. prælat. c. ſicut vnire. vide ſub verbo Papa. §. Papa nomen.

Appellari non poteſt ab his, quæ iudicis ſententiæ relinquuntur. not. Rota concluſ. 426. vide glo. quæ contradicere videtur in clem. 1. de iure patron. Sed illa gloſ. intelligitur, quo ad finem deuoluendi, vt no. dom. Anton. in cap. fin. de conſtitutionib. vltima col. vide ſub verbo iudex, cui committitur. Idem dicit Inn. in c. fi. de ferijs, quod appellari non poteſt ab his, quæ iudicis arbitrio committuntur, quod intellige de his, quæ ſunt modici præiudicij. videlicet ex caſu, per eum ibidem formato. Patet etiam ex tex. quem allegat in c. conſuluit. de off. deleg. qui tex. loquitur, de actu parui præiudicij, & hoc tenet Bal. in tit. ne ſede vacante. c. 1. lib. 6. prætetea Innoc. loquitur, quando iudici datur arbitrium, ſuper certo, & determinato, puta quod ferias patriæ litigantium, poſſit ſeruare, vel quod contumacem, poſſit in diem ſequentem expectare. Nullus enim conqueri poteſt, ſi iudex facit, quod ius ei ſpecialiter permittitur, vt dicto c. conſuluit. Sed ſi arbitrium iudici datum eſt indeterminatum, debet intelligi de arbitrio boni viri. vt no. Bar. in l. ſi ſicut. in prin. de legat. 1. Idem ſi iudex illud excedit, credo quod poſſit appellari, arbitrio eorum. quæ no. Bar. in l. 2. ff. de arbitris. & prædicta confirmantur ex his, quæ plene no. dom. Anton. de conſtit. c. 1. ver. oppono, quod immo, & vide per eum de accuſat. ſuper his ſuper glo. in verſ. arbitrium. & in ver. aſtringendis.

Appellari non poteſt ab Imperatore ad Papam in temporalibus. no. gl. 4 diſt. quoniam contrarium. no. Ioan. Andr. in c. paſtoralis ver. verum. de re iud. & facit, quod not. per eum, & per Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. compet. vbi dicũt, quod a iudice ſæculari non recognoſcente ſuperiorem ad Papam appellatur.

Appellari non poteſt ab executore apoſtolico in eo, quod ſibi committitur in quo eius conſcientia oneratur. no. Rot. concluſione 424. vide Dominicum de Sancto Gem. qui hoc limitat, in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. lib. 6.

Appellare non poteſt victor ob omiſſione cõdemnationis expenſarum, ſi victus non appellauit a condemnatione contra eum facta. Sed ſi victus non appellauit. not. Rota concluſ. 3. & 26.

Appellari non poteſt a condemnatione expenſarũ facta, poſtquam interlocutoria, reuocatione attentatorum tranſiuit in rem iudicatam, quia tempus dictæ condemnationis trahitur ad tempus interlocutoriæ. Not. Rota ſua concluſ. 13.

Appellare non poteſt verus contumax, fictus ſic, & dicitur fictus, qui citatus ad domum non comparuit. Not. Rota cõcluſ. 49. Idem in citato per edictum, ſed ſecundum obſeruationem Rotæ etiam verus contumax appellat infra decem dies computatos a tempore ſententiæ, & non ſciẽtiæ. vt no. concluſione 349.

Appellare non poſſe verum contumacem. Fallit de æquitate in eo, qui ſecundum formam c. ſtatuimus. verus contumax reputatur, contra quem abſentem, ſi per audientiam contradictarum proceſſum eſt, & a ſententia lata poteſt appellare infra decem dies a tempore ſententiæ latæ, non a tempore ſcientiæ computandos tamen, & ſæpius admiſſus eſt appellans infra decem dies a tempore ſcientiæ, quando citatus non fuit perſonaliter apprehenſus. Not. Rota concluſione 133.

Appellans qui aduerſario intimauit appellationem, ſi eam nõ proſequitur, ſed ſi aduerſario cauſa proſequente feratur ſententia contra appellantem non poterit a ſententia illa appellare, quia cenſetur contumax. Not. Rota ſua concluſ. 36.

Appellans a ſententia nulla poteſt proſequi nullitatem, vndecunque prouenientem, quando appellatur a diffinitiua. Sed ab interlocutoria non poteſt proſequi, niſi nullitatem, quæ colligitur ex cauſis in ipſa appellatione expreſsis, & ipſa appellatione iuſtificata, ex forma ſui ſecũdum Innoc. de app. c. dilecto. ſed dic plenius, vt ibi per dom. Ant.

Appellari poteſt a ſententia arbitri quũ talis ſententia ex forma legis, vel ſtatuti parit actionem, ſed a ſententia arbitrorum non, vt no. Bar. in l. 2. ff. de arbi. Sed a ſentẽtia arbitrorum, quæ eſt quaſi quædam trãſactio, tenet alibi Bar. appellari poſſe. in l. ſi. ff. de app. recip. vide omnino. inf. §. appellari poteſt a ſententia arbitri.

Appellans a grauamine exceptionis reiectæ, vel non admiſſæ, quam obtulit probaturum, iuſtificat appellationem, eo ipſo, quod dicet probationem oblatam, quod eſt verum, ſi realiter obtulit, habendo ibi teſtes, vel inſtrumẽta. ſecus ſi verbaliter tantum obtulit. Notat Ioan. And. de teſti. c. ex parte Adæ. Sed contrarium tenet Ioan. And. quod ſufficit verbaliter offerre. in c. interpoſita. ad fin. de appell. Et quod dicitur ſufficere ad appellationem iuſtificandam probationis fuiſſe oblatam, verum eſt, quo ad validanda, & reuocanda geſta poſt appellationem non quo ad conſequendum exceptionis effectum, niſi exceptionis veritas probetur. Ideo ſi fuit appoſita exceptio pacti de non petendo, non conſequitur abſolutoria, licet illam realiter obtulerit probaturum coram iudice appellationis, vt no. Ioan. And. in d. c. ex parte Adæ. de app. non ſolum ſuper verbo verum. & c. Romana. verſ. quod ſi. ſuper vltima gl. lib. 6. in nouella. Idem not. dom. Ant. in d. c. interpoſita. de appell.

Appellationis vim obtinet itineris arreptio ad ſuperiorẽ poſt grauamen illatum, & reuocantur attentamenta poſt appellationem, ſiue iter arripiat ad Papam, ſiue ad alium ordinarium ſuperiorem, qui recognoſcere poſsit, & qui poſsit adiri per querelam, ſecus in eo, qui adiri per querelam non poteſt. no. dom. An. de app. c. dilecti.

Appellationis vim obtinet itineris arreptio ad ſuperiorẽ, quãdo fit poſt cauſam cœptam, & grauamen illatum, vel ſaltem comminatum, ſiue fiat in propria perſona, ſiue non, aut per nuncium dum tamen ex cauſa apponatur, ſicut quando appellatur. no. Ioan. And. de appell. c. dilecti. quod procedit, quando certum eſt, quod propter hoc ad ſuperiorem vadit, vt de grauamine conqueratur, & proceſſum contra ſe habitum petat reuocari, & iter arripitur infra decem dies a die grauaminis, & omnia ſeruet ſecundum naturam appellationis adaptari poſſunt ſecundum Archid. Et prædicta limita, quando iter arripiens de facili non poteſt habere copiam iudicis a quo appellat, alias itineris arreptio non habetur pro appellatione ſecundum Innocent. niſi metu iudicis quis non audeat appellare, vel tanta ſit occupatio quod non poteſt appellationem ſcribere, & formare, & tunc debet hoc dicere verbo in præſentia iudicis, vel ſaltem iudici, & aduerſario, ſeu eorum alteri infra tempus appellandi intimare, alias itineris arreptio non habet vim appellationis iudicialis, licet quandoq; poſsit valere, vt extraiudicialis, ſecundum Innoc. Tu dic, quod habet vim iudicialis dũmodo ſeruentur illa, quæ poſſunt interuenire, ſecundum naturam appellationis no. dom. Ant. de appel. c. vt debitus. 7. col. ver. appono. ſecundum hoc. vbi autem itineris arreptio fit ad Papam, ante cauſam cœptam, tũc ſi fit in propria perſona, ſuſpendit iuriſdictionem inferiorem ſententiæ, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, & hoc per ritu. de peregr. non ex eo, quod habeat vim appellationis, ſed quia ex cauſa itinerantes ad Papam eximũtur ab inferioribus iudicibus. quãdo cauſa eſt probabilis, qui autem ſine probabili cauſa vadũt, non gaudent hoc priuilegio, ſed poſſunt ad domum citari, & ſententia contra eos ferri, vt not. in d. c. vt debitus. Quod autem dicitur, itineris arreptionẽ ante cauſam incœptam ſuſpendere iuriſdictionem, limita quando arripitur ante notitiam literarum delegatus ſecus ſi poſt notitiã habitam, quia tunc dolo ſe facere videtur. Item ſecus quando iter arripitur, non in propria perſona ſed per nũcium. no. dom. Anto. de app. c. meminimus. quod limita quãdo nuncius mittitur, pro reſtitutione aduerſus ſententiam, quam non poteſt inferior concedere. Tunc habet vim ſuſpenſionis, & expectabitur nuncius, nec prius mandabitur ſententia

tentia

tentia executinni, & hoc maxime in ijs, quæ conſucuerunt per nūcios impetrare, vt collegia, magni prælati, principes, & Senatus. Item ſi nuncius mittitur pro conſultando ſuper dubio nouæ cauſæ occurrente, & non conſuetæ, quo caſu debet expectari reſponſum. vt no. Anton. in c. vt debitus. de appellat.

Appellationis vim obtinet, ſi quis dicat, quod protectioni talis iudicis ſe ſubmittit. Not. Bal. in l. 1. in fi. C. ſi qua prædi. poteſt.

Appellans a ſententia excommunicationis contra eum lata, quia libello non reſpondebat, ſi iudici a quo inhiberi facit, proceſſus per eundem iudicem poſtea habitus eſt nullus, perinde, ac ſi ab illa interlocutoria eſſet appellatum, & inhibitum, quia dicta excommunicatio non cenſetur de articulis cauſæ occaſione negotij principalis facta. not. Rota ſua concluſ. 166.

Appellatio legitima a grauamine facit ſententiam diffinitiuā, poſtea latam, eſſe nullam, quæ nō reconualeſcit, licet appellatio deſeratur. de ſen. excommun. c. licet. lib. 6. & ibi notat. per Ioan. And. & per Lapum alleg. 1.

Appellatio ſicut deuoluit totum negotium ad ſuperiorem, ita & nullitas. no. Bar. C. quādo, & quomodo. vide l. ſi vt proponis. l. prima. & ff. de re iudi. l. iudex de appell. l. ſi expreſſim, circa finem.

Appellare non poteſt ille, qui obligauit ſe ad ſtandum ſententiæ iudicis, quia talis obligatio habet vim renunciationis appellationis. No. dom. Ant. de iureiurando. c. Quintauallis. ver. quarta differentia.

Appellari non poteſt a ſententia, lata per Epiſcopum, ex iuriſdictione prorogata per laicum, & illud eſt priuilegium ſpeciale conceſſum epiſcopo, ab Imperatore. Not. Dom. Anto. de iureiurando. c. Quintauallis. 29. differentia.

Appellare non poteſt coniunctus per teſtes, contra quos nil opponit, ſecundum Io. And. in c. veſtra. penul. colum. de co hab. cler. & mul.

Appellari non poteſt a ſententia arbitri voluntarie a partibus electi, quia non parit actionem, & ſi eſt homologata, licet non pariat actionem, tamen quia pars approbauit expreſſe non pōt appellare ſecūdum eū, ſed male dicit. Sed ſi ex forma ſtatuti parit actionem, & habet executionem paratam, tunc appellari poteſt. Not. Dom. Anton. de iureiurando. c. Quintauallis. 25. differentia. Item poteſt appellare, quando conuentum eſt, quod appellari poſſit, ſecundum Bart. Sed aduerte, quia illa appellatio non ſapit naturam appellationis, cum non niſi a iudice appelletur, ſed ſapit naturam, cuiuſdam reclamatoriæ. vt ibidem no. do. Ant.

Appellari poteſt a ſententia arbitri iuris. Et ille dicitur arbiter iuris, qui eligitur ſuper aliqua incidenti quæſtione lite pendente coram iudice, & idem de arbitris iudicialibus, qui ad æſtimandum. vel declarandum aliquid coram iudice eliguntur ab ipſomet, vt approbatores fideiuſſoris, æſtimatores, & ſimiles. Secus in arbitris vigore ſtatuti, ſuper controuerſijs venientibus inter coniunctos, & affines, & ſimiles, quia licet ex neceſſitate eligantur, & eliguntur ſuper aliquo incidenter pendente coram iudice, non tamen appellatur ab eis, ſecundum Bar. vt no. dom. Anton. in dicto c. Quintauallis. ver. 25. differentia.

Appellari poteſt a ſententia arbitri pro tertio electi per iudicem duobus diſcordantibus, ſecundum Butr. Quia iudex eſt arbiter iuris ſecundum Io. And. dic, quod poterit reclamari, ſed non proprie appellari, quia non eſt arbiter iuris, cum non eligatur ad decidendum aliquid incidens, coram iudice, ſed coram arbitris. Et idem quando tertius eligitur a partibus iudice mandante, & multo minus poterit appellari, quando eligitur voluntate partium ſola. Not. domin. Ant. in c. Quintauallis. verſ. 25. differentia. & vide in §. proximo ſequenti. & ſupra, in §. appellari poteſt a ſententia arbitri.

Appellari licet non poſſit a ſententia arbitri ſine laudo arbitrorum, vt not. Feder. de Senis conſilio 85. & not. Bart. in l. 1. C. de arbi. licet contrarium not. in l. fi. ff. de appell. recip. poteſt tamen appellari a ſententia lata per iudicem ſuper petitione reductionis ad arbitriū boni viri, quia vt iudex pronunciat ſecundum Butr. Aduerte tamē, quia licet iudex reductionis diſcrepet a iuris rigore, ſi tamen pronunciat, ſecundum naturalem æquitatem reformando arbitrorum dictum non poterit iuſte appellari, quia poteſt eo modo ſententiare, quo potuit arbitrator, qui non tenetur ſequi rigorem, ſed naturalem æquitatem, quam ſi non eſt ſecutus poteſt iudex reductionis formare pro nota. Ita not. in dict. c. Quintauallis. verſ. nūquid. in verſ. & in 26. collat. ſed Io. Andr. in add. in tit. de appell. §. quibus. verſ. quid ſi conueniatur inter partes. videtur tenere, quod a ſententia lata ſuper reductione non poſsit appellari. Idem tenet Bart. in l. 1. in fin. de legat. 2. Contrarium tenet Bal. in l. 1. C. de ijs, quæ pœ. no. dico tamē, quod ſi in cauſa reductionis, fuit ſententia arbitralis confirmata ſumit vires diffinitiuæ, ac ſi eſſet lata in prima inſtantia, & petitio reductionis habet vim primæ appellationis. Ideo alia vice duntaxat appellare poterit, vt not. Bald. in l. 1. C. ne lice. in vna eademque cauſa ter prouo.

Appellari non poteſt a ſententia lata ſuper fructibus, vel expenſis, quando non appellatur a ſententia lata ſuper negotio principali. no. dō. Ant. in d. c. Quintauallis. antepen. col. ver. ſed eſt dubium.

Appellatio a ſententia lata feudi per pares curiæ fit ad ſuperiorem dominum domini feudi, ſi dominum ſuperiorē habet, a quo fuerit de feudo inueſtitus, ſi autem non habet, tunc eſt dubium, ſecundum Innoc. ſi agitur reali appellabitur ad ordinarium illius loci, in quo ſita eſt res feudalis. Si agitur de iniuria cōtra fidelitatē factam appellabitur ad iudicem rei in quantum agitur perſonali. Sed ſi agitur mixta, vt interdicto, vnde vi, vel in rem ſcriptam, appellabitur ad ſuperiorem illius loci, vel vbi eſt res feudalis. Tu dic breuiter, quod iudex tribunalis. i. ſuperior loci, in quo factus eſt proceſſus, quia appellationes magis regulantur a tribunali, quam a perſona, niſi conſuetudo aliter diſponat. Not. dom. Ant. de iudi. c. ceterum. ver. venio. ad ſecundum §. qui.

Appellari poteſt a ſententia lata per iudicem, de conſenſu partium. Not. Anton. de iureiurando. c. Quintauallis. 25. differentia.

Appellari poteſt a iudice ſeruante ordinem iudiciarium, ſi de iure poteſt procedere ordine non ſeruato. Not. Ant. de cohab. cle. & mul. c. veſtra. 44. col. in fin.

Appellari poteſt a ſententia nulla, tex. eſt. de iudic. c. exhibita, & c. fi. & no. dom. Ant. in d. c. veſtra. penult. charta. verſ. venio ad vltimum. Sed iudex talis appellationis debet pronunciare appellationem iniuſtam, inſerta cauſa, quia ſententia eſt nulla, & condemnare appellātem in expenſis, vt not. Spec. in tit. de ſen. §. vt autem. ver. in iudice autem. in fine, Sed Io. And. in addit. aliter loquitur.

Appellari poteſt a ſententia in manifeſto lata, quia iure non probabitur. Not. Anton. in d. c. veſtra. penultima charta. 3. collat.

Appellare an poſſit quis veniens contra confeſſionem veram, vel fictam. vide ſub verbo notorium. §. notorium an impediet.

Appellans a grauamine tenetur exprimere grauamen, cauſam notoriam etiam, quia licet notorietas excuſet a probatione, non tamen a propoſitione. in dicto c. veſtra. penul. charta. 3. colum.

Appellationi ab alio interpoſitæ adhærens, non poteſt illa appellatione vti, niſi doceat, ſe intra decendium, quo appellare potuit, adhæſiſſe, & adhæſionem iudici a quo intimaſſe. Not. Rota concluſ. 221. & nu. gl. de elect. c. vt circa. lib. 6. ſuper verbo adhærentes. & dicta adhæſio debet eſſe expreſſa, nec poteſt fieri niſi per illum, cuius intereſt. vt no. Io. Andr. in nouella. ſuper gl. prædicta.

Appellari non poteſt ad papam omiſſo medio, quando appellatur a ſubdelegato delegati, non in totū. de off. delega. c. ſi delegatus. §. ad eum quoque. lib. 6.

Appellari non poteſt a ſententia lata per Cardinalem, cui fuit cauſa commiſſa appellatione remota, & hoc propter dignitatem perſonæ. Not. Bart. in l. 1. ff. de off. præfect. prætor. & per Bal. in l. 1. de off. præfect. prætor. & per Dom. An. in tit. de off. deleg. lib. 6.

Appel-

Appellari non poteſt ad Papam a ſententia lata per iudicem ſæcularem temporali iuriſdictioni eccleſiæ non ſubiectum. Et hoc verum de iure. Sed de conſuetudine eſſet ſecus. tex. dē app.c.ſi duobus.verſ.denique. dicta tamen conſuetudo, non eſt generalis,ſed ſpecialis,in quibuſdā locis ſecundum d.Io.An.& do.Ant.ibidē. Sed vacante imperio de iure poteſt appellari ad Papam a iudice ſæculari. not.gl.2.q.6.c.2. vide ſup.§.appellari non poteſt ab Imperatore.

Appellatio per tertium interpoſita ratione ſui intereſſe, non valet, niſi in ea exprimatur aliqua cauſa, propter quam ſua intereſſe dicat. Not. Bar.in l.ſi a ſententia.in princ. ff.de appellationib.

Appellari poteſt a iudice reijciente exceptionem tacite,vel expreſſe,procedendo ad vlteriora,nō admiſſa exceptione,vbi autem exceptionē non reiecit tacite,vel expreſſe,ſed dicit ſe velle deliberare,tunc ſi tertio requiſitus humiliter vt deliberet,non reſpondet,poteſt appellari, ac cum aſſignata cauſa, ſecundum Hoſt.in c.interpoſitam. de app. & idem not. do. Anton.eodem titul. c.dilecto. 2.colum.ver.oppono. quod ex quo.

Appellari an poſſit a ſententia lata cōtra officialem in iudicio, vide Cy.Bar.& Bald.C.quorum app.non recipiant l.nulli. & Archid.2.q.6.c.nulli quoque. & Spec. in tit. de app.prima parte.§.quibus.verſ.tertio.

Appellatio ſi eſt interpoſita in cauſis maioribus, & maiores appellantur, de quibus inferior a Papa nō poteſt cognoſcere, ſed ſumit iuriſdictionem papa ſpecialiter, & ē inſtituta reſeruata,non poſſunt partes tali appellationi renūciare. Sed ſi appellatur in cauſis medijs, & mediæ ſunt omnes cauſæ ſpirituales, & eccleſiaſticæ maioribus exceptis,tali appellationi, antequam ſit recepta per iudicem ad quem, poſſunt ambæ partes renunciare, niſi ad priuatum eorum intereſſe, ſe componere non poſſunt ſine iudice ad quem, vbi autem appellatur in maioribus cauſis,& maiores ſunt,quando agitur de temporalibus, & antequā appellatio ſit recepta poſſunt ambæ partes,& etiam appellans inuito appellato renūciare appellationi,& redire ad iudicem a quo,dūmodo non interſit appellanti. Et ſufficiat poſtquam appellatio ſit recepta,non licet partibus ad iudicem a quo redire ſine licentia iudicis ad quem,ſed per compoſitionem poſſunt ab appellatione recedere etiam inuito iudice ad quem. Not. Io.Andr. poſt Hoſt.de etim.ſal.c ſin. vbi appellari poteſt re integra. Sed Bald.ſimpliciter dicit,quod appellans non poteſt renūciare,ſi appellati intereſt,in l.fin.C.quando prouoc.non eſt neceſſe.& vide tex.& gl.in c.quamuis. §. ceterum. de elect. libro 6.

Appellans an poſſit petere, quod appellatus compellatur ſententiam exhibere,a qua appellatum eſt,aliter ſententia proſit appellato. vide Innocentium, & Domin. Anton. in c.G. perpetuus. de fide inſtrument. Federic. de Senis. C.de fide inſtrum.

Apertiſſima probatio quæ dicatur,vide ſub verbo, probata. §. probatio.

Apoſtata non eſt excommunicatus ipſo iure, niſi quando eſt irregularis, & dimittit habitum, vt in c.1. ne cler. vel monachi.

Apoſtolicæ ſedis appellatio an comprehendat papam,vel etiā legatum de latere, dic quod in maioribus, ſeu reſeruatis comprehendat Papam tantum,in alijs comprehēdat etiam legatum de latere.no.Io.An.de elect. ſecundum Abbatem. lib.6.niſi addatur, dictio repentine, puta Apoſtolicæ Sedis dumtaxat,quia tunc nullo caſu comprehendit legatum.no. idem Io.And. in clem.grauis.de ſen.excom.

Arbiter electus,vt iudex, vt procedat ordine iudiciario in ſubſtantialibus,& hoc quo ad procedendum debet, etiam quo ad dirimendum pronunciare de iureiurando, licet poſſit ſi vult pronunciare inique.no.d. Ant.de iureiurando.c.Quintauallis.ver.venio ad materiam. poſſunt tū partes remittere ordinē iudiciarium,vt arbiter nō teneatur ordinem iudiciarium ſequi in procedendo,ita tū,quod de iure pronūciat, & cū arbiter habeat poteſtatem in partibus præſenti parte illā qualificare. No. D.An.eo.tit.ver.de his deciditur, quid ſi in compromiſſo. Vide etiam ſub verbo appellatio.

Arbitrator. Vide plura de arbitrio, quæ tanguntur in §. præſcriptio.§.teſtis.

Arbiter an poſſit eſſe ille,qui eſt excōicatus? dic,licet talis in arbitrum aſſumptus non poſſit partibus contradicentib. officiū exercere propter vitium excommunicationis tamen tenet compromiſſum,& acceptatio,& etiam laudum,ſi partes ſe præſentant, & non contradicant. Item ſi feratur, etiam abſentibus partibus, quando poteſt abſente parte laudare. Ideo nunc exigitur appellatio. No.d.Ant.in d.c.Quintauallis.ver.24.differentia.

Arbitri ſententia,licet non poſſit per viam appellationis retractari,niſi in certis caſib.poteſt tū per viā nullitatis retractari,vt ſi lata eſt ſnīa ſine ordine iuris, vel per pecuniā,vel contra ius expreſſo errore in ſententia, vel contra formam compromiſſi. No.Domin.Anton.in dicto c. Quintauallis. ver. 25. differentia. & not. plene per Innocen. & alios, in c.1. de ſenten. & de re iud.

Arbitri ſentētia lata ſeruato ordine iuris,licet ſit iniqua,nō poteſt peti reduci ad arbitriū boni viri.no.D.An.in d.c.Quintauallis.ver.4.differentia.quod intelligitur ſecundū diſtinctionem poſitam in §.proxime ſequenti.

Arbitri ſnīa ſi non patitur vitium nullitatis,ſed iniquitatis,q̄q̄. non poſſit per appellationem retractari, niſi in certis caſib. Si tū fuerit lata dolo partis,vel arbitri retractabitur per exceptionem,vel per replicationem, ſi aūt eſt iniuſta propter dolum partis,& arbitri,tunc in quib. caſib.nō retractaretur ſnīa arbitrorum,nec iſta retractabitur,ſed in quib.arbitrorū ſententia retractaretur,tunc licet ſecundum Inno.huic quāquam inique ſtandum ſit,tamen ſecundum Hoſt.reducitur ad arbitriū boni viri,quando euidens eſt iniquitas nutriens peccatum,& de peccato dicitur conſtare,quando conſtat de euidēti læſione. & lex nedum canonica, ſed ciuilis etiā non vult peccata, & hoc intelligitur verū,quādo infra decē dies fuit reclamatum, ita quod non pōt dici ſententia homologata,quod ſequitur Io.An.& dicit curiam ita ſeruare, quod eſt indubitanter verum,quādo apparet enormis læſio, quia tunc laudum præſumitur doloſum & læſo competit remedium actionis,& exceptionis doli ſecūdum ius ciuile, & ſecundum ius canonicum habet hoc plus,quia officio iudicis, non poterit retractari non obſtante iuramento,ſi iuramentum obſtaret poterit iudex ex officio prouidere. No.d.Ant. in d.c.Quintauallis.verſ.25.differentia.

Arbitri laudum homologatum expreſſe, vel tacite, per lapſum decē dierum,parit actionē, & habet executionem paratam, ſicut ſententia,quā eſt ſine pœna, videtur Inn.velle,quod nō poteſt homologari,ſed dic,quod poteſt ſaltem, qū eſt clauſula rato manente pacto. Si autem laudū,non eſt homologatum, nec ſtipulatione vallatum, tunc de ciuili non parit actionem,cum nudū ſit,poterit tamen ad pœnam agi, ſed de iure canonico agere poterit,licet nullum ſit,quia conſenſus partium adeſt, qui ſecundum ius canonicum producit ius agendi ſaltem per officium iudicis. No.dom.Anton.in d.c. Quintauallis. verſ.11.differentia.

Arbiter poteſt interlocutoriam etiam mutare circa acceſſoria, dummodo eadem die. Idem ſi vult reformare, quia quo ad dictamē non mutata ſententia ſecundum verbum, nec dubiam declarare poteſt, nec valet diffinitiuam mutare, ſi ſuper toto pronunciauit, ita quod ſuo officio functus eſt, ſiue ſententia ſit aliqua,ſiue nulla,idem ſi non ſit diffinitiua. Sed tamen iudicis officium finiri facit prædicta verba, niſi in cōpromiſſo dictum ſit, quod poſſit iudicare ſemel, & pluries, & quoties ei placuerit, quia tunc poterit ſic facere, & corrigere ſuper diuerſis capitulis, tamen nō ſuper eodem,quia ſuper eadem re non poſſunt ferri plures ſententiæ, niſi compromiſſum eſſet tale quod contineret, niſi vnum articulum tantum ſuper eo, quia tunc poſſet pluries laudare, & ſeipſum corrigere,alias verba compromiſſi nil operarētur. Si autem in compromiſſo dicatur,quod poſſit ſemel,& pluries iudicare, & iam iudicatum corrigere, tunc etiam ſi ſint plures articuli poterit quemlibet mutare,ſecundum Bart. licet Io. Andr. ſentire videatur, quod non valeat tale pactum, vt idem mutare poſſit, quia immutare hoc eſſet ad delinquendum. vt not. Domin. Anton. in dicto cap. Quintauallis.

verſ.oppono.quod non poteſt.& addit,quod no.eo.ti.ver. 28.dña.vbi prædictam clauſulam, quod pluries mutare, & iudicare,reſtringitur tam in arbitro, quã in arbitratore ad caſum,quo prænullandum fuit nullum, quia tũc poteſt iterato iudicare circa idẽ,& mutare, vide Bal. in l.ſi quis arbitratu.ver.oppo.vbi dicit,quod illa clauſula ſemel,& pluries laudare poſſit operatur, ſi ſunt plura capitula in cõpromiſſo,quod tot poſſit ſnĩas ferre diuerſo tempore,quod ſunt capitula,non quod poſſit aliquam ſnĩam mutare, nec reuocare, nec corrigere. Sed ſi in compromiſſo eſt vnum capitulũ duntaxat,tunc dicta clauſula operatur,quod laudum ſuper primo capitulo ſemel latum ponitur ſæpius contra diuerſos articulos iudicare, non autem contra idem.

Arbitratoris laudum ſi petitur reduci ad arbitriũ boni viri tanquam iniquum,cui incumbat onus probandi. Vide Io.An. in add.Spec.in tit.de arbitro.§.reſtat.verſ.quid ſi compromiſſum.& D.An.de prob.c.quoniam contra falſam. penul. charta.in fine.& vide ſub verbo arbiter per totum.

Arbitrium ſiue arbitramentum ſi eſt nullum, & petatur reduci ad arbitrium boni viri, poteſt iudex ſuper nullitate pronunciare ſecundum Hoſt.vt no. D.Ant de appel.c.dilecto. ver.numquid.col.10.

Arbitrator non poteſt eſſe ille,qui eſt excõicatus, vel ſeruus. No.d.Ant.de app.c.dilecto.ver.numquid aũt. 10.col. contrariũ vero de excõicato de iureiur. in c.Quintauallis.verſ. 24.differentia.Licet Io.An.teneat primam partẽ in arbitratore publice excõicato,vt no.Ant.in d.cap.verſ.29.differentia.Item excõicatus poteſt eſſe arbiter,& tenet compromiſſum,& laudum ſi partes ſe præſentant,& non contradicunt. Idem ſi laudũ feratur eis abſentib. quando põt abſente parte laudare, ideo tunc exigerur appellatio. No.D.Ant.in d. verſ.14.differentia.& §.arbiter an poſſit eſſe ille.

Arbitrator etiam poteſt eſſe habens dilucida interualla furoris quando compromiſſum acceptauit,& iudicauit tempore quo habeat ſanum intellectum, vt not. Dom.Ant.in d.c. Quintauallis.in fine.

Arbitrator poteſt eſſe filiusfamilias,etiam patre inuito.no.D. Ant.in d.c.Quintauallis.in fin.

Arbitrator poteſt eſſe presbyter quia non prohibitum reperitur.No.Ant.in d.c.Quintauallis.in fin.

Arbitrator poteſt eſſe monachus,ſed arbiter non, niſi Abbate imperante.Licet Cy.dicat,quod nec arbitrator eſſe poteſt, ſed ille qui eſt de ordine minorum, non poteſt eſſe arbiter, nec arbitrator.Abbas aũt licet ſecundũ quoſdam, nõ poſſit eſſe arbiter etiam in cã monaſterij,poteſt tñ eſſe arbitrator. no.D.Ant.in d.c. Quintauallis. verſ.8.differentia.

Arbitratrix poteſt eſſe mulier, quamuis non ſit in dignitate. No.D.Ant.in d.c.Quintauallis. 8.differentia.

Arbitrator poteſt eſſe ille iudex ad quẽ cauſa cõpromiſſi pertinet iure ordinario,vel etiam per delegationem, ſed arbiter eſſe non poteſt de iure ciuili,niſi ſit princeps, ſed non ſubditi,in eo,de quo iudex non eſt iudex poſſunt compromittere in iudicem,vt in arbitrum.Et ideo in iudicem,a quo eſt appellatum, poteſt vt in arbitrum compromitti. quia non eſt amplius iudex,ſed de iure canonico poteſt in quemlibet iudicem ordinarium,& delegatum compromitti,ẽt vt in arbitrum. No.D.Ant.in c.Quintauallis.ver 25.differentia.Adde,quod etiam de iure ciuili, poteſt etiã iudex ordinarius, & delegatus in arbitrum aſſumi retenta poteſtate ordinaria,vel delegata,vt no.verſ 22.differentia.

Arbitrator nõ poteſt recuſari,vt ſuſpectus, ſicut arbiter ex cauſa.no.d.Ant.in d.c Quintauallis.verſ.7. differentia,& verſ. 22.differentia.

Arbitrator poteſt quis eſſe,etiam in cauſa propria.not.d.Ant. de iudi.c.cum veniſſent.ver.numquid autẽ, quia aſſumitur, vt bonus vir,ſed in cauſa propria non quis poteſt eſſe arbiter,ſicut nec iudex.no. Do.Ant.in d.c.Quintauallis. verſ.2. differentia. Et aduerte tamen,quod idem Ant. in eo.cap.in prin.dicit,quod poteſt quis eſſe arbiter, & arbitrator ſuper iniuria propria.

Arbitrator procedit in cauſa abſque ſolennitate iuris, vel ordinis iudiciarij,ſecundum Innoc.dum tamen extra iudicium laboraret ad inquirendam veritatem,vt plenius inſtruatur. no.Dom.Ant.in d.c.Quintauallis. ver.venio ad materiam. poteſt tñ ſi vult ordinem ſeruare, vt no.eo.tit. ver. 4. dña.

Arbitrator poteſt procedere in diebus,etiam feriatis in honorem Dei, tamen ſi non vult,non compellitur,licet partes in hoc conueniãt. Sed arbiter non poteſt in talibus ferijs procedere etiam partibus volentibus. not.do.Ant. in d.c.verſ. 27.differentia.

Arbitrator non aſtringitur ad tempus inſtantiæ ſtatutæ in iudicialib.cauſis ſecus in arbitro,ſecundum Syn. cui tempus inſtantiæ incipit non a die compromiſſi, ſed a die litis corã eo motæ. Io.An.tenet,quod in arbitro, nõ habet locũ inſtãtia,quod de iure canonico expeditum eſt,quia nec in iudice locum habet.no. Io.An. in d.c. Quintauallis. ver.18.dña.

Arbitrator non arctatur facere ſcripturam de actis, quæ fiunt coram eo,cum non teneatur procedere ſecundum ordinem iudiciorum. No. Dom.Ant.in d.c.Quintauallis.verſ.venio ad ſextum.

Arbitrator,nec etiam arbiter tenetur aliquod iuramẽtum præſtare.licet Bar.dicat contrarium in arbitratore.vt no.Dom. Ant.in d.c.Quintauallis.ver.5.differentia.

Arbitrator non tenetur partes citare ad ſentẽtiã, ſiue laudare. Sed Bar.dicit contrariũ in arbitro,ſi non in diſcuſſu,& proceſſu cauſæ fuerunt partes præſentes ſecundum Cyn. vt no. d.Ant.in d.c.Quintauallis.ver.ex his infertur.

Arbitrator cum non diffiniat per vim ſententiæ non arctatur ad pronunciandum in ſeptis,nec cum alia ſolennitate, cum totum ponatur in eius poteſtate. Sed arbiter arctatur vt iudex,vt no D.An.in dicto c.Quintauallis. ver.3.differentia.

Arbitrator debet iudicare ſecundum æquitatem, arbiter vero ſecundum ius arbitri. ergo debent ſeruare rigorem iuris, & iuſtitiam, ſecundum Io.Andr.in dicto c.Quintauallis. ver. 4.differentia.

Arbitrator poteſt facere, ſiue proferre ſentẽtiam ſiue laudum in eccleſia,arbiter non,ſicut nec iudex. No. do.Ant. in d.c. Quintauallis.ver.24.differentia.

Arbitrator poteſt manus extendere ad res extra compromiſſum,quod intellige ſecundum Bart. quando ſe extendit ad connexa,ſed ad omnia extranea non poteſt.Nam ſi de re eccleſiaſtica compromiſſum ſit,poſſit de quantitate, & rei æſtimatione laudare. Idẽ ſi aliquid rei, vel ſpeciei, vel quantitatis aſſignari, & recompenſationem adiudicari ſuper re principaliter eſt compromiſſum. No.d.Ant. in d.c. Quintauallis. 23.differentia.

Arbitrator ſi ſuper toto pronunciauit bene, vel male, functus eſt officio ſuo & non poteſt amplius mutare, ſi iure alicuo, & ſeruauit formam compromiſſi, non poteſt mutare, licet nullus laudauerit: Secus ſi formam non ſeruauit vt pronunciare poſſit.quotiens voluerit tñ ſemper mutare poterit. ẽt circa idẽ,quod intellige,quando laudum fuit nullũ.no. do. Ant.in d.c. Quintauallis. ver.18.differentia. & vide omnino,quod ipſe. no.eo.cap. ver.oppono, quod non poteſt, & ſub verbo,arbiter.§.arbiter poteſt interlocutoriam.

Arbitrator cogitur laudare ſi compromiſſum ſuſcepit, non tñ videtur ſuſcepiſſe,licet prius fuerit, vel aliter ſocius nõ contraxerit arbiter aũt non cogitur laudare, licet cõpromiſſum ſuſceperit,niſi in cõpromiſſo ſit apposita pęna,vel pignora. An aũt valeat per actum,quod arbitrator nõ poſſit cogi, dic vt no.D.Ant.in d.c.Quintauallis.ver.24.differentia.

Arbitrator ſi eſt aſſumptus ſuper ſubſtantialib. contractus, & non arbitrator, non valet contractus, quia non receditur a perſona,ſecus ſi perfecto cõtractu aſſũptus eſt ſuper aliquo acceſſorio,licet ille nõ arbitretur,qa tũc ex cõtractu ꝑfecto oritur actio,cui põt officium iudicis deſeruire ſuper acceſſorio.licet ille non arbitretur. No.d.Ant.in d.c.Quintauallis.

Arbitrator eſt ille,qui dicit volo ſtare voluntati tuæ,ſed qñ fit cõpromiſſum in aliquẽ,vt ſciſcitetur, an partes poſſit cõcordare talis non dicitur arbiter,nec arbitrator, ſed mediator, no.D.An.in d.c.Quintauallis.ver.quid ſuſcipiat.Item arbitrator dicitur ille, cui quis dicit volo ſtare dicto tuo. Sed ſi inique arbitretur,poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri. No.ff.de arbi.l.penul.& l.fi. ff.de prætorijs ſtipulationib.

Arbitrator eſt ille,in quem compromittitur, vt in arbitratorẽ, vel vt in bonum virũ, niſi per aliqua verba cõpromiſſi aliud

poſſit

poſſit apprehendi. Not. do. Ant. in d.c. Quintauallis. ver. ex his deciditur, quid de tali. ſed arbiter cenſetur ille in quem compromittitur, vt in arbitrum, & in bonum virum. quia arbiter dicitur bonus vir. no. dom. Ant. verſ. ex his deciditur, quid ſi citatur. ſup. eod. cap.

Arbitrator dicitur ille, in quẽ compromittitur, vt in arbitrum, & in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, cum ptãte procedendi de iure, & de facto, & ſententiandi de iure tñ. Idem ſi compromittitur in eum, vt in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem cum eadem poteſtate, quia nõ repugnat arbitramentũ ſi deducatur ad limites iuris, & tunc informabit arbitrator arbitrium ſuum a iure non ſola ęquitate. Arbiter autem dicitur ille, in quem cõpromittitur, vt in arbitrum cum poteſtate prædicta, vt no. Inn. in c. Quintauallis. ver. ex his deciditur, quid ſi in cõpromiſſo. & ver. ſeq. Nam arbiter cenſetur, quia vt arbiter aſſumitur, niſi ex his verbis, aliter appareat, vt quia dictum ſit, quod poſſit procedere ordine iuris non ſeruato, vel alijs conſimilibus verbis. No. D. Ant. eo. c. verſ. ex his deciditur, quid de tali. Item arbiter cenſetur, qui eligitur, vt litem dirimat. no. do. Ant. eo. c. ver. ex his deciditur, quid ſi dicat.

Arbitrator ſeu arbiter, an dicatur ille in quem cõpromittitur tanquam in arbitrũ, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, vel tanquam in arbitrum, & arbitratorem ſimpliciter, dic quod poteſt, quam viam vult eligere, vel arbitri, vel arbitratoris, ſecũdum Bar. licet Spec. dixerit, quod videtur electus vt arbiter ſaltem, vbi eſt adducta pœna. no. D. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. ex his deciditur, quid ſi eſt.

Arbitrator, & arbiter dicitur ille, qui aſſumitur, vt poſſit procedere ordine iuris ſeruato, vel non. dic quod vtramq; habet poteſtatem, etiam & ſi nõ exprimat an procedat, vt arbiter, vel arbitrator cognoſcitur ex modo procedendi, quia ſi ordinẽ iuris ſeruauit in totum, cenſetur arbiter, vel cẽſetur arbitrator ſecundũ Inn. & ſi ab initio ſeruauit ordinẽ, & in fine non, quia forte ſine ſcriptis ſeruauit, non valet ſnĩa, quia procedens ab initio ſeruato ordine videtur viam arbitri elegiſſe, & alteri viæ arbitratoris renunciaſſe. ſecundum Dyn. Sed veritas eſt ſecũdum Hoſt. quod valet ſententia tanquã arbitratoris, quia viæ arbitratoris repugnat, ꝙ pro parte, vel in toto ſeruetur ordo iuris. Poteſt enim ſeruare, & non ſeruare pro vt ei placet. Ex his ſeqtur, ꝙ ſiue a principio ſeruauerit ordinem, & non in fine, ſiue a principio non ſeruauerit, nec in medio ſed in fine, ꝙ iudicabitur iniqua ſententia arbitratoris, & ſi eſt æqua ſecundũ naturalem æquitatem, ei ſtabitur, ſecundum Io. An. vt no. Do. Ant. d. cap. verſ. ex hoc deciditur alia dubitatio, quod nota.

Arbitratoris compromiſſum non finitur morte alterius compromittentium, quia illud eſt pactũ, vel tranſactio, quæ trãſit ad hæredes, etiam ſi compromiſſum fuerit pactum, ſuper contractu inhærendo, quia ſpecies conditionalis obligationis tranſmittitur ad hæredes, niſi ſit talis, quæ perſonæ cohæreat, vel niſi contractus, non ſit talis, qui ſit tranſmiſſibilis ad hæredes.

Arbitri an cõpromiſſum finiatur morte alterius compromittẽtium. no. Ant. in c. Quintauallis. ver. 13. differentia.

Arbitratoria poteſtas, & laudum, ſicut recipit eſſentiam a conſenſu, & voluntate partium. Ita contraria voluntate poſſunt partes a laudo recedere, no. Dom. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. ex hoc inſurgit alia 12. dubitat.

Arbitrator aſſumitur ſuper eo, de quo partes non ſunt concordes, & non ſolũ ſuper cõtractu, ſed ẽt ſuper lite, tñ ipſa aſſumptio, & proceſſus, non expeditur per viam iudicij, ſed cõtractus, vnde cõpromiſſum, & laudũ dicitur cõpoſitio, vel trãſactio, quam iudicium, vel ſententia ſiue arbitrium. Not. Do. Ant. in d.c. Quintauallis. ver. 2. differentia.

Arbitratoris laudũ in certo compromiſſo, eſt quædã trãſactio eo reſpectu, quia fit de re dubia, & quia partes cõpromittũt, vt a lite diſcedant tñ proprie non eſt trãſactio, ſed compoſitio, quia tranſactio fit proprie, aliquo incidẽti dato, vel retẽto. Sed arbitrator, põt in totum abſoluere, & in totũ condẽnare. Itẽ a tranſactione proptie nõ receditur, licet iniqua ſit, a laudo recedi põt, propter exceſſum, & iniquitatem. No. Dom. Ant. in d.c. Quintauallis. ver. 2. differentia.

Arbitratoris dictum non eſt ſententia, nec laudum, ſed tranſactio quædam. Not. D. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. ex hoc inſurgit alia 12. differentia. Sed nec eſt proprie tranſactio, ſed compoſitio quædam, vt notat. ſup. §. proximo.

Arbitratoris laudum ſi incidit in contractũ, puta quando aſſumitur quis, vt arbiter de pretio rei venditæ agendum eſt actione ex illo contractu, quando ſtatim poſt cõtractum fuit aſſumptus. Si non in contractum, tunc in compromiſſo intercellit iuramentum, mandabitur arbitramẽtum executioni per officium iudicis dummodo ſit æquum, vel ad æquitatẽ reductum, ſi non interceſſit iuramentũ, ſed ſtipulatio tũc agitur ex ſtipulatione, ſi autem eſt nudum, tunc parit ſolam exceptionem, niſi ſuper aliqua actione ſit compromiſſum, quia tunc illa actione agitur, ſecundum Inn. quia in illa parte dicit, quod licet ſit nudum, ſeruandum eſt, ſi eſt æquum. Sed Hoſt. dicit, quod ẽt quando eſt nudum, mãdabitur executioni iudicis officio, quod de iure canonico procedit, ſecũdum quod etiam nudus conſenſus parit ius agendi ſaltem per officium iudicis. Non tamen quod habeat executionem paratam, niſi ſtatuta locorum aliter prouideant. Et hoc verum, ſecundum dom. Bar. vt no. dom. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. ex hoc inſurrexit alia 12. differentia.

Arbitratoris laudum contra ius latum eſt nullum. ſi forma cõpromiſſi habet, quod de iure, & de facto procederet, ſed de iure tantum pronunciaret, quia illa expreſſio, quod de iure tantum pronunciaret, dedit formam compromiſſo, qui tacite non ineſſet, ſecus in laudo arbitri, dicto modo aſſumpti, quia in illo dicta expreſſio tacite inerat. licet Bar. in hoc vltimo dubitauerit, & ſub illo verbo, de iure venit, non ſolum ius cõe, ſed etiam ſtatutum, & conſuetudo iuri cõmuni contraria. not. do. Anton. in d.c. Quintauallis. penult. col.

Arbitratoris dictum, ſiue laudum ſi cõtinet modicam læſionẽ, poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri, & in hoc differt a laudo arbitri, quod de iure ciuili nõ põt reduci ad arbitriũ boni viri. Ratio differentiæ eſt, quia compromittens in arbitrum, qui vt iudex procedit ſeruato iuris ordine contemnit iudicem, cum non agit coram ipſo iudice, ſed via cõtractus. No. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. nunc videamus.

Arbitratorium non reducitur ad arbitrium boni viri, propter modicam læſionem, niſi dolus eius verus, vel præſumptus interceſſerit, quia tunc ex quolibet damno poteſt peti reduci cum dolus remitti non poteſt. Not. do. Ant. in d.c. Quintauallis. verſ. venio ad ſeptimum.

Arbitratoris laudum poteſt indiſtincte reduci ad arbitriũ boni viri propter enormẽ læſionem, quando in compromiſſo dictũ fuit, quod poſſit dare de iure vnius partis alteri, ẽt in magna quãtitate, quia aliud eſt dãnum modicum, aliud magnũ, aliud enorme. Et iõ ſub verbo magna, nõ comprehẽditur, no. D. Ant. ĩ d.c. Quintauallis. ver. venio ad ſeptimũ. vbi aduertendũ, &c. ſub verbo enormis, nõ cõprehenditur enormiſſima, vt excludatur quis totaliter a facultate petendi reductionẽ. Ponatur, ꝙ nõ poſſit peti reductio læſionis ẽt enormiſſimæ, vel ꝙ arbitrator poſſit dare de iure vnius alteri, in parte, & in toto litigantes, & vide oĩa. inf. §. arbitratoris laudum ſi lędit. Quæ autem dicatur lęſio in magna quantitate? Dicit Ant. quod eſt magna. qñ, vt no. in d. capit. verſ. venio ad quintum. verſ. mihi videtur. Bar. dicit quod eſt, quando in ſexta, & vtraque l. allegat. l. vnde ſi Neruæ. cum princ. l. ſequen. ff. pro ſocio. & ponit in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Ego dico, quod vterque dicit contra tex. illius. l. vnde ſi Neruæ. & leg. ſeq. ubi text. aperte declarat, quod læſio dicatur magna quando eſt in tertia parte.

Arbitratoris laudum ſi eſt iniquum nõ poteſt reduci, non obſtante, ꝙ in compromiſſo fuerit homologatum futurũ. Quia talis homologatio, habet vim ſimplicis renunciationis, ſi homologatio ſit ſecuta poſt laudum, quia tũc non eſt locus querelæ, quod eſt uerum, quando homologatus fuit certificatus de læſione, alias ſecus. Not. d. Ant. in dicto c. Quintauallis. uerſ. uenio ad ſeptimum. circa fin.

Arbitratoris laudum, etiam ſi de re ipſa eſt iniquum ex imperitia præter dolum arbitratoris, poteſt peti reduci, licet compromiſſum fuerit iuratum, & pœnali ſtipulatione uallatum. licet Burtius dicat contrarium, quando non apparet

de dolo, vel culpa arbitratoris. Not. dom. Ant. in c. Quintauallis. verſ. venio ad ſecundum, quo iure. quod intellige ſecundum diſtinctionem poſitam in §. prox. ſequuta.

Arbitratoris laudum ſi lædit DEVM, vel eſt contra DEVM vel eſt contra pietatem, vel continet omnia alia iura, poteſt reduci ad arbitrium boni viri, ſi autem eſt ſimplex, contra ius priuatum partis, ita demum poteſt reduci ſi læſio eſt in ſexta parte, ſecundum Bart. vel indiuidua, & hoc verius, quam portio, aliter indicatur, quando arbitrator aſſumitur ſuper contractu, & prædicta etiam procedunt in compromiſſo iurato, in quo partes generaliter, & ſimpliciter promiſerunt ſtare laudo. Sed ſi ſimpliciter, & expreſſe dictum ſit, quod poſſit arbitrator ius vnius partis in totum. vel in parte alteri dare, vel quod poſſit iudicare alte, & baſſe, quod idem eſt, vel quod poſſit de iure vnius dare alteri in parua, vel in magna quantitate. Dic, quod ſi læſio eſt magna, & ex propoſito, & hoc conſtat, poteſt reduci, non obſtantibus prædictis verbis, ſic confuſe prolatis, ſecus ſi læſio ſit re ipſa, & non ex propoſito, & hoc conſtat, ſecundum Ioan. ſed verius eſt, quod etiam tūc poteſt reduci, quia illa verba magis confuſa fuerunt prolata ad beneuolentiam, & ſub ſpe latæ confidentiæ, quam deceptionis futuræ, vbi autem non conſtat, quod læſio fuerit ex propoſito, vel re ipſa in dubio, ex magna receptione præſumatur dolus, & ſic reductio peti poteſt. Not. dom. Ant. in dicto c. Quintauallis. verſ. venio ad quintum, & prædicta procedunt, etiam ſi renunciatio, vel pactum, vel iuramentum interceſſerit, de non petēdo reductionem. quia quodlibet iuramentum recipit intellectum, ſecundum principale diſpoſitum, vt no. eo. c. ver. venio. ad ſeptimum. Aduerte tamen, quia ſi in compromiſſo dicitur, quod poſſit arbitrator de iure vnius partis alteri dare in parua vel in magna quantitate, non poterit tamen enormiter lædere, cum triplex ſit damnum, modicum, magnum, & enorme, vt no. Dom. Anton. in c. Quintauallis. vlt. charta. in princ. vbi aduerte tamen. Et aduerte, quod læſio enormis dicitur, quæ ſextam partem excedit, cum in ſexta dicatur læſio magna, vt patet in l. vnde ſi Neruæ. cum l. ſequen. in princ. ff. pro ſocio. vbi tex. dicit, quod læſio in ſexta continet manifeſtam iniquitatem, & idem dicit Bar. in l. ſocietatem. in §. arbitrorum laudum poteſt. & cōcordat Bar. quod ratione enormis læſionis poſſit peti reductio, quibuſcunq; verbis in compromiſſo appoſitis, non obſtantibus, vt ipſe. no. in l. cùm antea. C. de arbit. Fallit vbi ſtatutum dat validitatem laudo, quo caſu etiam ratione doli, non poteſt laudum reuocari, vt nor. Bal. ſuper rubrica. C. de appell. & idē videtur, ſi ſtatutum dicit, quod contra laudum non poſſit aliqua exceptio opponi, vel quod laudum non ſit præciſum. vt no. Bal. C. de excep. rei iudica. l. 2.

Arbitratoris ſentētia, licet in ſuſpecto iuris rigore ſit iniqua, ſi tamen ſecundum naturalem æquitatem eſt æqua nō poteſt reduci ad arbitrium boni viri. not. in dicto c. Quintauallis. ver 4. differentia. Et ſicut arbitrator non tenetur ſequi iuris rigorem, ſi habetur procedere ſecundum naturalem æquitatem, debet ſententiam refrenare, & etiam ex iuſta cauſa pro bono pacis, in aliquo modico partem lædere. not do. Ant. eo. c. verſ. nunc videamus. & præſumitur iuſta cauſa, ex quo modice lædit. Si tamen in totum ſequitur ius ſcriptum omiſſa naturali æquitate, ſecundum quam poterat laudum in aliqua parte confirmare, non poteſt per hoc eius ſententia retractari, quia licet poſſet naturalem æquitatem ſequi in recitando arbitratoris laudum, tamen nō arctatur illam ſequi, ſi non vult, vt no. do. Ant. eo. c. ver. quæro an in hac. penult. col. ſed hoc vltimum dictum, videtur contra primū arguendo de toto ad partem.

Arbitratoris laudum, licet nō ſuſpendatur per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, tollitur tamē effectus præſumptionis eius, ſicut in appellatione ab excommunicatione. not. dom. Anton. in d. c. Quintauallis. ver. venio ad ſextum. vbi ergo non pendet reductio, & reclamatio præſumitur quod laudum ſit iuſtum, vt not. in c. qui contra. de probation. penultima charta. ver. numquid autem pro dicto argumento.

Arbitratoris laudum reducitur ad arbitrium boni viri, per officium iudicis, & quandoque iure actionis, ſecundum Bar. vt no. dom. Ant. in d. c. Quintauallis. ver. ſecundum, quo iure ſequitur. §. arbiter.

Arbitratoris laudum, poteſt peti reduci ad arbitrium boni viri vſque ad triginta annos, quia tanto tempore durat actio, & officium iudicis, per quam petitur dicta reductio. immo poteſt quandoque peti perpetua, vt quando competit officium iudicis, per quā petitur dicta reductio loco exceptionis, quæ perpetua, licet Bar. dixerit, & male, quod quandoque finitur quadriennio, & quod in omni caſu eſt neceſſe, quod petens reductionē cōtradixerit loci, vt infra annum, ſaltem extra iudicium, quod non eſt verum, quia iure nō cauetur. not. dom. Ant. in dicto c. Quintauallis. ver. quæro tertio. Idem no. Bal. ff. pro ſocio. l. vnde ſi Neruæ. & C. de contrahen. emp. l. ſi. penul. col. verſ. quæro vſque.

Arbitratoris laudum ſi petitur reduci ad arbitrium boni viri virtute actionis, vel per officium iudicis, quod datur principaliter propter ſe, vel loco actionis, debet ſuper dicta reductione adiri iudex ipſius petentis, qui dicitur competens ſuper exceptione, actore agente, quod eſt notandum. Aduerte tamen quod ſi ſit dubium in reductione laudi propter iuramentum aditur iudex eccleſiaſticus. Idem ſi laudum eſt ſuper materia ſpectante ad eccleſiam, vt ſuper matrimonio. Idem ſi eſt latum contra pietatem. Idem ſi ex eo euidens ſurgit peccatum. An autem debeat iudex eccleſiaſticus petens reductionē, vel eius contra quem petiuit, patet ex præmiſſis. no. dom. Ant. in d. c. Quintauallis. ver. venio ad quartum, vide quod no. per eum de for. compet. c. cum ſit. prima colum. verſ. tertius caſus. dic quod iudex eccleſiaſticus etiā inter laicos eſt iudex competens in cauſa reductionis propter iuramentum, & ſi laudum, quod petitur reduci apparet nullum poterit ius reductionis nullitate pronunciare. no. dom. Ant. de appella. c. dilecto. penult. col. in principio, quod eſt notabile dictum. Et quod dicendum eſt, in cauſa reductionis laudi adeundem eſſe iudicem actoris, vel rei limita ſi tale laudum ex forma ſtatuti produceret actionem, & vim haberet ſententiæ, quo caſu adeundus eſſet iudex, vt ſuperioris arbitratoris, de cuius ſentētia conqueritur, ſi primo caſu, conqueritur de cōtractu, videlicet de laudo, quod habet vim tranſactionis vt no. per Bar. & Bal. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. ver. quæro, quis erit, & vide omnino. Fede. de Senis. conſilio 275. vide etiam dom. Ant. qui Fede. limitat. de for. compe. ſi clericus. 6. col. verſ. ex hoc decidatur. eod. tit.

Arbitratoris laudum poteſt detegi iniquum ex nouis probationibus, quando in cauſa reductionis nō eſt neceſſe, quod arguatur dolus eius. Si autem exigitur dolus, tunc non poteſt iniquitas detegi, niſi ex eiſdem actis, quia aliter non cōcluderetur dolus, quia non cadit in ignorantem, niſi facto arbitratoris occurriſſet quo minus probationes factæ eſſēt. Vbi autem coram arbitratore, non apparent acta, ad quæ conficienda non arctatur de facili non probabitur dolus, niſi præſumptiue, vt ſi abſoluitur in totum, vel in magna parte, & agens vult probare debitum clarum. Nam tunc concluderetur dolus præſumptione prædicta, de probationibus omnino nouis. Nam ad probandum acta antiqua poſſunt noui teſtes produci, vt ſi agens vult probare coram arbitratore aliquid fuiſſe probatum. Not. Dom. Anton. in dicto cap. Quintauallis. verſ. venio. ad ſeptimum. vide infra §. proximo.

Arbitratoris laudum quando petitur reduci ad arbitrium boni viri & æquitatem præter læſionem, non quia pro laudo præſumatur, ſed quia petens fundat ſe in læſione, & hæc eſt eius intentio, quam habet probare. Et ideo ſi per laudum eſt reus abſolutus in toto, vel in magna parte, & actor producit alia inſtrumenta, vel teſtes debito, niſi appareant aliæ circūſtantiæ præſumitur laudum iniuſtum, licet poſſibile ſit arbitratorem habuiſſe probationem, ſuper exceptionibus, & probationibus, non præſumitur. Et quia laudum non tranſit in rem iudicatam. Not. Dom. Ant. in dicto c. Quintauallis. ver. venio ad ſextum. Item ſi petens reductionem, dicat ſe condemnatum, & non appareat aliter, quod ſit debitor, eo ipſo laudum probatur iniuſtum, vt not. Do. Ant.

in con-

Digitized by Google

in conſilijs ſuis 27.cōſil.& fuit opinio Franc. de Are. quam recitat. Dom. Ant.in c.Quintauallis.ver.venio. ad ſeptimū, ibi per quem dicit. Franc.de Aret. vide omnino ſub verbo præſumpto.§.præſumitur pro laudo.

Arbitratoris vel arbitri laudum ſi eſt latum ſuper eo, quod alias per ſententiam erat decifum,an valeat. Vide ſub verbo compromiſſum.

Arbitratoris vel arbitri laudū, ſi eſt petitū reduci propter iniquitatem,& petens ſuccumbat,in pœnam compromiſſi incidit,niſi euidenter appareat de cauſa iuſta petendi. Not.Domin.Anto.in d.c.Quintauallis.ver.ſed eſt dubium, an tempore.antepen.colum.

Arbitrator poteſt procedere, vt arbiter ſuper vno articulo, & vt arbitrator ſuper alio.& vt iudex delegatus etiam ſuper alio quando in iudicem delegatum fuit compromiſſum,tanquam in arbitrum,& arbitratorem, & vna poteſtas per aliā non expirat.de præben. c.niſi eſſent. & ibi ſingulariter hoc not. Dom.Ant.

Arbitrium ſimpliciter conceſſum intelligitur de arbitrio boni viri,ſed ſi intelligitur de arbitrio boni viri, verbum liberū, intelligitur, quod poſſit iniuſte facere, dum tamen dolus malus abſit. Item verbum videbitur,& verbum placebit importat arbitrium boni viri, ſed verbum vide iudicio tuo importat liberum arbitrium. Not.Bar.in l.ſi ſit legatum. in princ. de legat. 1. & plenius in extrauaganti ad reprimendum, ſuper verbo videbitur. vbi de uerbis iudicio tuo, dicit contrarium. Idem in uerbo plenum,quod in uerbo liberum.de legat.3.l.fideicommiſſa.§.ſi ſit. & ibi ita no.Bar. & uide per eum de arbitrio generaliter conceſſo.in l.ambitioſa.de decre. ab ord.fac.& uide gloſ. de uerbo uidebitur. in c.2.de corp.uitiat.& ibi per dom.Anto.& pleniſſime per eum.in c.1. de conſti. ubi de multis uerbis loquitur an importent arbitrium boni uiri.& de accuſ. c.ſuper his.penult. colum.& uide ſub uerbo uolo.

Arbitrium differt a facultate, & ſcientia, nam quædam committuntur in iudicis facultate, & in illis poteſt iudex ſecundum uelle ſuum procedere,quia ſic agendo facit, quod ius vult,unde non eſt opus querela. Item in commiſſis ſcientię iudicis in quibus non appellatur, ſi tamen appellatur,operabitur quo ad finem procedendi,alias concludendi, vt ſuperior poſſit deliberare,an quod actum eſt reuocetur,ſed in commiſſis arbitrio appellari poteſt. Aduertendum tamen eſt,quod aut committitur ad arbitrium liberum aut ad arbitrium cum cauſa,vel ad arbitrium iudicis,ſiue boni viri. Primo caſu poteſt iudex ſecundum velle ſuum procedere, ac ſi eſſet commiſſum in eius facultate, ſecundum Ioann.Andr. quod eſt verum ſecundum Bar.in his,quæ ſunt leuis præiudicij,vt in ſentētijs teneatur ſequi regulas iuris naturalis,licet ſit liber a regulis iuris poſitiui,& ciuilis, quinimmo, & remedia iuris ciuilis ex quibus eſſet ius poſitiuum, vt præſcriptio ſeruare tenetur.quia ex quo ſūt quæſita ex naturali æquitate affixa, & illa tollere, eſſet cōtra naturalem ęquitatem.licet enim arbitrium concludit uolūtatem etiam recte nō regulatam,dummodo excluditur dolus. Illud eſt verum,vbi non tangitur præiudicium tertij ſecundum Lapū. Secundo modo, quando committitur ad arbitrium cū cauſa,vel ad arbitrium iudicis,& boni viri,tunc non tenetur,ſequi regulas ciuiles contra ordinatoria litis, & modum procedendi,ſed circa deciſoria,& modum finiendi ſic, & niſi & circa deciſoria ipſa cauſa determinata, aliter determinanda daretur arbitrium quo tamen caſu tenetur ſequi naturalem æquitatem, & rationem, & quatenus illam egreditur per viam appellationis, vel reductionis ad arbitrium boni viri, reuocabitur. Not. Anto.de conſtit.c.1.ver.oppo. quod immo ſecūdū Bar. in extrauaganti. ad reprimendam, concludit.quod in commiſſis ad arbitrium boni viri,tenetur iudex ſequi regulas ciuiles,etiam quo ad ordinatoria litis, & pro eo vide caſum, in l.1.ff.de arbi.patet.quod ſi cauſa committitur in arbitrium, eius arbitrio finienda, & cognoſcenda, tenetur non ſolum in iudicando, ſed in procedendo, etiam iuris ordine ſeruato. & hoc videbitur verius, ſecundum dictum Do. Ant. procedit in his, quæ committuntur ad liberum arbitrium, vt patet ex l.quoniam. quam allegat.C.de inoff. teſtamen. ſcilicet quandoque loquitur, de actu in libera facultate conceſſo, & vide omnino ſub verbo, liberum.

Archidiaconi officium eſt inducere beneficiatos per epiſcopū, & alios in corporalem poſſeſſionem. Quod officium poteſt per aliquos exercere,cum non ſit electa perſonæ induſtria. Not. Rota ſua concluſ.343.& ſub verbo dignitas. §. circa. & §.penult.

Archidiaconatus de iure communi eſt maior dignitas poſt pōtificalem. No.Dom.Ant.in d.c.1.de off.delegat. 1. lib.6.in gloſſ.3. in fine. vide infra ſub verbo dignitas. quæ dicatur maior.

Archidiaconus de iure communi poteſt eccleſias infra limites ſui archidiaconatus ſitas viſitare, & ab eis procurationem accipere ſemel in anno, vt patet in c.mandamus. de off.archidiac.licet gloſ.ibi dicat,quod illud ex conſuetudine præſcripta. Sed tex.nihil dicit de conſuetudine. debet ergo intelligi de iure,idem probatur in c.ad hæc. eod. tit. vbi dicit tex.quod archidiaconus habet iuriſdictionem audiēdi iurgia ſingulorum,& ſolicitandi, & corrigendi, in quibus verbis includitur poteſtas, & iuriſdictio iudicandi, nec poteſt dici,quod ibi loquatur de conſuetudine, quia Papa fuit de iure conſultus & de iure reſpōdendi,& ideo declarat iſtum textum Hoſt.& Io.Andr. in c.cum apoſtolus. de cenſi.& in c.1.eo tit.in fin.lib.6.iuncta gl.prima, ſuper verbo prælati. & hoc tenet Ioan.Andr. in c.cum ſatis. ſuper verbo animarum. de offi.archi.& 25.diſtinct.per elect.ſuper verbo cum iuſſione. Nec obſtabit.c.fi.de offi.archid.quia ibi loqtur in abbatijs, & idem in prioratibus conuentualibus, & conſequenter in eccleſijs collegiatis, quæ cum ſint maioris tituli, non poſſunt per archidiaconum viſitari, & tanquam de maioribus,& grauioribus,epiſcopo reſeruantur. Et hoc etiam probatur ex tex.c.ad hæc. ibi ad vacationem, ſed parochiales eccleſias,& alia beneficia inferiora,quæ ſunt minoris tituli,poteſt archidiaconus viſitare.& hanc diſtinctionem faciunt Hoſt.& Io.And.in dicto c.fi.ſuper verbo monaſterio. & ſuper verbo,dumtaxat.& probatur ex tex.in c.fin.de off. archid.vbi eſt expreſſum.

Archipresbyter poteſt presbyteros in ſua plebe minores titulos habentes viſitare, & de eis curam habere. Ergo fortius poteſt archidiaconus cuius iuriſdictio amplior eſt, vt patet in c.1.de off.archipresbyteri,& licet etiam epiſcopus poſſit uiſitare eccleſias infra limites archidiaconatus conſtitutas, non propterea impeditur archidiaconus, quin, & ipſe uiſitare poſſit.ut no. Ioann.And.in d.c.mandamus. Item archidiaconus poteſt uiſitare ſi vult,ſemel in anno eccleſias tantum in eadem diœceſi, in qua eſt archidiaconus, & hoc eſt verum,epiſcopo non viſitante illas,vt no. Io.And.in c.1.de offic archipresbyteri.

Archidiaconus non eſt prælatus niſi aſſumitur per electionē, ut no.Io.And.in c.2.de iud.uide ibi Dom.Anto. & inf. ſub uerbo prælatus.§.appellatione prælati.

Archiepiſcopus de iure communi poteſt uiſitare omnes eccleſias ſuæ prouinciæ,de pręſcrip.c.cum ex officij.de cenſi.c.fi. lib.6.nec contra hoc præſcribi poteſt, ut d.c.cum ex officij. & uide ſub uerbo epiſcopus §.1.

Archiepiſcopo tenētur omnes ſuffraganei iurare fidelitatem, & obedientiam,de maio.& obed.c.dilecti.de priuil. c.antiqua.& vtrobique no.per gl.

Archiepiſcopus per loca exempta,intra prouinciam ſuam declinans,uel per eam tranſitum faciens poteſt ibi ante ſe crucem portari facere, & populo ſolenniter benedicere, ac in pontificalibus,cum pallio celebrare,& facere coram ſe ſuis pontificalibus celebrari,ſed extra prouinciam ſuam,nō poteſt archiepiſcopus uti pallio etiam cum licentia eius, ad quem ſpectat,niſi ſuper hoc eſſet priuilegiatus ſuper pontificalibus,ſ.chriſmando, ordinando, & degradando uti poteſt cum licentia diœceſani loci, quia ſtrictior eſt uſus pallij, quam pontificalium,ut in clem.1.de priuil.eſt tex.& gl. & de benedictione ſolenni. Not. Ioann. Andr. in dicto c. Abbates.de priuil.lib. 6. in apparatu ſuo, quæ nouella appellatur.

Archiepiſcopus qualiter, & quando poteſt inter diœceſim, & in ſub-

Digitized by Google

In ſubditos ſuffraganeorum ſuorum iuriſdictionem aliquā exercere. de off. ordi. c. paſtoralis. in princ. & c. 1. eo. tit lib. 6. & de fo. compet. eo. lib. & de pœn. & remiſſ. c. penult. & de cenſi. c. perpetuo. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt ſuam prouinciam viſitare. de cēſi. c. 1. lib. 6.

Archipresbyter vide ſub verbo dignitas, vtrum ſcriptura quæ reperitur in archiuo publico.

Archiuum an faciat plenam fidem, vide ſub verbo ſcripturā. §. ſcriptura producta ex archiuo.

Areſtare proprie eſt præcipere alicui ſub pœna, ne de loco certo recedat. Not Franc. in clem. 1. de hæreticis.

Argumentum de contrario ſenſu non habet locum, quando eſſet contra alia iura, vt no. glo. de for. compet c. ſignificaſti. vel validum eſt de his, quæ fiunt a prælato cum apoſtolica benedictione. Et ibi vide domin. Anton. in c. publicato. de electione.

Argumentum a communiter accidentibus eſt validum in materia probationum. Not. per gl. & per Butr. ac Bar. & Bal. in l. neque natales. C. de probat.

Argumentum a contrario ſenſu habet locum quando ſumitur ex verbis, ex quib. ſumitur cauſa finalis, ſecus ſi impulſiua. Item ſecus quando ſumitur a verbis modalibus, vel narratiuis, vel ab vna cauſa finali, tamen vbi cauſæ ſunt plures. No. D. Ant. de elec. c. publicato ad finem.

Argumentum a ſequela abſurditatis eſt validum in iure vt patet de præbendis. c. dudū. ver. conſiderantes. lib. 6. in tex. & glo. & not. Dom. Anton. in c. quamuis. clem. 2. eod. titul. & Ioann. in nouella. & patet de negotijs geſtis l. Pomponius ſcribit.

Arma & inſignia alicuius, quando alter ſibi poſſit aſſumere, & deferre ſeu defendere, vide domin. Ant. in c. dilecta. de exceſſ. prælatorum.

Articulus datus per agentem interdicto recuperandæ, in quo dicit ſe beneficium, quo ſpoliatus fuit, canonice, & legitime poſſidere, debet admitti, licet articulus non producat ſuam inſtitutionem, nec dicat per quam fuit inſtitutus, quia poſtea in termino dato ad probandum poterit inſtitutionem ſuam probare per ſcripturam, vel teſtes, ſatis enim in articulo expriuit colorem, eo ipſo quod dicit ſe canonice inſtitutum, præſertim, quia dictus articulus non eſt obiectiuus, ſed de iure dantis, ideo non requirit, tam exactam ſpecificationem. No. Rota concluſion. 246. & not. domin. Anton. de reſtitutio. ſpol. c. in literis. 24. coll. verſ. ex his deciditur. & vide ſub verbo erroris. §. iudex recipiendi libellos. §. terminus.

Articuli de præſcriptione exemptionis dati per Decanum, & capitulum contra epiſcopum viſitantem, non concludūtur, nec admitti debent, niſi in eis detur de alio prælato, qui huiuſmodi iuriſdictionem contra epiſcopum præſcribit, vel ꝙ ibi præſcripſerint, quod alteri prælato ſubſint. No. Ro. concluſ. 233. idem dicit D. Anto. de præſcript. c. auditis. 6. col. ver. oppono, quod non poſſit.

Articuli dati ſuper præſcriptione ſunt concludentes, eo ipſo, ꝙ articulans dicit, ſe præſcripſiſſe legitime, licet non dicat, quod tali titulo non poſſedit. No. D. Ant. de teſti. ſpol. in literis. 14. col ver. ex his.

Articuli male ſpecificati in prima inſtantia poſſunt melius ſpecificari in ſecunda, & non dati in prima poſſunt dati in ſecunda. Not. Rota concluſ. 321.

Articuli in materia obiectiua non debent admitti, niſi exacte ſpecificentur, idem excipiens, quod beneficium reſignatum per aduerſarium, idem aduerſarius poſt reſignationem tenuit, & fructus per ſe, vel alium percepit, non auditur, niſi illum exprimat, & de cuius mandato ſpecifice det, & idem in obtinente contra primum impetrantem, de conſumptione gratiæ per acceptationem alterius beneficij per ſe, vel per alium facta, vt no. Rota concluſ. 244.

Articuli in materia obiectiua, licet requirant exactam, & magnam ſpecificationem termini. ſ. loci, nominis, & temporis, & aliarum circumſtantiarum, de quibus in l. libellorum. tamen de neceſſitate, non requiritur ſpecificatio diei, & horæ, dummodo menſis, & annus, bene ſpecificentur, niſi dies, & hora eſſent de ſubſtantia materiæ, in articulis deductæ. Not. Rota concluſione 246.

Articuli non dicuntur obiectiui, ſed de iure partis, quando tēdunt ad purificandam, & implendam gratiam articulantis, licet directe, & principaliter informant ius alteri parti non competere. Tunc ergo dicuntur obiectiui, quando per eos, non docetur principaliter, nec in conſequentiam, de iure articulantis, ſed ſimpliciter docetur, de non iure alterius partis. Not. Rota ſua concluſ.

Articuli dati in certum caſum, & euentum, ſi ille caſus non euenit, non ſunt admittendi, quia probati non releuant, debet ergo articulus expectare illum euentum in quem cedit, antequam ad probandum admittatur. Not. Rota concluſione 64.

Articulus poteſt iure, licet cautius ſit fieri per verba facti, quo ad teſtem, vt clarius probet teſtis. no. Dom. Ant. de teſti. ſpol. c. ſi literis. 14. col. verſ. ex his decidatur.

Articuli contra quos excipitur, quod non ſint admittendi, admittuntur ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & ita habet conſequens practica, propter lites abbreuiandas. no. Io. And. de off. de leg. c. cum contingit. in fin.

Articulorum verba, & etiam poſitionum, debent intelligi, prout ruditer poſita ſunt, & vt vis verborum de facto importat, non autem recipiunt intellectum a natura ſubiectæ materiæ nec a iure interpretationem, vt no. D. Ant. in d. c. fraternitatis. de teſti. 3. charta. verſ. ex prædictis poteſt decidi alia quæſtio. & no. Io. And. in c. cum Ioannes. de fide inſtr. ſub verbo in tantum venditio.

Attentata lite pendente reuocantur etiam poſt mortem attentantis. No. Rota concluſ. 94. & vide ſub verbu iudex. §. ſententia. & §. appellatio.

Attentata poſt appellationem legitimam, non validātur, licet appellatio poſtea deſeratur, vel ei renuncietur, immo poteſt peti reuocari per viam attentati. No. d. Ant. de eo. qui mitt. in poſ. c. cum veniſſent. ver. appono. quod p. p. Sed Rota decidit quod attentata poſt appellationem diffinitiuam non reuocantur per modum attentati appellatione deſerta, quādo deſertio apparet ex actis, ſecus ſi deſertio egeat alia probatione, licet aliquibus viſum fuerit, quod exceptio deſertionis fuit principalis, alias præiudicialis petitioni attentatorum, quod de illa exceptione eſſet ante omnia cognoſcendum. No. Rota concluſ. 1. & vide inf. ſub verbo, executio facta pendente lite.

Attentata pendente tempore appellandi reuocātur per viam attentati, ſicut ſi poſt appellationem attentata forent. Fallit in ſententia excommunicationis, quæ lata ante appellationem non reuocatur per viam attentati, ſed eget abſolutione iudicis, ſecundum Ioan. And. no. Rota concluſ. 362. Et prædicta intellige in attentati tempore pendente decem dierum a tempore ſententiæ non reuocantur per viam attentati, ſed per viam iniuſtitiæ, ſic Doct. De iniuſtitia in cauſa appellationis. No. Rota concluſ. 162.

Attentata pro executione ſententiæ excommunicationis poſt appellationem ab ipſa ſententia interpoſita puta aggrauatio, & reſignatio non reuocantur per vim attentati, quia ſpeciale eſt in ſententia excommunicationis, quod appellatio eam non ſuſpendit. No. Rota concluſ. 406. vide dom. Ant. in c. bonæ. de appel.

Attentata pendente cauſa reſtitutionis ad appellandum reuocantur per viam attentati. Idem multo fortius in attentatis poſt reſtitutionem conceſſam, & appellationem interpoſitam durante tempore appellandi. Fallit tamen in attentatis contra cenſuras eccleſiaſticas. No. Rota concluſ. 362. ſed contrarium primi dicti. No. Rota concluſ. 421.

Attentata lite pendente per iudicem a quo ante appellationē a grauamine interpoſitam non poſſunt reuocari per iudicem, ad quem per viam attentati, ſecus ſi forent attentata, poſt appellationem, vel inhibitionem. No. Rota concluſione 392.

Attentata poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam, non reuocantur, niſi in euentum veritatis cauſæ appellationis. Idem in attentatis poſt appellationem extraiudicialiter interpoſitam. Prædicta intellige, niſi appellās obtuliſ-

ſet ſe

Digitized by Google

ſet,ſe probaturum cauſas grauaminis, & non fuit admiſſus, quia tunc pro reuocatione attētatorum, ſufficit probare cauſam legitimam fuiſſe expreſſam, & ſe obtuliſſe probaturum, & non fuiſſe admiſſum. Fallit in appellatione etiam extraiudicialiter interpoſita ſuper electione cathedralium, vel regularium eccleſiarum. Quia tunc, quidquid ſit poſt, & contra appellationem admiſſam ex cauſa probabili, licet nō oblata probabiliter eſt ipſo iure nullum. no. Rota cōcluſ. 334. vide plenius per dom. Ant in d.c. bonæ. de appell. vbi plene tractat materiam attentatorum.

Attentata per iudicem, vel partem poſt appellationem extraiudicium interpoſitam ante notificationem eiuſdem eis factam, non reuocatur per modum attentati propter iuſtam ignorantiæ cauſam. No. Rota concluſ. 249. vide dom. Ant. in d.c. bonæ.

Attentata per actorem lite pendente poſt mortem rei poſſeſſoris, poſſunt peti reuocari per ſubrogatum ad ius, & litem defuncti. Iudex tamen non ad inſtantiam ipſius ſubrogati, ſed ex mero, & puro officio ſuo debet illa attentata reuocare faciendo poſſeſſionem cum fructibus reſtitui, quæ poſſeſſio non dabitur ſubrogato, ſed remanebit vacua, donec lis fuerit finita.

Attentata autem non poteſt per tertium ſubrogatū petere reuocari per viam attentati, quia lis nunquam fuit inter illos duos, ſed actor, qui ſemper fuit in lite, bene poteſt dictam reuocationem petere. Not. Rota ſua concluſ. 344.

Attentatum dici non poteſt, ſi actor, qui obtinuit in poſſeſſorio, intrauit poſſeſſionem propria authoritate, pro executione ſententiæ licet petitorium tunc penderet. Ideo per viam attentati non poteſt peti talis poſſeſſio. No. Rota ſua concl. 400. verſ. ſed pone.

Attentatum an dicatur id, quod iudex facit pro exequutione ſententiæ, a qua fuit appellatum, ſi appellans non certificat iudicem de proſecutione facta in termino ſibi aſſignato. Vide ſub verbo executio. §. executio non impeditur.

Attentata lite pendente non veniūt reuocanda ad inſtantiam poſſeſſoris beneficij ne detur vitioſus ingreſſus. not. Rota concluſ. 43. quod intellige, quando notorie, & clare conſtat de iure non ſuo. vt no. Rota concluſ. 149. Eo tamen caſu poteſt iudex reuocare ex ſuo mero officio non promoto, non vt parti, de cuius non iure conſtat, ſed vt tertio conferatur, vt no. Rota concluſ. 14. in fin. & no. Dom. Anton. in c. bonæ. de appell.

Attentata lite pendente ſi quis petit reuocari in cauſa beneficiali ſufficit, quod probat ſe poſſediſſe tempore litis conteſt. inchoatæ, & ea pendente ſpoliatum fuiſſe, licet aliter poſſeſſionem ſuam non coloret, quia hoc interdictum eſt magis priuilegiatum, quā interdictum vnde vi. Ratio eſt, quia hic offenditur iudex, & pars, ibi pars tantum. no. Rota concluſione 14. & not. Domin. Anton. in c. bonæ. de appellationibus.

Attentata lite pendente poſſunt peti incidenter reuocari, in qua petitione, & reuocatione attentatorum proceditur nullo iuris ordine ſeruato, cum iudex ex mero ſuo officio poſſit ea in priſtinum ſtatum reuocare, & non requiritur, quod agens probat titulum. no. Rota concluſ. 14. & do. Ant. in prędicto c. bonæ. de appell.

Attentata poſt appellationem a partibus ad curiam interpoſitam, poſſunt peti reuocari non obſtante litis conteſt. facta ſuper appellatione, quia in quacunque parte iudicij talis reuocatio peti, & ante omnia debet expediri. Not. Rota concluſione 160.

Attentata poſt appellationem, ſi petantur reuocari, non ſufficit probare per confeſſionem appellati, appellationem interpoſitam, niſi doceatur, quod infra decem dies, & per habentem poteſtatem appellandi fuerit appellatum. notat Rota ſua concluſ. 166.

Attentatorum remedium competit ſpolianti, qui a ſpoliato vltimo fuit ſpoliatus, quia vltimum ſpolium eſt prius purgandum. no. Rota concluſ. 160.

Attentans lite pendente non ſolum venit condemnandus per viam attentati per reſtitutionem rei, quam occupauit, ſed etiam ad fructus percipiendos, quia violento poſſeſſori cōparatur, niſi habuerit probabilem colorem dubij. Not. Rota concluſ. 16.

Attentata lite pendente, non poſſunt reuocari poſt concluſionem in cauſa. No. Rota concluſ. 994. quod eſt verum ad inſtantiam partis. Sed ex mero iudicis officio non promoto, reuocari poſſunt, etiam poſt concluſionem in cauſa, vt not. Rota concluſ. 9.

Attentata per epiſcopum viſitantem parochialem eccleſiam, ſiue diœceſis, non debent reuocari ex eo, quod rector illius eccleſiæ probet illa fuiſſe attentata poſt appellationem, per eum interpoſitam in qua dixit ſe ab epiſcopo exēptum priuilegio, vel præſcriptione, niſi probet etiam exemptionem ſaltem aliqualiter, licet non plene. Not. Rota concluſione 224.

Attentatorum reuocatio non habet locum in retractabilibus. no. Rota concluſ. 362. in fine.

Attentata lite pendente per procuratorem non habentem ad hoc ſpeciale mandatum, non veniunt reuocanda per viam attentati, quia in generali mandato nihil venit illicitum. Not. Rota concluſ. 96. & Lapus in c. cum qui. de præbend. libro 6

Attentatorum ſententia per quam mandatur attentata reuocari, eſt executioni mandanda ante omnia, & antequam de principali cognoſcitur, quæ executio fieri debet, etiam expenſis in quibus pars exiſtit condemnata. no. Rota concluſione 99.

Auctoritas quando requiritur ad validitatem actus, oportet, quod in ipſo actu, vel ſtatim poſt interueniat, alias nihil operatur. not. Innoc. de conſue. c. cum conſuetudinis. & de re. eccl. non alien. c. 1. lib. 6. & Dom. Ant. in d. c. cum conſuetudinis. Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. de acqui. hæred. & Bald. in l. ne quicquam. §. verbo directum. ff. de offic. proconſul. & legati. & vide ſub verbo prælatus. §. 1.

Auctoritate Papę dicitur fieri, quod facit legatus ex ſpeciali cōmiſſione, ſecus ſi facit iure legationis, quia primo caſu facit, vt legatus. de præbend. c. eum qui. & c. ſi eum. & c. ſi apoſtolicæ. lib. 6. primum caſum intellige quando ſpeciali commiſſione ſpecialiter exprimatur, quod legatus auctoritate Papę faciat. Secus ſi non exprimitur, ſed principaliter mandatur legato, vt aliquid faciat, quod tamen ad eum iure ordinario pertinebat, vt patet, de reſcript. c. cum aliquibus. libro 6. in fine.

Auctoritas cuius diœceſani requiritur in alienatione rei ſitę in vna diœceſi, & ſpectantis ad eccleſiam alterius diœceſis, vide Io. And. in c. paſtoralis. de priuilegijs.

Auctoritate noſtra facta dicūtur per nos facta, quia omnia noſtra facimus quibus noſtra impertitur auctoritas. de præb. c. apoſtolicæ. lib. 6. & C. de vete. iur. enuclean. l. 1.

Auditor ſacri palatij, nō poteſt poſt mortem procedere in cauſis, etiam ante mortem incœptis. No. Ant. in clem. auditor. in fine. de reſcript. & vide ſub verbo appellatio. §. index.

Auus paternus, & auia paterna, in ſucceſſione nepotis in bonis ex linea quaſi paterna quæſitis excludunt matrem. Auus maternus, & auia paterna, in bonis ex linea materna quæſitis, excludunt patrem, & idem in proauo, & proauia, & alijs ſuperioribus aſcendentibus. C. de bon. quæ li. l. quod ſcitis. & no. Bar. C. communia de ſucceſſionib. l. itaque. In alijs autem bonis aliūde, quam ex linea paterna, vel materna, quęſitis ſuccedit aſcēdens proximior in gradu, ex quauis linea ſit. C. ad Tertullian. Authent. defuncto. Bald. autem dicit, quod licet in lucris nuptialibus, qui ad nepotem ex linea paterna, vel materna prouenerunt, præferatur ille auus, ex cuius linea bona fuerunt. Tandem in ceteris bonis ex quacunque linea, quæſitis præfertur aſcendens par in gradu, & ſi ſunt plures eodem gradu omnino, & pariter admittuntur, vt ipſe no. in d. l. quod ſcitis. & in Authent. defuncto. C. ad Tertull. ver. vtrum pater aui, & auiæ appellatione cōtineatur, & comprehendatur etiam proauus, & proauia, de propria, & vera ſignificatione. Et ideo licet Authent. matri, & auiæ. C. quando mulier tutelę officio fungi poteſt. admittat auiam, ceteris mulieribus excluſis, non intelligitur excluſa proauia, vt no. Bar. & Bal. ff. de poſtulan. l. cui eorum. §. item Pomponius.

Autem

Autem iſta dictio eſt adiectiua,& de eius natura eſt aduerſari, his,quæ ſunt eiuſdem generis, vt ſi dicerem Scholares legunt, Petrus autem currit. Intelligitur Petrus.ſ. Scholaris. No.per gl. & Bar.ff.de adul.l.mariti.§.finali.

## De litera B.

BAnnitus,qui ex forma ſtatuti non debet audiri, ſi nõ fuerit contra eum oppoſita exceptio banni, in cauſa priuilegij, an poterit opponi in cauſa appellationis. Vide ſub verbo exceptio competens.

Baſilica dicitur eccleſia conſtructa antequã ſit conſecrata. poſt conſecrationem appellatur eccleſia. Nu.Io.And.de iure patron.c.nobis.ſub verbo eccleſiam.

Beneficium poteſt conferri per Papam ſub conditione,ſi vacabit.de præben.c.a lib.6.non per inferiorem, vt no.eo.tit.& lib c.ſi tibi abſenti.In gl. Sed numquid ſub conditione, antequam vacet,etiam per inferiorem conferri poſſit,vt no.in c.a.de elect.lib.6.ſuper verbo iunctam. & per Lapum allegatione vltima.etiam ſi collator ignorat vacare. vt not. per Ioan.Monach.& per Ioann.And.in dicto c.ſi tibi abſenti.& vide ſub verbo adminiſtrator.in princ.eo.§.epiſcopus.§.circa per totum.c.graria. per totũ.c.homicida. §.intelligimus. §.in regulari. §.iudex.§ iurans.§.litigioſum.§.menſa. §.Papa. §.poſſeſſio. §.prælatus. §.permutatio. §.priuilegium.§. priuilegia differunt.

Beneficia conferre eſt iuriſdictionis,licet volũtarie. No.Ioan. And.ne ſe.vac.c.illa.& patet de electione.c.noſti.& c.tranſmiſſam.

Beneficij appellatione,an includatur præbenda,vel non,ſi forte quis ſit ad beneficia diſpenſatus, vide Dominos de Rota concluſ. 134. & vide infra beneficij appellatio large.

Beneficium in quo differat a priuilegio,vide ſub verbo priuilegium.§.priuilegia differunt.

Beneficij appellatione canonica,ſiue canonicatus ſub expectatione præbendæ continetur,ſi eſt canonicus, inter numerũ. ſecus ſi extra numerum.niſi præbendæ eſſent diſtinctæ. No. Rota concluſ.426.Canonia enim eſt quoddam ius ſpirituale,quod ex inſtitutione alicuius in canonicum oritur,& creatur,ex quo ei cõpetit ſtallum in choro, & vox in Capitulo.vt ibi notatur.

Beneficij appellatione continetur vicaria perpetua in eccleſia parochiali. Not.Lapus ſuper mutatione. §.eodem conſ.14. & in additione,ibi poſita.

Beneficij appellatione continẽtur præſtimonia, quando clericis ſolita ſunt concedi in perpetuum beneficium. Not. Federicus in tractatu permutationum.quaſt.16.& Compoſt. de elect.c.ſtatuimus.& Hoſtienſ.& Ioann.Andr.de reſcrip. c.poſtulaſti. & ibi per Dom. Anton. c.in noſtra. ver.veniamus ad quæſtiones. Sed licet præſtimonia appellentur beneficia,& tamen non intitulentur,nec in titulum,ſiue pro titulo beneficij aſſignentur,vt not.per Henricum. de cle.non reſid c.fin.de præben.c.de multa. in prima diſtinctione. & clem.gratiæ.de reſcript.quem ibi ſequitur Dom. Ant. in 6. collat.ſed idem dom.Anton.in clem. fi.de offi.ordin.tenet, quod prę́ſtimonia dantur in titulum.Pro hoc videatur tex. in c.fin.in prin.de conceſſ.præb.lib.6. & vide Federicum in tractatu permutationis.

Beneficij appellatio largo modo ſumpta comprehendit præbendas.No.Rota cõcluſ.240.immo etiam dignitates comprehendit,ac præbendas,& etiã minora beneficia, vt no. in c.1.de reg.iur.lib.6. & vide in clem.1. de ſequeſtra. poſs.& quod ibi no.dom.Ant.dicimus in fauorabilibus comprehẽdit dignitates,ſecus in ambitioſis.Not.Petr.in c.fin.de offi. vicarij. in 6.

Beneficij appellatione non continentur hoſpitalia in literis gratioſis,ad beneficia conceſſis,niſi de ipſis hoſpitalibus fieret mentio ſpecialis. No.Rota concluſ.3:6. in alijs autem, quam in literis prædictis, ſi hoſpitale eſt conſuetum conferri clericis in titulum beneficij perpetui,beneficium eſt taliter nullum. No.Fed.in tractatu permutationum.4.q.9.ſed licet ſub nomine beneficij non veniant hoſpitalia, tamen ſub nomine officij comprehenduntur, vt not. in clement. diſpendioſam. de iudicijs. ſub verbo beneficijs.

Beneficia reſeruata dicuntur illa,quæ vacant per aſſequutionẽ alterius incompatibilis, vel per munus conſecrationis impenſum,vel per reſignationem in curia factã. No.Rota concluſ.9. vel per mortem beneficiati decedentis in curia, vel in loco vicino curiæ,infra duas dietas,per tex. de præbend. c.2.lib.6.vbi vide omnino.

Beneficium eo ipſo, quod Papa ſibi reſeruat, ſtatim ligantur manus ordinarij,etiam re integra, de elect.c.ſi eo tempore. lib.6.& no.Fed.in tract.permutationum.q.1. & 26. & ideo nullus inferior a Papa poteſt conferre, etiam ſi conferens ſit exequutor,vel legatus apoſtolicus, nec etiam poteſt tale beneficium occupari,vi alicuius conſuetudinis. Not. Rota concluſ.24. Et hoc verum etiam eſt,ſi in poteſtate legati cõtineatur,quod poſſit beneficia,qualitercunque vacantia, & indebite occupata conferre. No.Rota concluſ.114. ſecus ſi contineatur,quod poſſit reſeruata conferre exceptis vacantibus in curia, per obiectum, quæ veniunt in generali conceſſione reſeruatorum. No. Rota concluſ.94. Hic aduerte, quod licet beneficium ſit reſeruatum, ſi tamẽ in reſeruatione non eſt decretum irritans,vt quod poſſit conferri per ordinarium quamquam ſi conferat puniatur, vt not.gl.in dicto c.ſi eo tempore.ſed contrarium ſentit, ibi Ioan.And. in nouella,de conceſſ.præben.in gl.in eo. lib. pro primo dicto facit idem Io.And.in c.ſi.de conſue.eo.lib.in nouella,ſuper verbo vacantibus. ſed illi reſpondetur per id, quod not. de præbend.c.cum eccleſia.in gl.ſi.eo.tit.& vide quod no.Do. Ioann.And.de conſt.c.cum M.Ferrarien.in vltimo notabili,circa intellectum finis illius.c.& quod.not. Compoſt. de reſcript c.Capitulum Sanctæ Crucis circa finem.

Beneficia reſeruata dicuntur vere vacare per reſignationem, etiam in manibus ordinarij,non ſolum papæ factam. Not. Rota concluſ.23.non poſſunt tamen talia beneficia auctoritate ordinarij permutari,ſiue ſint reſeruata generaliter,ſiue ſpecialiter,& motu proprio.no. Fede. in tractatu permutationum. q. 1. ſed nec auctoritate legati habentis generale mandatum recipientis reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis,& illa offerendi,& illa poteſtas non extẽditur,niſi in prouincia legationis eſſent omnia beneficia reſeruata,vt no.in tractatu prædicto.q.2.

Beneficia reſeruata,ſi ex cauſa permutationis reſignãtur in manibus ordinarij,& cum ordinarius illa conferre non poſſet, voluerunt reſignatores adire Papam,forte propter vitandã expenſam auctoritate propria reuerti ad ſua beneficia reſeruata,niſi eſſent per alium occupata, quo caſu non poterunt reuerti ſine auctoritate ſuperioris. not. Rota concluſ.25.& vide circa hoc vltimum.quod no.Rota,concluſ.60. & quod no. Feder.in tractatu permutation. quæſ.3.vbi dicit,Papam adeundum ſi de facili, & ſine grandi præiudicio adiri poteſt.

Beneficium dicitur reſeruatum, ſi de eo Papa prouidit in certum futurum modum vacandi, licet non eo, ſed alio modo vacauerit,& conſequenter,prouiſio nulla fuerit. Not. Rota concluſione 331. Idem ſi Papa de illo prouideri mandauerit,licet prouiſio huiuſmodi ex aliqua cauſa effectum ſortiri non potuerit. Dicta tamen reſeruatio intelligitur ſpecialis non generalis. No. Rota concluſione 197 prædicta limita. vt no.ſuper verbo gratia.§. gratia beneficialis conceſſa, & ſub ver.papa eo ipſo,quod mandat.

Beneficia collectorum,& ſubcollectorum, ſemel reſeruata, licet eorum officium poſtea ceſſat, tamẽ remanent reſeruata, quia per decretum ſemel fuerunt,nunquam tollitur per collationem papalem poſtea ſubſequutam, quod eſt verum in beneficijs competenti tempore reſeruatis, vel ante, ſecus in obtentis poſt. no. Rota concluſione 196. & prædicta reſeruatio inducitur eo ipſo, quod officium confertur ante acceptationem, & exercitium officij. No Rota concluſione 202.

Beneficia reſeruata vacantia in curia licet elapſo menſe, ſi Papa de eis non prouidit poſſunt conferri per ordinarium ſecundum formam c.ſtatuimus.de præben.lib.6.tamen illud capitulum per extrauagantem beneficij hodie eſt reuocatum. No. Rota concluſ.202.

Bene-

Beneficia deuoluta poſſunt conferri per excutorem apoſtolicum, ſed reſeruata non, niſi in conceſſione hoc exprimatur. No. Rota concluſione 119. poſſunt etiam legati talia beneficia deuoluta conferre, vt no. gl. tam de exequutore, quam delegato. in clem. ſi de beneficio. de præben. & vide in verbo legatis. §. legatus.

Beneficia manualia, licet ad nutum reuocabilia, tamen per eorum reuocationem vacare cenſentur, not. Feder. in tractatu permutationis. q. 16. Item per mortem dicũtur vacare. No. gl. magna. in clem. quia regulares. de ſuppl. negli. prælat. & in cle. quia, & ſi principalis. de reſcript. ſuper verbo per electionem.

Beneficia manualia an poſſint ex conſuetudine præſcripta, effici perpetua, vide ſub verbo, religioſus non poteſt conſentire.

Beneficia manualia, licet per Papam, vel eius auctoritate conferantur, tamen ad nutum prælati, reuocari poſſunt, quia non intelligitur Papa ius prælatorum tollere, niſi ex certa ſcientia auferat prælato poteſtatem reuocandi. No. Fede. in tractatu permutationis. q. 19. vel niſi ex certa ſcientia propter beneficium manuale conferat, vel alieni collatum confirmet, vel niſi ſecunda iuſſione approbetur. Et qui certam ſcientiam allegat, illam probare debet, vt no. D. Ant. & Inn. in c. porrecta. de confirmat. vtil. vel inutili. & vide infra. §. beneficium manuale. & §. beneficia regularia.

Beneficia pleno iure in temporalibus ad religioſos ſpectantia debent regi per vicarios perpetuus, epiſcopo præſentãdos, & per eum inſtituendos, vbi autem pertinent ad eos pleno iure, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, tunc poſſunt ibi ponere vicarios ad nutum remouibiles. Not. Rota concluſ. 263.

Beneficia conſueta dari clericis ſecularibus non poſſunt concedi religioſis ſine diſpenſatione Papæ, & contra conſueta dari religioſis, ſiue monachis, non debent dari clericis ſecularibus, de præben. c. cum de beneficio. lib. 6. & quæ dicuntur ſic conſueta dari, ibi vide, vbi plene de materia.

Beneficia omnia ſunt ſæcularia de iure communi, ideo dicens beneficium regulare, vel monaſticum, incumbit onus probandi, & poteſt hoc probari ex primæua inſtitutione beneficij, ſeu fundatione in qua actum fuit, quod eſſet regulare, vel ex eo, quod per regulares fuit rectum ſpacio quadraginta annorum. Not. Rota quæſt. 33.

Beneficium ſi eſt impetratum tanquam ſæculare, ſufficit impetranti probare, quod illud beneficium in vltimo ſtatu fuit rectum per ſæculares, niſi ex aduerſo probaretur, quod aliquando per regulares rectum fuiſſet, quia neceſſe haberet impetrans probare, quod tanto tempore per ſæculares rectum foret, quod in illo ſtatu præſcriptum eſſet. Not. Rota concluſ. 33. vide omnino Dominic. de Sancto Gemin. in c. cum de beneficio. de præben. lib. 6.

Beneficia commendata non vacant durante commenda, quæ eſt canonicus titulus, ſed ea ſublata remanet antiqua vacatio. Ideo ſi ante commendam pertinebat collatio ad ordinarium, conferri licet. Compoſt. tamen inclinat in contrarium, vt not. Feder. in tractatu permutation. q. 19. columna antepen. in addit. dicẽs, quod ſi commendatarius cedit in curia, ex quo ſequitur, quod non remanet antiqua vacatio, ſed inducitur noua. vide omnino in §. beneficium reſeruatum vacans.

Beneficium quandoque confertur in gubernatione, ſiue adminiſtratione, quod idem eſt dicere, quaſi in commẽdam. no. de elect. c. querelam. in primo notabili.

Beneficium præbendale vacat ipſo iure, & eo ipſo, quod præbendatus aliam prębendam aſſequitur in eccleſia eadem. de conceſſ. præbend. c. literas. & eſt hoc expreſſum, etiam ſi vna ex illis præbendis, ſit alteri beneficio annexa. vt in clemen. fin. de præben.

Beneficium primum vacat eo ipſo, quod id vnicum habenti confertur ſecundum incompaſſibile, & poſſeſſio tenet ipſius ſecundi. Nam ſi ſcitur, vel per eum ſtat, quo minus nãciſcatur, quia valet collatio ſecundi, licet ante collationem ſecundi non dimiſerit expreſſe primum, ſed vbi canonice obtinẽti plura incompatibilia confertur aliud incompatibile non valet ipſa collatio ipſo iure, ſine diſpenſatione, niſi ante collationem vltimam priora dimiſerat, & per acceptationem talis collationis nullæ non perdit, nec vacãt beneficia priora, ſi ſano conſilio vſus ſe abſtinet ab adeptione poſſeſſionis beneficij vltimi collati. Sed ſi poſſeſſionem apprehendit, priora perdit. vt no. in clem. ſi plures. de præben. & Ar. hid. in c. non debet. eod. tit. lib. 6.

Beneficium primum non vacat per aſſecutionem poſſeſſionis ſecundi incompatibilis ex titulo inualido, quem aſſequens validum putauit, vt patet de præben. c. ſi beneficia. lib. 6. & ibi no. Lapus, quem vide, quod eſt verum, ſi id putauit errore iuris. vt not. gloſſ. eodem titu. & lib. c. cum qui. in verbo ſcienter.

Beneficium primũ vacat pro aſſecutione poſſeſſionis alterius beneficij incompatibilis, etiam ſi malitioſe, & violenter dicta poſſeſſio acquiſita fuerit, quia non debent eſſe melioris conditionis inuaſores. Not. Rota concluſ. 96. & eſt text. de præben. c. cum qui. lib. 6. vbi plene tractatur de hoc materia.

Beneficium primum non vacat per aſſecutionem ſecundi incõpatibilis, quando quis fuit aſſequutus ſecundũ ex cauſa permutationis fiendæ de primo. Expectatur ergo, quod epiſcopus reſignationem primi beneficij ex cauſa permutationis acceptet, & vacationi conſentiat, & tunc incipit vacare, non ante, quia adeptio poſſeſſionis ſecundi beneficij non eſt facta ſimpliciter, ſed ob cauſam. Ideo acceptatur, quod cauſa ſequatur. No. Fede. in tractatu permutat. q. 11.

Beneficium ſecundum, per cuius aſſequutionem inducitur vacatio primi, non poteſt quis recipere ſine licẽtia eius, ad quẽ primi beneficij inſtitutio, & deſtitutio pertinet, niſi contraria conſuetudo quadraginta annorum ſit in cõtrarium. No. Rota concluſ. 441. 4. collat. Ex hoc apparet, quod licet per aſſequutionẽ ſecũdi vacet primum, quo ad præiudicium aſſequentis, tamen nõ vacat, quo ad præiudicium ſuperioris, niſi ipſe conſentiat. vt no. dom. Ant. poſt Hoſt. in c. de multa. de præb. ver. opponitur.

Beneficium curatum, vel non curatum, requirens tamen continuam reſidentiam, non vacat ipſo iure per adeptionem alterius non curati etiam continuam reſidentiam requirentis, ſed habet electionem beneficiatus, quod retineat. & eſt neceſſaria monitio, & priuatio. no. Io. An. in addi. Spec. in tit. de cler. non reſid. in c. 1. §. 1. poſt principium, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, vt not. per Matthel. & per eum in c. de multa. de præbendis. Idem no Oldra. conſ. 163. & idem tenet Franciſc. de Zabarell. in c. fin. de cler. non reſid. q. 8. & 20. contrarium tenet Innocen. in dicto c. ex tuæ. eodem tit. nec eſt verum, quod Innocen. dicit in c. ex tuæ. In curatis etiam dignitatibus & perſonatibus dumtaxat, pro vt dixit Ioann. Andr. & Oldrad. immo loquitur etiam de inferioribus beneficijs, quod patet, quia cum primo dixerit primum haberi pro derelicto acceptatione ſecundi, & conſequenter primum ipſo iure vacare. poſtea ſubijcit, quod licet primum vacet de iure, non vacat de facto, & ideo conferri non poteſt. Fallit in caſu c. de multa. de præbendis. quod loquitur in curatis perſonatibus, & dignitatibus, quia illa conferri poſſunt, licet de facto non vacent. Vult ergo, quod etiam alia beneficia vacent de iure, ſed conferri non poſſunt quia de facto non vacant. Et idem voluit Innoc. in dicto cap. fin. vbi dicit, tres fuiſſe ſpecies conſuetudinis. Prima eſt qualiter conſuetudo ſe habet, quod eo ipſo, quod acceptat ſecundum videtur habere primum pro derelicto: & tunc vacat primum ipſo iure. Secunda ſpecies, quando conſuetudo habet, quod acceptans ſecundum, debet in eo facere continuam reſidentiam, & tunc idẽ, quia acceptando ſecundum requirens continuam reſidentiam tacite videtur velle ibi reſidentiam, & conſequenter primum, requirens ſimilem reſidentiam pro derelicto habere, & ei renunciare, cum in vtroque ſimul reſidere non poſſit, & qui vult conſequens intelligitur velle neceſſarium antecedens, & omne id, ad quod per conſequens peruenitur. Tertia ſpecies eſt, quando conſuetudo habet, quod acceptans beneficium, non percipiat ipſum, ſiue fructus eius, niſi in eo reſideat, & tunc acceptatione talis beneficij non videtur acceptans habere primum pro derelicto, nec ei, renunciare,

quia conſuetudo hoc non habet, nec importat, ſed ſolum fructibus, & commoditate beneficij priuat illum, qui non reſidet. Ex his apparet, intentionem Innocent. fuiſſe, quod vbi conſuetudo, vel ſtatutum limitatum ad reſidentiam, ratione fructuum, ſed ſimpliciter vult beneficium reſidentiam, quod eo ipſo cenſeatur incompatibile cum alio beneficio ſimilem reſidentiam requirente, & conſequenter acceptatione primi, ſecundum vacare poteſt ipſo iure. Et ita declarat eum Domin. Anton. in dicto c. fin. de clericis non reſiden. & in cap. de multa. in fine. de præbend. licet Innoc. in dicto c. ſe reſtrinxerit. Immo, quando conſuetudo habet quod beneficium tale requirat reſidentiam, quia aliter, ſi non reſidet. ſit acceptans ipſo iure priuatus. Sed Innocent. ad hoc ſe non reſtrinxit, & propterea poſtea Dom. Anton. in c. de multa. melius dixit diſtinguens, quod vbi conſuetudo requirit reſidentiam limitatam ratione fructuum, habet locum opinio Ioann. Andr. alias procedit opinio Innocent. & hanc opinionem Innocent. firmat Ioan. Calder propter identitatem rationis, ſcilicet incompatibilitatis, vt dicto c. final. de cleric. non reſiden. & idem tenet Paul. in clem. ne. gratiæ. de reſcript. licet Lau. & Franciſc. de Zabarell. ibi aliter dicant, & idem finaliter voluit Ioann. Andr. in dicta clem. gratiæ. in gl. ſuper verbo, beneficium. vbi approbat Innoc. opinionem, in quolibet beneficio reſidentiam requirente, licet non ſit curatum, nec dignitas, nec perſonatus. Niſi forte quis diceret, quod ibi Ioan. Andr. loquitur alio caſu, videlicet quando acceptans ſecundum non habeat in primo ius in re, ſed ad rem. Sed in addit. Specul. in titu. de cler. non reſid. loquitur, quando habeat ius in re, cui non ſic de facili renunciatur: tamen iſta reſponſio non valet cum de eodem caſu ſit eadem ratio, tacite renunciantis propter incompatibilitatem, & propter Ioann. Andr. ad intellectum dictæ clemen. quæ loquitur de tacita renunciatione iuris in re, propter quam Clemēt. & eius rationem dico hic declaratam, & approbatam opinion. Innocen. prædictam. & dicit Ioan. And. in dicta addi. & Lapus allegatione 116. quod Innoc. in c. fin. de cler. non reſid. contrarium dicit, eius quod dixerat in c. ex tuæ. eod. tit. tamen hoc non eſt verum, quia Innoc. in dicto c. fin. in prin. cum dicit, quod requiritur & monitio, & priuatio, vt beneficium non vacet, non loquitur quando quis erat ſecūdum incompatibile aſſequutus. Sed quando ſecundum non vacaret, & beneficiatus ſe abſentabat, nec reſidere vult, quo caſu debet priuari, & beneficium ſecundum non vacaret, licet non reſideret.

Beneficium curatum non valeat, licet quis in eadem eccleſia aſſequatur eccleſiam parochialem annexam præbēdæ, quia præbenda eſt principale beneficium, quod modo eſt curatum, & parochialis eccleſia annexa eſt acceſſorium, cui deſeruitur per vicarium perpetuum. de præben. c. ſuper eo. lib. 6. & c. extirpandæ. §. quia vero. de prabē. & in extrauaganti execrabilis. ad finem.

Beneficium curatum habens, ſi aliud ſimile aſſequatur, niſi primum in manibus ordinarij realiter, & de facto intra menſem dimittat, inhabilis hic efficitur ſecūdum Ioannem Andream in clem. ſi plures. de præbend. An autem idem ſit in dignitatibus, videtur velle ibi, quod ſic, in gloſ. ſic relata ad textum. Prædicta intellige. quando ſecundum aſſequitur per c. commiſſa. de electio. libro 6. & per clem. gratiæ. de reſcript. & ita intelligit Zen. tex. in extrauaganti execrabilis.

Beneficia non vacant per ſola ſponſalia, ſed per matrimonium per verba de præſenti contractum. licet non cōſummatum, quandoq; de hoc ſecundo fuerit dubiū. No. Rota concl. 19.

Beneficium non vacat, licet quis renunciat liti, & cauſæ, niſi forte, quia lis eſſet coram ordinario, ad quem pertinet recipere reſignationem beneficij. Not. Rota concluſ. 293. & vide verbum renunciatio. §. renuncians liti.

Beneficia quæ ſunt de menſa epiſcopatus, vel monaſterij non dicuntur vacare per obitum Rectoris. No. Fede. in tractatu permutat. q. 33. & idem Rota concluſ. 263. & qualem poteſtatem habet prælatus in beneficijs mēſalibus. vide dictam concluſionem 261. Et ſi epiſcopus alteri contulit beneficiū, quod erat de menſa, an illo, cui cōtulit mortuo, beneficium vacet. vide Do. Ant. in clem. 1. de reſcrip. & vide ſub verbo menſa.

Beneficia non poſſunt vacare in eccleſia in qua non eſt certus numerus canonicorum nec diſtinctio præbendarum. Not. Lapus ſuper tractatu permutationis. Feder. q. 33. in addit. impoſita. Idem ſi eſt numerus, ſed ſtatutum, & ordinatum eſt, quod ad minorem numerum reducatur, ita quod aliquo ex eis cedente, vel decedente, nullus eius loco ſubſtituatur, donec ſit deuentum ad numerum reſtrictum, vt not. Feder. de Senis in tractatu permutatioo. quæſtione 34. & 39. & ibi vide.

Beneficia quando permutantur, nō poteſt negari, quin ibi interuenire debet neceſſario collatio. Not. Feder. in tractatu permutat. q. 1. Si tamen epiſcopus permutantibus conſentiat, vel auctoritatem interponat, contuliſſe videtur, vt not. idem Federicus de Senis. q. 29.

Beneficia permutata verum vacent per reſignationem, vel per mortem, ſi permutatio fuit nulla, & permutantes credentes eam tenere adminiſtrauerint in beneficijs, & deceſſerint in eis, dic quod ſi fuerint ambo, vel aliter in dolo ſcientes permutationem non valere, dicuntur vacare per reſignationem, quo ad deloſum, vt not. Feder. in tractatu permutationis q. 6. quod dicit non eſt verum in eo, qui fuit in dolo. Idem ſi fuerit in culpa, quia ſi credebat permutationem non valere, vt not. idem Feder. quæſt. 5. iuncta gloſ. & addit. Lapi ibi poſita.

Beneficium dicitur vacare licet quis ad illud ſit electus, dummodo non ſit confirmatus. No. gl. in clem. 1. vt lite pendente ſuper verbo collatio poſt confirmationem autem non vacat, licet electio nulla fuerit, niſi cōfirmatio infirmetur. No. Innoc. de conceſſ. præb. c. inter dilectos.

Beneficium ſi vacat in curia, non poteſt conferri per inferiorē a Papa, quia paria ſunt beneficia vacare in curia, & beneficia eſſe reſeruata. No. Feder. in tractatu permutationis q. 1. & eſt tex. in c. 2. de præb. lib. 6.

Beneficia ex cauſa permutationis reſignata non poſſunt conferri, niſi ipſis permutare volentibus. Not. Rota concluſione 24.

Beneficium patronale ſi confertur per epiſcopum patrono inuito, vel irrequiſito, collatio eſt nulla, ſi autem permutatur, tunc permutatio non eſt nulla, ſed annullanda. Not. Rota concluſ. 299. Sed Lapus dicit, quod etiam permutatio eſt nulla, vt not. in tractatu permutationis. per Feder. de Senis q. 3. in addit. ibi poſita.

Beneficia reſeruata ex cauſa permutationis in manibus ordinarij reſignata, licet per epiſcopum nō conferantur, tamen poteſtas conferendi non deuoluitur ad ſuperiorem, niſi prius monitus fuerit ordinarius, vt infra certum terminum permutantibus conferat & ſi hoc facere neglexerit, quia ad talia beneficia conferenda non eſt tempus a iure præfixum. No. Feder. in tractatu permutationis. q. 29. dicit tamen ibi Lapus in addit. quod ille, qui reſignationem recipit, tertio requiſitus non contulerit, vel etiam in prima requiſitione dixerit, ſe nolle facere, poterunt permutantes ad priora beneficia redire, & idem forte elapſis ſex menſibus recipere.

Beneficiorum collatio dicitur eſſe de bonis, & de fructibus epiſcopatus. Ideo vacante ſede non ſuccedit Capitulum in poteſtate conferendi. No. gloſ. ſingulariter, de maior. & obed. c. cum olim. Ideo collatio dicitur donatio, quia licet epiſcopus teneatur beneficium vacans conferre, non tamen tenetur certæ perſonæ conferre. no. gl. de præben. c. relatum. & c. quamuis. lib. 6. ſuper verbo, penſatione. de offi. vicar. c. ſi. eo. lib. Ille ergo, cui epiſcopus confert, tenetur epiſcopo naturali obligatione ad antidora. Facit id, quod not. ff. de petit. hæred. l. ſi lege. §. conſuluit.

Beneficiorum collatio in eccleſia cathedrali pertinet de iure communi ad epiſcopū, & Capitulum ſimul, ſecundū quoſdam, vel ad epiſcopum ſolum ſecundum alios. Sed ſecundum Doctores antiquos licet quandoque Capitulum eligat, tamen auctoritas inſtituendi ſemper penes epiſcopum remanet. In alijs autem inferioribus eccleſijs collegiatis, an ele-

Digitized by Google

an electio prælati pertineat ad collegium, vel ad Epiſcopũ, dubium eſt. & Ioan. de Lignago tenet, quod ad collegium pertinet præſentatio, ad epiſcopum inſtitutio, ſicut in eligẽte Capitulum in parochia aliena, quod ad eum, & rectorem pertinet præſentatio, ad epiſcopũ inſtitutio, & in dubio præſumitur collegium beneficia in ſua eccleſia exiſtentia erexiſſe. Not. Rota concl. 962.

Beneficiorum autem diſpoſitio in diœceſi regulariter pertinet ad Epiſcopum. Not. Rota concluſione 429. ſed in eccleſijs collegiatis ſpectat collatio ad prælatum, & Capitulum, & non requiritur alia confirmatio ſuperioris. Electio autem Prælati ſpectat ad Capitulum, & cõfirmatio ad Epiſcopum. Not. Dom. Ant. in c. 1. de electi on. niſi priuilegium, & conſuetudo aliud inducat, vt ibi not. vide plenius per eundem in c. cum eccleſia Vulterana. de elect. An autem collatio beneficiorum eccleſiæ commendatæ pertineat ad commendatarium, vel ad eum, cui data eſt eccleſia in adminiſtrationẽ. Vide Dom. Ant. de elect. c. querelam. & quod not. de præb. c. de monachis. & collatio cappellanorũ pertinet ad prælatum, in cuius eccleſia ſunt eccleſiæ fundatæ, vt not. in d. c. querelam. ver. not. vltimo, quod ad ſubiectionem, & vide ſub verbo commenda. § 1.

Beneficium ſiue præbenda proxime vacatura dicitur affecta pro eo, qui apoſtolica auctoritate eſt effectus canonicus. Not. Feder. de Senis in tractatu permutationis. q. 1. Idẽ no. Rota concluſione 316.

Beneficia plura, & præbendas plures an poſſit quis habere de iure communi, vide Archid. de reſcrip. c. gratia. lib. 6. & plenius per Matthæum in c. fin. de cler. non reſid. dicit tamen, quod plura ſimplicia beneficia poteſt quis, etiam in eadem eccleſia obtinere ex diſpenſatione etiam inferiorum a Papa. Item dignitatem, vel officium, vel patronatum cum canonicatu, & præbenda. Sed plures dignitates, vel patronatus ſiue officia, & adminiſtrationes, ſimul cum canonicatu, & præbenda non poteſt in eccleſia obtinere, ſine diſpenſatione Papæ. de conſuetud. c. 1. libro 6. quid autem in diuerſis eccleſijs, dic vt ibi no. per Ioannem Monach. Archid. & Ioann. Andr. & vide c. cum ſingula. eodem tit. & libro, & quod not. gloſſ. de conceſſ. præbend. c. literas. & de præben. c. de multa. & vide ſub verbo diſpenſatio. §. diſpenſare non poteſt epiſcopus ſuper pluralitate. Et adde, quod duas præbendas in eadem eccleſia non poteſt aliquis ex diſpenſatione epiſcopi obtinere, ſecundum vnam canoniam cum dignitate, patronatu, vel officio ſic, vt patet in clem. fin. de præben. c. literas. ſuper gloſ. vltima. Item non poteſt quis in eadem eccleſia eſſe rector, & canonicus, licet poſſit eſſe rector, & cappellanus. No. Lapus alleg. 113.

Beneficia duo quis habere non poteſt, ſed epiſcopus poteſt eũ altero priuare, niſi ſecum fuerit diſpẽſatum, & ſufficit illam diſpenſationem interuenire ex poſtfacto. No. Rota concluſione 299.

Beneficium habenti non poteſt aliud conferri, licet conferens poſſit authoritate apoſtolica beneficia cõferre perſonis idoneis, quod eſt verum, ſi primum beneficium eſt ſufficiens, alias ſi haberet duo, vel etiam tria non ſufficientia, non poteſt ei de alio prouideri, & quod dicatur beneficium ſufficiens, no. Rota concl. 426.

Beneficium vnum habens, ſi aliud acceptat an primo intelligatur renunciare, vide Archid. de reſcript. c. gratia. lib. 6 & Innoc. & Matthæ. in c. fi. de cler. non reſid. & quod not. glo. eo. tit. c. conquerente. & in clem. gratiæ. de reſcrip. per dom. Ant. eo. tit. c. in noſtra.

Beneficium ſimplex, vel duplex ſiue compoſitum, qualiter cognoſcatur, vide Archidiaconum in c. gratia. de reſcript. libro ſexto.

Beneficium ſimplex an poſſit conferri patienti ſcientiæ defectum, vide gloſ. de elec. c. cum in cunctis. in princip. & vide ſub verbo epiſcopus. §. epiſcopus, & alij.

Beneficium poteſt conferri ſub alternatiuo modo vacandi, videlicet ſi vacat tali modo, vel quocunque alio. Item poteſt conferri non expreſſo aliquo modo vacãdi. Sufficit enim dicere, confero tale beneficium vacans. Not. Lapus allegatione ſexta.

Beneficium acquiritur per ſolam collationem ſiue prouiſionẽ, per quam ius quæritur, etiam ante poſſeſſionem adeptam, de reſcrip. c. 1. de præben. c. ſi tibi. lib. 6. & c. quædam. & ibi no. Ioan. And. in nouella. & eſt tex. in c. fi. de conceſſ. præb. & no. Inn. & Io. Andr. de his, quæ fiunt a maior. par. Capit. c. ex ore.

Beneficij poſſeſſionem ingrediens propria auctoritate, per exequutionem ſententiæ, vel alio legitimo titulo non priuatur iure ſuo, ſi nullam violentiam commiſit. Not. Rota concluſ. 440. verſ. ſed pone, ſecus ſi violenter intrauit, vt not. Rota concluſ. 16. & 396.

Beneficium an poſſit conferri ei, qui ſuſpenſus eſt, quo ad ſe tãtum, vide ſub verbo ſuſpenſus.

Beneficium ſemper eſt curatum, quãdo eſt principale in eccleſia collegiata, ſed ad illud eligitur, quis in rectorem, & prælatum per Capitulum ipſius eccleſiæ. No. Rota conclu. 432. & vide quod no. Lapus de præb. c. cum in illis. lib. 6.

Beneficium non poteſt aliquis reſignare ſine auctoritate ſuperioris, ad quem pertinet, reſignationem recipere, & beneficium conferre. No. Rota concluſ. 249. & ad illum pertinet recipere, qui poteſt reſignantem inuitum deſtinere. Not. Rota concluſione 193. Sed prædicta ſunt vera, quando reſignans habet ius in re; ſecus ſi ſolum habet ius ad rem. Poteſt enim reſignare in manibus cuiuſcunque. & vide ſub verbo renunciatio. §. renunciare. Not. Rota concluſione 299. c. non poteſt.

Beneficium ſi eſt acceptatum tanquam vacans vno modo, ſiue poſt mortem vnius, quod vacabat per mortem alterius valet acceptatio, quæ non eſt, niſi quędam declaratio voluptatis, quæ ſatis declarata eſt quando conſtat de corpore beneficij, licet fuerit erratum in perſona. Nor. Rota concluſione 214.

Beneficium impetrans tanquam vacans per obitum, non tenetur probare titulum ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit, quod probet eum poſſediſſe, & pro tali reputatum fore. Ille autem qui prætendit ius in beneficio ex cauſa permutationis, non tenetur probare de titulo eius, qui permutauit, ſed ſolum de reputatione, & poſſeſſione, vt no. Rota concluſione 109. vide omnino Lapum allegatione 88. vbi dicit, quod ſi contra probantem rationem, reputationem, & famam defuncti, probaretur defunctum habuiſſe etiam titulum, ſed inualidum, ex hoc non concluditur, eum ius non habuiſſe, quia potuit eſſe, quod habuit etiam titulum bonum.

Beneficia poſſunt ad tempus dari per inferiorem a Papa. Not. gl. in c. 1. de cappell. monach. lib. 6.

Beneficia vacatura licet non poſſint eſſe debita ex diſpenſatione hominis, poſſunt haberi ex diſpenſatione legis. No. gloſ. de præben. c. dilectos. 1. & ibi Do. Ant. & per eundem in c. cum M. Ferratien. de conſti. c. ſuper quo. & hoc no. per gloſ. de conceſs. præb. c. 2. lib. 6.

Beneficia vacantia per aſſequutionem dignitatis, ad quam eſt electus, & confirmatus in curia, non dicuntur vacare in curia ſed in loco, vbi poſſeſſionem dignitatis aſſequitur per ſe, vel per procuratorem ad hoc mandatum, tunc vacat in loco, in quo fit ratificatio. Sed ſi poſt confirmationem ante tamen conſecrationem, erat poſſeſſionem aſſequutus tunc vacat in curia, vbi fit cõſecratio, vbi autem poſseſſionem dignitatis non fuit aſſequutus per ſe, nec per alium, ſed per eum ſtetit, quo minus aſſequeretur, tunc vacant in loco in quo vacaſsent, ſi poſseſſionem aſsecutus fuiſset. No. gl. ſingulariter. in cle. 1. vt lite pendente. ſuper verbo. collatio. 1.

Beneficiũ vacãs ex renũciatione per procuratorẽ ad hoc mandatum habentem in curia facta, dicitur vacare in curia, licet principalis tempore renũciationis ſit extra curiam. Sed ſi procurator non habuit mandatum, ad hoc tamen principalis ratificauit, tunc dicitur vacare in loco ratificationis. No. gloſ. ſingulariter. in clem. 1. vt lite pendente ſuper verbo collatio.

Beneficiorum conferendorum tempus quando incipiat currere ei ad quem pertinet collatio iure proprio, vel etiam deuoluto, vide ſub verbo epiſcopus. §. epiſcopo quando. & §. epiſcopus ad quem.

Beneficialis cauſa dicitur, & ſuper beneficio agi, ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio ad beneficium, quod eſt verũ in materia non exorbitanti, ſicut eſt in caſu cle. diſpendioſam. de iud. ſecus in exorbitantibus, io quibus debẽt verba proprie, & ſtricte intelligi, & tunc dicitur dumtaxat cauſa beneficialis, & ſuper beneficio agi, quando agitur ſuper iure, & titulo beneficij, vt no. Do. Ant. de iuram. calumniæ. c. 2. ver. nota hoc, quod q. 4. coll. ſed ſi agitur ſuper poſſeſſione illa, nõ eſt proprie cauſa beneficialis, vt in 8. collatione, per quæ patet, quod c. ſi b. contra quos vt lite pend. lib. 6. quod loquitur in materia exorbitanti, vt ibi no. Ioan. Andr. in nouella. debet intelligi, quando agitur ſuper iure. & tit. beneficij, non ſuper ſola poſſeſſione, & ita intellexit ibi Ioan. And. in gloſ. ſuper verbo litigatur, iuncta glo. quam poſuit in c. 1. eodem titu. & lib. ſuper verbo litigantibus. licet Lapus ibi dixerit, quod dictum c. 2. locum habet etiam, ſi poſſeſſorio agatur. Sed per prædicta apparet, quod male dicit, non obſtante. clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. quam allegat, quia ideo poſſeſſorium comprehẽditur quia id in 1. clem. exprimitur, alias poſſeſſorium non venire ex præmiſſis apparet. & probatur per id, quod no. per Io. An. in eadem clem. in gl. ſuper verbo, etiam ſi dignitas.

Beneficium primum nõ dicitur vacare per aſſequutionem adminiſtrationis alterius incompatibilis delatæ ex conſuetudine, alias ſtatuto eccleſiæ vacante ſede. Nec propter talem adminiſtrationem cum retentione primi beneficij, quis incidit in pœnam conſtitutionis execrabilis. no. Pet. Mor. de offi. dele. c. deliberatione. lib. 6. ſuper gl. in ver. electiunis. & ibi vide Io. And.

Beneficium manuale ſi Abbas, vel alius prælatus reuocet non ſubſiſtente iuſta, & rationabili cauſa, an poſſit reuocatus habere recurſum ad ſuum ſuperiorem, vide Io. And. de præb. c. cum ſingula. ſuper gl. ad idem lib. 6. de ſtat. mon. c. cum ad monaſterium. in gl. ſuper verbo oportuerit. & gl. ſequenti, & qui cler. vel vo. c. inſinuante. ſuper tertia gl. Si autem tale beneficium monacho conferatur per Papam, vel collatũ per abbatem, Papa confirmet, non poterit abbas reuocare, niſi ex cauſa noua ſuperueniente. Not. dom. Ant. de elect. c. cum inter. Pe. & Io. Andreas in c. relatum. de præben. in fi. ſuper verbo de prouiſione. de off. ord. c. præſenti. in princip. lib. 6. in nouella. vbi dicit, quod monacho, cui Papa contulit prioratũ manualẽ quo ad illum eſt ab abbate emancipatus, hoc intellige, quando Papa confert ex ſua poteſtate, ſecus ſi eſt deuoluta, quia tunc vires beneficij nõ alterantur. No. Dom. Ant. de confirmatione vtili, vel inutili. c. porrecta. vide omnino. ſuper § beneficia manualia licet per Papa. n. & vide Ioan. And. poſt Innoc. de offi. deleg. c. ſuper eo. & Pet. Mor. de offi. ordi. lib. 6. & Lapum ibidem, qui dicit, quod hodie per extrauagantem poſſunt ad nutum reuocari non obſtante prouiſione, vel confirmatione Papali. Vide Lapum alleg. 9. & 33. vbi dicit, quod licet beneficium manuale collatum monacho per Papam ſit pro illa vice perpetuum: tamen ſi poſtea vacet, redit ad naturam ſuam, & efficitur manuale. Et idem no. Dom. An. de confirmatione vtili, vel inutili. c. porrecta. vide omnino ſub verbo religioſus. §. religioſus non poteſt conſentire.

Beneficium quo quis eſt ipſo iure priuatus, an poſſit conferri per ordinarium antequam ille per ſentẽtiam declaretur priuatus. Vide Lapum alleg. 129. ad finem. vide tex. & glo. vbi dicitur, hoc dubium eſſe determinatũ. c. de præben. licet epiſcopus. lib. 6. vbi dicitur per expreſſum, quod valet collatio, licet non poſſit eo non vocato auferri poſſeſſio. Et ita concludit Innocen. de reſtitu. ſpol. c. ſolicite. in penult. q. Idem dicit gloſ. de elect. c. commiſſa. libro 6. ſuper verbo impedimento.

Beneficium aut ius in beneficio, non acquiritur per ſentẽtiam adiudicatoriam iniuſte pro aliqua partium latam. vide ſuper verbo ſententiam in realibus.

Beneficia promoti ad eccleſiam cathedralem non poſſunt conferri per Papam, vt vacantia, antequam promotus poſſeſſionem eccleſiæ adipiſcatur. No. gl. in cle. 1. vt lite pend. quod intellige de ptãte ordinaria, quia de abſoluta põt, cum in beneficiis lib. habeat liberã poteſtatem, vt patet ex tex. d. clem.

Beneficium quod ſit eccleſiaſticũ cognoſcitur ex triplici qualitate: videlicet ex perſona prouidentis, quando eſt perſona eccleſiaſtica: & perſona prouiſi, quando ſoli clerico prouideatur: & beneficij, quando habet aliquid ſpiritualitatis annexum, quia propter diuinum officium datur beneficium eccleſiaſticum. Item quando beneficium datur pure, & in perpetuum non conditionaliter, nec ad tempus. No. Io. Cald. & Dom. Ant. in c. in noſtra. de reſcript. & primas duas qualitates ponit Io. And in c. poſtulaſti. de reſcrip.

Beneficium reſeruatum vacans licet alteri commendetur. non expirat reſeruatio, quia donec vacat, durat reſeruatio. de reſcrip. c. ſtatutũ. & de electio. c. ſi eo tempore. lib. 6. & no. Rota concluſ. 196. ſed per commendam non deſinunt beneficia vacare. ergo &c. Probo antecedens, quia per commendam non acquiritur ius in beneficio, vt no. glo. in clem. s. vt lite pend. Ex hoc deſcendit, quod habens commendam prælaturæ non dicitur prælatus, vt not. gloſ. in dicto c. nemo. & 21. q. 1. qui plures. quia prælatus habet ius in re, commendatarius non, vt no. Innoc. de alia cauſa, de conſtit. c. ſi conſtiterit. Imno non ſolum non ius habet, ſed nec poſſeſſionẽ, vt patet ex tex. & gloſ. in dicto c. ſi conſtiterit. & propterea, quia commendatarius non habet ius in beneficio permittũe iura, quod quis poteſt eodem tempore ſine diſpenſatione tenere duas parochias, vel parochiales eccleſias, vnam in titulum beneficij aliam in commendam, vt eſt caſus in c. dudũ. el 2. de elect. & dicto c qui plures. 21. q. 1. per quos text. patet, quod concedens commendam, non confert titulum in beneficio, quod ergo dicit gl. in dicto c. venio. quod commẽda eſt titulus canonicus. intelligitur de titulo quo adminiſtratur, non quoad ius in beneficio quærendum, non obſtante, quod dicit glo. quod durante commenda non vacat eccleſia, quod verum eſt, quia non vacat de facto, propter commendam, ſed vacat de iure, ex eo quod ius quæratur in beneficio, & ita diſtinguit Archid. in dicto c. qui plures. vel magis aperte dicendum, cum titulus commendæ ſit de iure, quod etiam commenda non vacat ſimpliciter, ſed perfecte etiam de iure vacat ſecundum quid, videlicet ratione tituli beneficij, propter quod quæritur ius in re, & iſta fuit mẽs Io. An. licet non ſic aperte declarauerit in dicto c. venio. in nouella. Ex hoc ſequitur, quod commenda non ceſſat perfecte vacatio vero ceſſat, & reſeruatio. vbi. n. aliqua diſpoſitio duratiua eſt ex ſubſtantia alicuius rei, licet illa res pereat, ſi tamẽ aliqua pars ſubſiſtit iure remanet tota diſpoſitio duratiua. ff. de vſufruct. l. ſi cui inſulæ. de contrahen. empt. l. domũ. §. ſi vero quantacũque. Donec ergo Papa de beneficio reſeruato perfecte prouiderit per titulum ex quo ius in beneficio quæritur, & per quod perfecte vacatio extinguitur, reſeruatio non expirat. Per hoc ad dubium, de quo quæritur concludens dico quod morte commendatarij, licet expiret titulus commendæ, tamen non inducitur noua vacatio, quo ad titulum beneficij, quia illa ſemper durat reſeruatio. propterea licet commendatarius decedit, non poterit inferior a Papa obſtante reſeruatione de illo beneficio prouidere, & per iſta defenditur opiniu Feder. de Senis, qui idem tenuit, licet alias rationes, non allegauerit in ſuo tractatu permutationum. q. 15. Rota in antiquis dicit, prædicta vera, quando prædicta commenda fit ad tempus tantum, ſecus ſi ad incertum, quia tunc reſeruatio expirat, ſed dom. de Sancto Gemin. in c. nemo presbyterorum. de ſimonia. diſtinguit. Aut Papa reſeruat beneficium prouiſioni, vel diſpoſitioni ſuæ, aut collationi. Primo caſu per commendam expirat reſeruatio, altero caſu ſecus. Sed & vnum aduertendum eſt, quod licet beneficium commendatum nunquam fuiſſet reſeruatum. tamen ex quo Papa in eo manum apponit illud commendando, non poteſt inferior de illo ſe intromittere, antequam Papa perfecte prouideat. arg. de appell. c. vt noſtrum. & quod no. Io. And. de exceſ. præla c. dilectus. & ita tenet Compoſt. de elect. c. cum nobis olim. in fin. vide ſup. in §. beneficia commendata.

Beneficia regularia, nõ ſunt perpetua, ſed manualia, & nutum reuocabilia. de ſtat. monach. c. cum ad monaſterium. §. 1. & in clem. 1. §. ad hoc. eod. tit. §. præmiſſa. de ſupplen. neglig. prælat. & vide ſupra beneficia manualia. & §. beneficium

manua-

Digitized by Google

le, quod intellige, niſi ſint beneficia electiua. Illa enim ſunt perpetua, nec poſſunt reuocari, ſine iuſta, & magna cauſa. de ſtat. monach. c. 2. §. fin.

neficium ſimplex cenſetur requirere cõtinuam, & perſona-
Belem reſidentiam, licet ex eius fundatione debeat ibi eſſe presbyter deputatus ad Miſſam quotidie celebrãdam, quia poterit celebrare per alium. Not. Lapus allegatione 116. & 117.

Beneficiorum proprietas eſt illorum ad quos ſpectat collatio eorundem, vt not. Innocent. de tranſactionibus. c. ſtatuimus.

Beneficium ſi impetratur per non clericum tempore impetrationis, non valet impetratio. Sed ſi præſentatur non clericus per patronum, non valet præſentatio, ſeu impetratio. no. do. Ant. de iure patro. c. conſultationibus. in ſecundo notabili. Quid ſi tempore literarum patroni non erat clericus ſed tẽpore præſentationis ipſarum literarum erat clericus, cogitabitis. Quid de ordine, quem requirit beneficium, an debeat adeſſe tempore, quando quis impetrat, vel præſentatur, vide de præben. c. ſi pro clericis. & de inſti. c. 1. lib. 6. vide plene per dom. Ant. in c. fin. de reſti. ſpol. 9. coll.

Beneficia plura an poſſint aliqui habere ſine diſpenſatione, vide plene per Dom. Anton. & Franc. de Zabar. io clem. gratiæ. de reſcript.

Bigamus verus eſt qui cum vidua, vel corrupta, matrimoniũ cõtraxit, vel qui diuerſis temporibus ſucceſſiue habuit duas vxores, etiam virgines, & non corruptas. Quod eſt verum, quando matrimonium tenuit. ſecus ſi de facto cum vidua, vel corrupta, vel ſecunda vxore contraxit, quia tunc eſt interpretatiue bigamus. Not. Rota concluſ. 426.

Bigamus ſiue ſit verus, ſiue interpretatiuus, non poteſt ſine diſpẽſatione ad ordines promoueri. Diſpenſat autem epiſcopus quo ad minores, ſed quo ad ſacros ſolus Papa cum eo diſpẽſat de poteſtate abſoluta, non ordinaria, cum impetratio de ordinaria diſpenſat. No Rota conclu. 420. quod dictum eſt diſpenſare poſſe quo ad minores. verum eſt, ſecundum Hoſtienſ. Sed Ioann. Andr. & Domin. Anton. tenent contrarium in c. ſuper eo. de bigam. per textum, eodem titu. c. 1. libro 6. vbi etiam hoc tenet Franciſcus Vercel.

Bigamus ad ordines promotus, ſine diſpenſatione recipit characterem, ſed non execqutionẽ ordinum. & ſuper tali executione ſolus Papa diſpenſat, etiam de ordinaria poteſtate. No. Rota concluſ. 426.

Bona fides præſumitur eo ipſo, quod titulus probatur, vbi autem non apparet de titulo, qualiter probetur bona fides, vide ſub verbo præſcriptio. §. pſcriptio iuris incorporalis mixti. Et aduerte, quod vbi bona fides præſumitur, hoc non ſufficit, niſi pars deducat, & alleget bonam fidem. Not. Dom. Anton. de cenſibus. c. peruenit. quarta charta. verſic. circa quartum.

Bonam fidem dicitur habere ille, qui erat in iure, & qui inualidum eſſe putat validum. Ideo tunc procedit præſcriptio in caſibus, in quibus ſufficit ſola bona fides, ſicut eſt de iure canonico in præſcriptione, quæ non eſt contra ius commune. no. D. Anto. de cenſi. c. peruenit. in vltima col. vide plenius ſub verbo præſcriptio. §. præſcribere volenti.

Brauium ſi debetur ei, qui primus ad brauium applicuit, & equus, ſine ragazio, alios equos præceſſit, an vero illi debeatur, qui cum ragazio primo metam attingit. Vide Bart. in l. 1. §. item acquirimus. ver. cæterum. ff. de acquir. poſſ. & in l. 1. §. quæſitum. de aqua quotid. & æſti. Bal. in l. qui fundum. ff. quemad. ſerui. amitt. Et ſi plures ad pallium applicant, an illis communiter, vel nulli pallium debeatur, & an de nouo curri debeant, an illi ſoli, qui cum applicuerunt, vel etiam omnes alij debeant ad curſum admitti. vide Bald. in procemio. ff. §. ſed cuius voci. & Angelum in l. cum qui. ff. ad Trebellian.

Brocardum ſi non valet, quod ago, vt ago, nec valet vt valere poteſt, procedit quando peccatur in cauſa efficienti, & formali ſimul, vel in ſola forma. ſecus quando peccatur in materia, vel in cauſa efficienti, quia tunc valet vt poteſt. Not. Domin. Anton. de offi. deleg. c. cum ſuper. de appella. c. ex inſinuatione.

Brocardum quando non poſſum alteri culpam obijcere, de qua lucrum ſentit, qualiter debeat limitari, & intelligi. vide ſub verbo culpa. Si vinco vincentem te.

Brocardum debeo vincere te, qualiter intelligatur. Vide Cy. in Authent. licet. C. de nat. lib. & Bar. in l. de acceſſi. ff. de diuer. & temporal. præſcrip. & plenius in l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pignor. hab. & vide text. & gloſ. in Auctoritate Martini Papæ. de conceſſ. præbend. libro 6. & Oldrad. conſilio 185.

## De litera C.

Canonicus eccleſiæ cathedralis, licet præbendam non habeat, ſed expectat cenſetur in dignitate, & debet intereſſe electionibus, tractatibus, conſilijs, & alienationibus. No. Rota concluſione 426. & 427. & vide ſub verbo conſenſus.

Canonici eccleſiæ cathedralis habent præeminentiam, & maioritatem ſuper alios clericos ciuitatis, & diœceſis, & dicuntur pars corporis eccleſiæ, & epiſcopi, quia epiſcopus eſt caput, & ipſi membra, & eſſe canonicum eſt honor. not. Rota concluſ. 132.

Canonicus non habet ius eligendi, niſi ei ſit locus aſſignatus in Capitulo. no Dom. Ant. de cauſ. poſſ. c. fin. 9. coll. verſic. ex prædictis concluditur. & multi ſunt canonici, qui non habent ius eligendi, no. Innoc. de elect. c. bonæ.

Canonicus an poſſit eſſe procurator. §. procurator poteſt eſſe canonicus.

Canonicorum receptio. Vbi non eſt certus canonicorum numerus, non eſt tempus limitatum a iure, infra quod ſi receptores negligentes erunt ſuperior recipiet. Not. Federicus. in tractatu permutationum. q. 22.

Canonicus vltramarinus ſub expectatione præbẽdę, ſicut ſunt expectantes apoſtolici in eccleſia, vbi eſt diſtinctio præbendarum, vocantur canonici in herbis, nec perpetuo retinent illum canonicatum per Papam collatum. Immo vacãte prębenda canonicali iuxta numerum, & primus eſſe definit, & redijt ad Papam. no. Rota concluſione 426. Idem no. Dom. Anton. de conſtit. c. cum M. Ferrarienſis vltima charta. ver. ſecundo. quæ eſt differentia. & in col. fin.

Canonicatus & præbenda diſtincta tamen pro inſtituto in ea, habent inuicem connexitatem, & correſpondentiam, quod ille, qui aſſequitur canonicalem præbendam, per quam aſſequitur canonicatum illum, pro quo fuerat inſtituta. Propterea dicunt Doctores, quod Papa vtendo ſua poteſtate excellenti, dat alicui canonicatum ſuper numerum ſub expectatione præbendæ, & poſtea præbenda vacans ſibi confertur eo ipſo intelligitur, ſibi per conſequens collatus canonicatus. Primo per Papam collatus definit. Not. Rota concluſ. 21. idem no. D. Ant. de conſti. c. cum M. Ferrarienſis. vltima col. vltima charta. verſ. ſecundo, quæ eſt differentia. & vide inf. ſub verbo collatio præbendæ.

Canonicus poteſt de iure recipi in eccleſia vltra numerum præbendarum, quæ in eccleſia certæ, & diſtinctæ ſunt. not. Rota concluſ. 222.

Canonicus regulariter hodie poteſt ſine diſpẽſatione, & ſine conſenſu ſui prælati præfici, per epiſcopum eccleſiæ parochiali, etiam ſęculari. no. Rota concluſ. 293.

Canonicatu vacante poſſunt plures eligi ad illum canonicatũ, ſecundum Innoc. No. Rota concluſ. 426. in princ.

Canonicus ratione ſolius canoniæ percipit quotidianas diſtributiones, & percipit de communibus reditibus, etiam ſuper excreſcentibus fructibus habet etiam menſam craſſam omnino, & oẽs fructus vbi nõ eſt diſtinctio prębendarũ, quod eſt verum in canonico inter numerum. not. Rota concluſione 426. vide inf. §. canonicus ſupramarinus.

Canonici poteſt dici beneficium eccleſiaſticum, & hac appellatione continetur omne beneficium eccleſiaſticum canonice obtentum. No. Rota concluſ. 426. & Io. And. in c. 1. de elec. libro 6. ſuper verbo canonis. in nouella.

Canonia cenſetur mater, & præbenda filia. Quia ex canonia procedit, & pro illa eſt inſtituta. No. Rota concluſ. 426.

Canonicus cuius ętatis eſſe debeat, vide ſub verbo minor quatuordecim annis.

Canonici

Canonici appellatione an comprehendatur clericus,& e contra:dic,quod ſic,in materia larga,& fauorabili,ſecus in ſtricta,& odioſa,in qua appellatione canonicorum non veniūt clerici. No. Lapus de elect. c.1.lib.6.

Canonici an & quādo,& de quibus rebus poſſint facere ſtatuta. vide gl.claram.in c.2.de verbor.ſignif.& quod no.Ioan. de conſti.c.cum omnes in princ.& dom. Ant.eod.tit.c.cum M.Ferrarienſis.7.coll.ver.no.quod canonici.

Canonici duo ſi recipiuntur ſimpliciter, vacante duntaxat vna præbenda valet receptio,& præbenda debetur primo recepto,& ſi non conſtat,quis ſit primo receptus eſt locus gratificationi,per c.ſi pro te.c.ſi duobus. de reſcrip.lib.6.tamen de ſuper excreſcētibus fructibus alteri prouidebitur.vbi autem duo in canonicos recipiuntur, non ſimpliciter, ſed formaliter exprimitur, quod eos recipiunt ad præbendam vacantem. Et hoc fit ſub diuerſis rationibus, vt quia dicunt recipimus vos in canonicos & vlterius aſſignamus talem præbendam,tunc valet receptio,& non aſſignatio, vbi not. ſub eadem ratione, & vnico verborum conglutino plures recipiuntur animo ſcindendi eam , non valet receptio. ſecus ſi animo conſtituendi duas præbendas,& hoc conſtat,& redditus ſufficiant pro duobus,quia tunc valet receptio, & aſſignatio.Item ſi redditus nō ſufficiunt. ſed tunc agetur ad interrogationem,vel de vacantibus,vel de non vacantibus, ſi ſuperſunt excreſcentes in dubio ſi non conſtat , quo animo receperunt,non valet receptio de conſti.c.cum M.Ferrariēſis.ver.venio ad ſecundum. 14.col.

Canonicus ſi recipitur ſimpliciter in canonia,nec aliquid dicitur de præbenda,valet receptio, & debentur ei ſuperexcreſcentes,quibus non obſtantibus debet ei prouideri , cum ſe facultas obtulerit . Vbi autem recipitur, vt canonicus, & ex interuallo ei promittitur vacatura tunc valet receptio , ſed non vacantis promiſſio. Ideo quando eo inſtanti ſub diuerſa verborum conceptione , & oratione quis recipitur in canonicum & promittitur ſibi vacatura eo animo,vt ſtatim ſit canonicus,& poſtea tempore vacante habeat præbendam , vbi autem eodem inſtanti ſub diuerſa oratione verborum fit receptio & promiſſio vacaturæ effectus tamen vtriuſque confertur in tempus,quia intendunt receptum non eſſe canonicum,nec habere præbendam . niſi in tempore vacationis,tunc non valet receptio,nec vacaturæ promiſſio,attenta virtute proceſſus in tempore ſimultaneo. Idem & fortius, quando fit receptio,& vacaturæ promiſſio ſub eadem ſpecificatione , & oratione verborum , effectus tamen vtriuſque confertur in tempus vacaturæ,vbi autem fit receptio, & vacaturæ ſponſio ſub eadem oratione, ſed effectus cōfertur in diuerſum tempus,quia recipitur,vt ſtatim ſit canonicus , vt habeat præbendam ſolum in proximo vacaturam,tunc Innovariat. primo dicit non valere receptionem nec vacaturę,attenta potius ſeparatione effectus quam comminatione verborum,vt no.dom.Ant.de conſti.c.cum M.Ferrariēſis. ver. venio ad tertium.17.col.

Canonicorum & præbendarum numerus ſi eſt in eccleſia certus,& determinatus,tunc licet fructus ſupercreſcant ſola ſuperexcreſcentia,non rumpitur numerus præbendarum,nec etiam numerus canonicorum . Eſt tamen in potentia rumpendi, dicunt tamen ſi canonici non rumpant , nec eis mādatur,quod aliquem in canonicum recipiant vltra numerū, non eſt ruptus numerus , & ſuperexcreſcentes redditus debent aſſignari in vtilitatem eccleſiæ. licet Innoc. Compoſt. & Hoſtienſ.aliter dicant,videlicet,quod ſola ſuperexcreſcētia rumpat numerum præbēdarum, vbi aūt aliqui canonici ſunt vltra numerum recepti,& ſuperſunt reditus excreſcentes,non tamen eſt deuentum ad creationem aliquam nouarum præbendarum,tunc licet ſit ruptus numerus canonicorum,tamen non eſt ruptus numerus præbendarum. Sed eſt in potentia rumpendi,antequam aſſignent,& compelli poſſunt ad aſſignandum ſuperexcreſcentes in præbendis creatis autem & aſſignatis iſtis præbendis,rūpitur numerus præbendarum augmentatiue . Sed non rumpitur determinatio antiquarum prębendarū,hoc eſt dicere,quod numerus non remaneat ruptus,ſed bene augmentatus,& conſequenter etiam remanet numerata,quo ad præbēdas . Pluribus autem canonicis vltra numerum receptis , ſi ſuperſunt fructus excreſcentes, ſufficientes pro vna præbenda dumtaxat ruptus eſt numerus canonicorum,ſed non præbendarum. Eſt tamē in potentia,& debito rumpendi pro vno tantum,& fructus excreſcentes debent aſſignari primo recepto. Sed ſi non apparet quis primo receptus ſit, debēt communiter diuidi inter omnes, vbi vero plures vltra numerum ſunt recepti , & voluntatis ipſorum creatæ ſunt de nouo quatuor præbendę.tunc licet communis opinio videtur,quod ruptus ſit numerus præbendarū,verius eſt,quod non ſit ruptus, ſed augmentatus. Ex his apparet,quod facilius rumpitur numerus canonicorum quam præbendarum , quia receptio vnius canonici vltra numerum canonicorum rumpit numerum, ſed non creatio præbendarum vltra numerum,vt no.dom.Anton.de conſti.c.cum M.Ferrarienſis.ver.venio ad quartum. 18. col. an aūt in caſib. prædictis valeat impetratio in eccleſia,nō facta mentione de nouo vide ſub verbo gratia.§.gratia impetrata in eccleſia numerata. Scias tamen,quod eccleſia non ſit numerata ex conſuetudine , ſed ex ſtatuto ſic. vt not. Ioann. Andr. de conceſſ.præben.c.ex parte.ſuper verbo conſuetudine.

Canonicus ſuper numerarius ſi eſt in canonicum receptus , & vbi non eſt conſuetudo de inſtallando canonicos,habet vocem in Capitulo , & omnia iura canoniæ, niſi aliud habeat , quæ in hoc ſeruanda eſt,licet Hoſt.dicat,quod talis conſuetudo non valet de inſtallando, habet vocem ſecundum naturam loci in quo inſtallatur,aut aſſignatus eſt locus in choro venit legendo,& cantando ſecundum ordinem ſuum, & omnia alia,quæ ad chorum pertinent,& conſuetudo in contrarium non valeret ſecundum Hoſtienſ. vt not. Dom. Anton.de conſtit.c.cum M Ferrarienſis.vltima charta.verſiculo quarto.

Canonicus ſupernumerarius debet habere quotidianas diſtributiones,ſi receptus eſt propria voluntate capituli , ſecus ſi ex neceſſitate de mandato ſuperioris , receptus in prima, quia nunquam aliqua vacauit . Innoc. quod non placet Io. Cald.qui vult,quod eo ipſo, quod quis eſt creatus canonicus,ei debentur diſtributiones, & alia iura canonicalia, dic conſiderandum eſſe,qualiter Papa mandet recipi,ſi mandatur vt ſimpliciter recipiatur in canonicum cum plenitudine iuris canonicalis. eſt vera opinio Io. Cald.vt no. dom.Ant. de conſti.c.cum M. Ferrarienſis. vlt.columna . Sed Ro.dicit ex conſuetudine approbata curiæ talis canonicus non debet habere tales diſtributiones prædictas,vt ibi not. & vide ſup.§.canonicus ratione.

Canonicus cui eſt collata præbenda nondum habuit poſſeſſionem in Capitulo,& ſi non vocetur,an valeat electio. Pet.dicit,quod eſt vocandus, alias poterit electio caſſari , propter contemptum.Archid. tenet talem non inſtitutum nō debere vocari,cum non habeat poſſeſſionem iuris ſibi collati , & eligere eſt fructus non poſſeſſionis, ſed proprietatis. Dom. Ant.dicit,quod opinio Compoſt.eſt vera,quia id,quod dicitur, verum dominum non habere vocem eſt verum,quando alius eſt in poſſeſſione,& bona fide,ſed vbi poſſeſſio eſt vacans eius eſt vox , qui habet ius proprietatis, ſecundum Innocent.vel ſecundum Dom. Anton. quod illa opinio eſt vera,quia ex quo moritur canonicus,poſſeſſio iuris eligēdi extinguitur ſecundum Innoc.vt ius eligendi , & quaſi poſſeſſio reſtringatur ad alios canonicos, vt ſic ipſi ſoli ſunt in poſſeſſione contra proprietarium,vt no. Dom. Anton. in c. cum M.Ferrarienſis.de conſti.penul. columna. verſicul.tertius caſus .

Cappelianus. Vide §.gratia, per quam quis ſit.

Capitulum ſunt partes,& membra corporis epiſcopi . Et ideo vacāte ſede,vel vere,aut ficte ſpectat ad Capitulum de iure communi adminiſtratio temporalium,& ſpiritualium. No. Rota concluſ.306. & vide verb. prælatus. & vniuerſitas. §. vniuerſitas,vel collegium.

Capituli appellatione non venit prælatus.no.Lapus de præb. c.ſi.lib.6. vide gloſ.in clem. vt hi qui.de ætate, & qualitate ſub uerbo in eiuſdem.

Capitulum non ſuccedit ſede uacante in his quæ ſunt voluntarię iuriſdictionis . no. Rota concluſ.360. Ideo non poteſt

bene-

Digitized by Google

beneficia conferre, poteſt tamen præſentatos inſtituere. No. gl. de præb. c. cum nullus. §. cum autem. lib. 6. in quibus autem alijs ſuccedat, & in quibus nõ, vide plene per Pet. Mo. in c. primo. de maior. & obedient. libro 6. & ibi plene tractatur.

Capitulum vacante ſede poteſt electos confirmare, præſentatos inſtituere, & quoque ex cauſa beneficio priuare, & alia quæ ſunt iuriſdictionis neceſſariæ exercere. Et ideo poteſt admittere reſignationem beneficij, non ſolum ſpectantis ad inſtitutionem, ſed etiam ad collationem epiſcopi defuncti, quia reſignatio debet fieri neceſſario in manibus eius ad quem pertinet inſtitutio, & non deſtitutio. Not. Rota concluſione 149.

Capitulum vacante ſede, quia poteſt reſignationem beneficiorum admittere, & ea conferre, & conſequẽter poteſt permutantibus beneficia auctoritatem præſtare, niſi quando collatio ad ſolum epiſcopum pertinet ſine Capitulo, quia tunc Capitulum non ſuccedit in poteſtate conferendi. Not. Feder. in tractatu permutationis. quæſt. 16. ſuccedit autem in poteſtate auctorizandi permutationẽ quando collatio pertinet ad alium, quam ad epiſcopum, quia talis auctoritas eſt de iuriſdictione epiſcopali, vt not. gl. in clem. prima. de rer. permut. in qua iuriſdictione ſuccedit Capitulum, & ita quędam additio poſita, in dicta concluſ. 16. Sed aduerte, quod glo. in dicta clem. tenet, quod Capitulum vacante ſede non poteſt auctoritatem pręſtare permutationi, quando collatio pertinet ad ſolum epiſcopum, cum Capitulum conferre nõ poteſt. Sed contrarium dicit Dominicus de Sancto Gemin. in additione poſita, ea ratione, quod collatio, quæ fit de neceſſitate, vt dicit tex. in clem. prima. & ſic cum ſit de neceſſaria iuriſdictione, Capitulum poteſt conferre, vt not. ſup. §. 2. poteſt tamen huic rationi reſponderi, quod licet poſt factam, & admiſſam reſignationem, collatio ſit neceſſaria, tamen admittere reſignationem ex cauſa permutationis, eſt voluntariæ iuriſdictionis, cum permutatio ſit prohibita, niſi ex cauſa ſuperior illam admittat. vt no. in c. quæſitum. de rerum permutat.

Capitulum licet ſuccedat epiſcopo, in poteſtate conferendi beneficia ad collationem iure proprio ſpectantia, quæ epiſcopus conferre neglexit, tamen nunquam ſuccedit in poteſtate conferendi beneficia ad collationem epiſcopi de iure deuoluta ſpectantia. no. Rota concluſ. 301.

Capitulum licet prælato defuncto excommunicato, vel ſuſpenſo, poſſit beneficia conferre ſecundum diſtinctionem c. 1. ne ſed. vac. lib. 6. & etiam iuriſdictionem exercere, vt in c. 1. de maior. & obed. eod. tit. tamen prælato abſente, licet in remotis, non poterit Capitulum prædicta miniſtrare, niſi prælatus eſſet captus, vt in c. ſi epiſcopus. de ſupple. neglig. prælat. eo. lib. & niſi in caſu, vbi ſolum conſilium prælati requirendum eſſet, vt dicto c. in fin. ne ſede vacan. Et ibi vide Lapum, qui tenet contrarium.

Capitulum vel collegium quis debeat conuocare. vide ſub verbo vniuerſitas, vel collegium. & ibi omnino vide.

Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili, niſi prius facta executione reperiatur non ſoluendo, vt not. Bar. C. qui bon. cede. poſſ. l. 1. & ff. de ſuſpect. tut. l. tutor. & niſi debitor ſit pro illo debito condemnatus, vel niſi debitum ſit fiſcale, & debitor in contumacia perſiſtat, vt no. Bar. in l. ſacrilegi. §. fin. ff. ad leg. Iuliam pecul. vbi plene videas. Sed gloſ. Hoſtien. & Io. And. & Dom. Anton. in c. 1. de pign. dicunt, pro debito ciuili, de quo conſtat, quem poſſe carcerari, vide ſub ver. fuga.

Carcerari nõ poteſt pro debito ciuili aduocatus, ſiue Doctor, vel licentiatus in legibus, aut in philoſophia, nec ipſorum filij, ſed nepotes illo priuilegio non gaudent. Et prædicta limita, niſi debitum ciuile deſcendat ex crimine, vel dolo debitor arguatur, vel niſi conſuetudo ſit in cõtrarium, quæ decennio præſcribitur. Not. D. Anton. in c. Odoardus. de ſolutionib. & de aduocato. no. Bar. in l. miles. in princ. de re iudicata. & ibi vide.

Carcerari non poteſt femina pro debito ciuili, ſicut nec clericus, niſi debitum deſcendat ex crimine, vel dolus debitoris arguatur, vel in contrarium ſit conſuetudo, quæ decennio præſcribitur. no. Dom. Anton. de ſolut. c. Odoardus. & de clerico. not. Bar. in d. l. miles. in princ. ff. de re iudi. vide ſub verbo debitor. §. debitorem non iuuat. Et vide quo ad clericũ ſub verbo clericus. § clericus ſi pro debito. & quod not. Ioan. And. de ſen. excommunicationis. c. ſi clericus. lib. 6. ſuper verbo exceſſus. in nouella. & eo. tit. c. vt famæ. ſuper verbo, & quorum.

Carcerari an poſſit debitor, vide ſub verbo debitor. §. debitor non debitorem iuuat.

Carcerari an poſſit debitor vigore ſtatuti, & etiam in caſu quo de iure communi non poſſit. Dyn. dicit, & male, quod tale ſtatutum non valet. No. Bar. de cond. & demon. l. Titio centum. §. Titio centum relicta.

Carcerari non poteſt ſcriptor, & præciſe compelli, vt ſcribat, quando ipſius induſtria eſt allegata, quod in dubio videtur. c. 2. de pignor. An. dicto §. ibi. & d. c. 2. de pignorib.

Carcerari an poſſit iudex eccleſiaſticus. & prælatus clericum ſubiectum ſibi, vide de offi. ord. c. cum epiſcopus. lib. 6. & de ſen. excom. c. ſi clericos. eod. lib. & eo. tit. c. vt famæ. & quod ibi no. per Io. Andr. in dicto c. ſi clericos. lib. 6. in nouella. vide Lapum alleg. 33.

Cardinali, & legato creditur de eis, quæ coram eo aguntur, not. Innoc. de accuſ. c. cum dilectus. Et vide per eundem in c. cum inter. de offic. deleg. in prima gloſ. Archid. idem dicit 8. q. 3. c. talia. & 96. diſtinct. c. nobiliſſimus. in additione. Poteſt dici de geſtis coram illo non creditur ei, ſi tangunt præiudicium tertij ſecus ſi nulli ſit præiudicium, vt no. Archid. in dicto c. nobiliſſimus. in addi. Dicas, quod vt no. gl. de ſen. excomm. c. ſicut. Io. And. dicit, quod ſolo verbo Cardinalis legati creditur de legatione in his, quæ non requirunt ſpecialem commiſſionem, in alijs ſecus, vt ipſe not. ſecundum Hoſtien. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. in nouella, ſuper gloſ. 3. examinat, & ibi ponit rationem differentiæ. Sed cõtrarium no. ſecundum eundem Hoſt. in c. ad audientiam. de ſen. exc. eo. lib. vbi dicit credendum Cardinali, etiam in requirentibus ſpecialem commiſſionem, alibi dicit Domin. Anton. ſecundum eundem Ioan. And. quod creditur Cardinali ſecũdum conſuetudinem curiæ ſecus de rigore, vt ipſe no. de appell. c. conſtitutus 2. ſuper verbo Cardinalis. Specul. dicit, quod indiſtincte Cardinali creditur etiam in requirẽtibus ſpecialem commiſſionem, cõſuluit tamen, quod in actu per eum geſto, is cum quo geritur, niſi faciat tenorem ſuæ poteſtatis in titulo delegato. §. ſupereſt. ver. quid ſi aduocatus, dicit quod de rigore non creditur ei. Dom. Anton. bene dicit, quod legatis de latere poteſt officiũ ſuæ legationis ſine literis exercere, & ſuper hoc, vt ſit legatus poteſt literas teſtimoniales dare, vt ipſe no. de reſti. in integrum. c. tam ex literis. ver. quomodo factus. Alibi dicit idem Dom. Ant. quod Cardinali non creditur de geſtis a Papa in quantũ tangunt præiudicium tantum ſi autem aſſerit aliquid ſibi commiſſum a Papa viuæ vocis oraculo, vt hæc litera atteſtatur, non ſimplici verbo, tunc creditur ei, vt alteri ſcribenti. Et concluditur, quod Cardinali creditur in his, quæ atteſtatur ſcripto, & quæ ſunt leuis præiudicij, licet eius ſigillum ſit ignotum, dũ tamen ceſſet ſubreptio, & quod atteſtatur ſit veriſimile. Si vero ſigillum ſit cognitum, vt atteſtatur verbo de poteſtate ſua creditur ei, quo ad omnia quæ transfunduntur in poteſtatem de iure communi, dummodo ſit notus, ſed non creditur ad illa, quæ non transfunduntur ſine ſpeciali commiſſione. Si autem atteſtatur de geſtis coram ſe, non creditur ei de rigore iuris, ſed de conſuetudine curiæ ſecus. & quod dicit de rigore non credi, intellige indiſtincte, quando atteſtatur verbo, ſed ſi ſcripto, tunc creditur ei, vt ſimplici prælato non aliter, ſi autem teſtatur de geſtis coram illo, vel ab alio, non creditur ei, in quantum tangit præiudicium tertij, ſi atteſtatur verbo, ſi ſcripto creditur ei, prout creditur literis ſimplicis prælati, & aliter non, niſi quod admodum ſufficiens ſit eius teſtimonium propter dignitatem, ita not. Do. Ant. in c. quod ſuper his. de fide inſtrum.

Cardinales an vacante ſede ſuccedant in iuriſdictione Papæ, vide gloſ. de ſchiſmaticis. c. 1. lib. 6.

Cardinales an habeant ius epiſcopale in ſuis eccleſijs, vide Petrum de Mor. in c. 1. de maior. & obedient. libro 6. ſuper gloſ.

Digitized by Google

gloſ. prima, & per alios in clement. ne Romani. de electione.

Cardinales non includuntur ſub generali exceptione quorũcũque, niſi in eiſdem fiat mentio ſpecialis, licet epiſcopi includantur ſecundum Ioan. Monach. Facit quod not. Ioann. Andr. de ſent. excomm. c. quia periculoſum. lib. 6. in gloſ. 2. in nouella.

Cardinalis dignitas hodie maior eſt qualibet dignitate, quia ipſi ſimul cum Papa omnes iudicant, & non poſſunt ab alio quam a Papa, & ſuis collegis iudicari, vt no. Ioann. And. de præbend. c. dilecto. el primo. in principio. Immo nec Papa, cum ſuis collegis iudicare poteſt, nec arduum aliquod facere ſine eis. ſecundum Ioan. Monach. in c. ſuper eo. de hæret. lib. 6. licet Ioan. And. ibi in nouella, de hoc dubitet. Hoſtienſ. dicit, quod parum, aut nihil poteſt Papa ſine conſilio Cardinalium facere, vt recitat Io. Andr. in c. antiqua. de priuileg. ex hoc ſi fit mentio de dignitate, nõ continetur dignitas Cardinalatus, quia nec dignitas epiſcopalis continetur, niſi de ea fiat expreſſa mentio, vt no. Ioan. And. de conceſſ. pręben. c. dilecto. Ratio eſt, quia dignitas epiſcopalis non eſt dignitas, ſed culmen dignitatis vt no. gl. de prębend. in c. 1. lib. 6. ergo multo fortius in dignitate Cardinalatus, quæ maior eſt epiſcopali, & qualibet alia. Et eſt aduertendum, cum ſit neceſſe de tali dignitate expreſſam, & ſpecialem facere mentionem, verba generalia, vel vniuerſalia, puta, quęcunque dignitas ſit, non ſufficere, per ea, quæ no. Ioan. Andr. in c. quia periculoſum. in nouella. & etiam videtur, quod non ſufficiãt verba generalia, licet adderetur clauſula, etiam ſi de dignitate eſſet fienda mentio ſpecialis, per ea, quæ not. Cyn. in l. 1. C. quando Imper. inter pup. & viduam. Vide ſub verbo dignitas. §. dignitatis appellatione.

Cardinales an faciant collegium. Dic quod ſic, vt no. Io. And. de iudæ. c. ad liberandam. in gl. non cont.

Cardinales Presbyteri, & Diaconi tenentur iurare obedientiã Papæ, ſed Cardinales epiſcopi ſic. & rationẽ differentiæ ponit Io. And. in c. antiqua. de priuileg.

Caſſatur quod nullum eſt. Sed intellige, quod caſſatur de facto, quatenus de facto proceſſit, & proprie dicitur caſſari, quod de iure valet, vt lite non conteſtat. c. decedens. & ibi no. gl. ſuper verbo caſſamus. & in c. per venerabilem. ſuper verbo, non ſeruatum. qui filij ſint legit.

Cauillatio quid ſit, vide in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur.

Cauſa ceſſante ceſſare debet effectus. de appel. c. cum ceſſante. Adde gloſ. in l. generaliter. C. de epiſcop. & cler. & in §. illis apud Iuſtinian. de teſtamento militari. Vide plene per Bar. in l. 2. §. Titio. ff. de donat. & plenius per dom. Anton. in c. poſt translationem. de renunciationibus 8. colum. ver. oppono, quod ceſſante. & vide ſupra verbo cauillis, per totũ, & verbo ſpiritualis. per totum.

Cauſa quę dicatur finalis, vel impulſiua, & an in dubio dicatur finalis, vel impulſiua. vide dom. Anton. de renunciatione. c. poſt translationem. in ver. ſed quæro.

Cauſa quando dicatur pendens, vel cooperta, vide ſub verbo, 59. in princ.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum. ff. de itin. actuq; priua. l. 1. §. ſi quis. Hoc vide ſub verbo limitata.

Cauſa quæ dicatur magna, ſiue grauis, & quæ parua ſiue leuis. Vide Bar. in l. admonendi. de iureiuran. col. antepenultima, in fine.

Cenſemus quid operatur hoc verbum in lege poſitum, an inducat nouam diſpoſitionem, vel declarat antiquam. vide gl. in clem. 1. de conceſ. præbend.

Cenſus præſtatio quandoque arguit ſubiectionem, quãdoque exemptionem, quandoque eſt ſignum protectionis, no. Anton. de cau. poſſ. c. fin. a. coll. 2. ver. tunc autem reſtat. & vide in c. de cenſibus.

Ceſſio actionis an requirat, quod actori denuncietur, vt impediatur ſoluere cedenti, & qualiter ſingulariter limitetur, l. 3. C. de nouat. vide Bal. C. quando prouoc. non eſt neceſ. l. 1. vltima columna. & Bartol. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian.

Ceſſionario nocet ſententia lata cõtra cedentem, & tranſactio facta cum eodem, qñ ante litem, quia aliter ante ceſſionem, etſi erat lis conteſtata contra debitorem. No. Bar. ff. ad Trebellian. l. facta. §. ſi hæres. ſecus ſi ante ceſſionem non eſt lis conteſtata. No. Bal. C. quando prouoc. non eſt neceſ. l. 1. vltima columna.

Ceſſione facta, vtrum pactum, vel tranſactio facta per debitorem cum cedente, noceat ceſſionario, dic quod ſi ad commodum ceſſionarij facta fuit, & debitor ſciuit ceſſionem, qualitercunque ſciuerit, non præiudicat, ſecus ſi ignorauit. Vbi autem ceſſio fit ad commodum cedentis, tunc præiudicat, niſi interuenit alterum de tribus poſitis in l. 3. ff. de donat. & no. Bar. in l. ſi cum emptore. ff. de pact. & ff. ad Trebell. l. facta. §. ſi hæres. & Cyn. in l. 2. C. de nouationib.

Cedi poteſt actio iudicati, & officium iudicis pro executione ſententiæ. ff. famil. hercifcun. l. ſi hæres. & in l. iudicio. ibid.

Cedi poteſt actio iniuriarum, no. Bar. ff. de iniur. l. iniuriarum. la tertia.

Cedi non poteſt ius vſuræ. no. Bar. ff. ad Trebellian. l. qui ita. in principio.

Cedi non poteſt ius petendi iuriſdictionem ex fideicommiſſo. no. Bar. ff. de verbor. obl. l. ſi ſtipulatione. in princ. & l. reſtituta. in princ. & eſt tex. ibi. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iure do. vide per Bald. in l. 2. C. de pactis. & per præmiſſa videtur, quod nec hæres poſſit cedere ius adeundi.

Cedi an poſſit, quod non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, vide Bar. & Bald. ff. de iniur. l. iniuriarum. 3. & de verbor. oblig. l. ſi ſtipulatus fuerim. in princ. & ff. de adminiſt. & peric. tuto. l. ex plurib. & de legat. 1. l. ſi ſit. alias eſt, ſi quis ita.

Cedi poteſt realis actio. i. rei vendicatio etiam per poſſidentẽ. etiã dubitatur an per talem ceſsionem transferatur dominium, an autem ceſsionarius poſsit agere rei vendicatione ex iure ſibi conceſſo. Dic ſecundum Ioan. And. quod ſic, contra poſsidentem, ſed diſtinguitur, aut conceditur actio competens, & nihil agitur, aut competitura, & tunc valet, & intentabitur, quando ille alius cœperit poſsidere. Not. Rota concluſ. 149. & vide omnino tex. & gloſ. in l. plane. ff. famil. hercifc. & quod no. Cyn. in l. 1. C. de alien. iud. mu. cauſa fa. in rei vendic.

Ceſsionario non obſtat exceptio banni, vel excommunicationis, quæ obſtabat cedenti. Vide ſub verbo exceptio. §. exceptio banni.

Cedẽs bonis an liberetur, & an carcerari poſsit, & an poſſit alimẽta deducere, vide ſub verbo debitor in pręſenti. §. 1. & 2. Et vide gl. ſingularẽ in l. hęres a debitore. §. qđ ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſor. quæ dicit, quod ciuiliter, & naturaliter liberatur. Quæ gloſ. per Bart. reprobatur in l. vbicunque reus. ff. de fideiuſſor. dicens, quod immo nulla tollitur obligatio. Patet, quia de bonis poſtea acquiſitis conueniri poteſt. vt l. is qui. & l. qui bonis. ff. de ceſsione bonorum. No. Cynus in l. 1. in §. quæſt. C. qui bon. ced. poſ. Concluſio eſt, quod in bonis antea acquiſitis liberatur, in futuris remanet obligatus, vtrinque ſuccedente pingui fortuna.

Ceſsio actionis præſumitur ſimulata, quando fit pro quantitate pecuniæ, vel re alia, quam cedens confitetur recepiſse, & non apparet de reali traditione, quo caſu licet confeſsio noceat confitenti, non nocet tertio, contra quem agitur ex ceſſione. No. Bar. qui dicit, ita ſe pluries conſuluiſse in l. per diuerſas. C. mandati. quod eſt verum, ſecundum Nic. de Mattarel. & Bald. quandocunque pretium fuit minus iuſtum alias ſecus, vt no. per eos in d. l. per diuerſas. C. mandati. Fatetur tñ, quod ſi pretium fuit pro parte donatũ, tũc in præiudicium tertij non valet, nec pro parte donata, nec pro parte confeſsata, ſi non apparet de ſolutione aliter quam per confeſsionem. vt no. ipſe in l. 2. C. ne liceat potent.

Ceſsio præſumitur ſimulata, ſi eſt facta pro minori pretio, quã res valeat, vnde non valet, niſi pro pretio, quod eſt datum, & idem quando pro parte venditur, & pro parte donatur, tũc nec valet pro parte donata, ſed dumtaxat pro parte qua pretium datum eſt. Sed ſi in totum fiat ceſsio ex cauſa donationis valet, niſi fiat potentiori, vt no. Innoc. Io. And. & do. Anton. in cap. ex parte. de alien. iudic. mutan. cauſa facta. & idem tenet Bartol. & Bald. in dicta l. per diuerſas.

Ceterum hæc dictio eſt coniunctio copulatiua orationum, non dictionum, quæ tamen ponitur aduerſatiue, no. Dom. Anton.

Digitized by Google

Anton. de cohab. cleric. & mulier. c. veſtra. 2. columna. in principio.

Citatio prima debet fieri de perſona principali non de eius procuratore. Ideo ſi procurator citatus non comparet, non poteſt cõtra dominum procedi in vim citationis ad ea, quæ ſunt magni, & pleni præiudicij, ſed ad ea quæ ſunt leuis præiudicij, & ad primum decretum procedi poteſt, no. Bar. in l. quamuis. de dam. infec. & idem no. do. Ant. de dolo, & contu. c. cauſam. Vide inf. §. citari non oportet principalem.

Citatio prima debet fieri perſonalis non ad domum, ſi citatus poteſt reperiri. Quando autem dicatur non poſſe reperiri, vide D. Ant. in d. c. cauſam. Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infe. Hoſt. dicit, quod dicitur non reperiri, quando eſt extra prouinciam. Innoc. dicit, quando eſt extra ciuitatem, & hoc tenet vbi cauſa celeritatem deſideret, quia tũc ſufficit, quod eſt abſens a iudicio, vt poſſit citari ad domum, & prædicta refert. D. Ant. in d. c. cauſam.

Citatio ad domum ad ſententiam audiendam valet, ſi citatus fuit in cã perſonaliter apprehenſus, vel ſemel comparuit, & in iudicio ſiſtere promiſit. no. Rota concluſ. 96. Et in tit. de citatione per edictum, in concluſ. Item quod valet citatio.

Citatio ad domum non valet quantum ad teſtes recipiendos. Vide Rotam concluſ. 96. & in cle. 1. ſuper verbo perſonaliter. de iud. & plene diſputat Io. And. in rela. præſumitur, in Mercurialib. Et quando valeat citatio ad domum, & quando non, vide D. Ant. in c. cauſam. de dolo, & contuma. & in c. ſi. de eo, qui mitt. in poſſ. & Bar. in l. 4. §. prætor. de damno infecto. Et quando citatio fit ad domum, debet intelligi de domo, in qua habitat tempore citationis, licet alibi maiori parte anni habitauerit. No. Dom. Anton. in dicto c. cauſam.

Citare ſufficit clericum in loco beneficij in quo reſidere tenetur, & in eccleſia cathedrali, ſi perſonaliter non apprehendatur, quia eccleſia cathedralis ſuccedit loco domicilij. Not. Rota concluſ. 69. Alibi dicit, quod quando committitur citatio in partibus, niſi fiat diligentia in perquirendo perſonã citandam in loco domicilij, licet fiat citatio in loco beneficij, de quo agitur in eccleſia cathedrali non ſufficiat etiam ſi aliquis aſſerens ſe procuratorem citandi dicat, citandum fore abſentem, & petat, vt recipiat copiam citationis, niſi de ſuo mandato legitime conſtet. no. Rota cõcluſ. 342. & 224.

Citatio per edictum eſt exorbitans a iure communi ideo ſtricte debet intelligi in ſuis terminis, & formis a iure expreſſis. no. Rota concluſ. 361.

Citatus per edictũ habetur perinde, ac ſi perſonaliter citatus eſſet, ſi tamen non comparet, non dicitur verus contumax, ſed fictus. no. Rota concluſ. 349 prædicta intellige, quo ad proceſſum cauſæ, ſed quo ad excommunicationem non ſufficit citatio per edictum, niſi fiat in audientiam contradictarum. not. Rota concluſ. 361. ſeu in tit. de citat. per edictum concluſ. Item ſi de ſpeciali mandato Papę. poſt principium.

Citatio quando committitur fieri per edictum in curia, & extra, quamquam ipſa citatio legatur in audientia contradictarum, & affigatur in valuis palatii, & eccleſiæ maioris, vbi eſt curia non tamen hoc ſufficit, ſed oportet, quod etiam legatur, & publicetur in locis circũuicinis in partibus, in quibus mandatur citari, & affigatur valuis illorum locorum fori. Nec etiam ſufficit affixio copiæ, ſed oportet, quod affigatur ipſa litera generalis, & originalis citationis, quæ debet ſtare affixa per aliquas horas. not. Rota concluſ. 219. ſeu in tit. de citat. per edictum, concluſio. Item ſi conſtat de cauſa cum poteſt citare.

Citatio per edictum in curia poteſt fieri in valuis eccleſiæ maioris, die feriato, cum tunc non teneatur audientia contradictarum, quę diebus feriatis non tenetur, & tunc ſuccedat, & loco audientiæ prædictæ. No. Rota concluſ. 36 tit. de citatione per edictum. cõcluſ. Item ſi commutatur cauſa tempore feriarum.

Citatus ad videndum admitti articulos probandos in curia & extra, debet etiam citari in partibus, vbi fit remiſſio, quãdo teſtes ibi producuntur, & iurant, ut ſi pars citanda ibi non eſt, nec babeat domicilium citabitur per edictum, & requiretur procurator, & articuli. Not. Ruta concluſione decima.

Citatus ad videndum decerni remiſſionem ad partes pro iuribus extrahendis, & in publicam formam dandis, nihilominus citari debet in partibus, quando iura extrahentur. Not. Rota concluſ. 10.

Citatio per audientiam contradictarum, fit contra abſentem, facta prius fide de abſentia. no. Rota concluſ. 129.

Citatus ſpecialiter ad vnum actum, & generaliter ad reliquos actus, vſque ad ſententiam incluſiue poteſt contra eum ſine alia citatione procedi, vſque ad ſententiam, quod eſt verum quando iudicium eſt in loco remoto a diœceſi citati. Item ſecus quando agitur in loco remoto, & citatus comparuit ſemel per ſe, vel per procuratorem, quia tunc ad reliquos actus citari debet, ex quo præſens eſt ipſe, vel procurator eius, vt not. Ioann. Andr. in additio. Specul. in titulo de citatione. §. viſo. ver. Item licet addit. Domin. Anton. ſecundum Feder. de Senis. quod etiam ſi non comparuit ipſe arctat citatio generalis, niſi ad primum actum, qui inuitus poſt conteſtationem, vt no. D. Ant. de offic. deleg. c. conſuluit. in fin. infra §. proximo. & Rota in tit. de actore non comparente. in vlt. concluſ. in fin.

Citatus ad certum terminum, & ad certum actum, & generaliter ad procedendum in cauſa, vſque ad ſententiam incluſiue, ſi non comparet, poteſt contra eum, vt contumacem procedi, per audientiam contradictarum. Not. Rota concluſione 336. Et in tit. de citatione per edictum. concluſione. Item licet in prophanis cauſis, circa medium. & in titulo de actore non comparente. in vltima concluſione. in fine.

Citatio tamen, quæ tunc fit per audientiam eſt magis ex vrbanitate, quam ex neceſſitate, quando eſt ſpecialiter in commiſſione citatus quis ad totam cauſam, not. Rota concluſ. 336. & dicta citatio per audientiam contradictarum habet locum, etiam ſi actor in termino citationis primæ non comparuit, licet enim neutro comparente, fuerit circumductum edictum, quo ad actum in illo primo termino fiendum, tamen poteſt de nouo ad illum actum, & ad alios procedi, per audientiam actore poſtea comparente, not. Rota concluſione 336. quod procedit tam in citatione iuris, quam hominis. vt not. Rot. concluſione 336. & vide ſup. §. proximo.

Citatus in cauſa beneficiali, ſi non comparet poteſt contra eũ procedi per audientiam contradictarum, vſque ad ſententiam incluſiue, quod intellige ex iure competenti actore tẽpore obtentæ commiſſionis. Sed ſi vellet vti nouo iure quęſito poſt litem motam, vt quia lite pendente impetrauit gratiam in forma ſi neuter, tunc oportet, quod aduerſario dicta gratia intimetur, ſecus ſi procurator miſit, tamen ille habuerit inducias, ad dominum conſulendum. Not. Rota, concluſione 319.

Citatus ad curiam legitime, ſi non comparet poteſt contra eũ abſentem impetrari commiſſio, quod contra ipſum procedatur per audientiam ſola facti veritate inſpecta, & non ſeruatis terminis, nec eſt neceſſe, quod ſibi dicta commiſſio intimetur. no. Rota ſua concluſ. 3.

Citatio noua an requiratur aliter, quam per audientiam, quando appellãs, vel appellatus vult procedere in negotijs principalibus poſt deſertionem appellationis a grauamine. vide ſub verbo appellatio. §. appellatio extraiudicialis a grauamine.

Citari non poteſt per audientiam ad cauſam deſertionis ille, qui ad ſedem Apoſtolicam appellat, & cauſam appellationis committi non fecit. Not. Rota concluſ. 409. & ſi contra eum per audientiam procedatur proceſſus non valet. notat. Rota concluſ. 406.

Citatio per audientiam poteſt fieri ad inſtantiam actoris contra omnes quorum intereſt mortuo reo, & poſſeſſore. Not. Rota concluſ. 140. & ad inſtantiam rei, vt abſoluatur ab obſeruatione iudicij actore contumace ante litem conteſtatã. no. Rota concluſione 661.

Citari poteſt actor per audientiam, vſque ad diffinitiuam incluſiue, quando poſt decretam citationẽ in partibus contra reũ receſſit de curia, nullo modo dimiſſo procuratore, licet non cõſtet citationẽ in partib. contra reũ decretã fuiſſe exe-

quutam. Sufficit enim pro parte rei produci poſt decretam citationem ſufficiens procuratorium ad cauſam, ex quo præſumitur citatio exequuta, niſi procuratoriũ ſtatim poſt decretam citationem, & receſſum actoris fuiſſet productum, quo caſu debet iudex aliqualiter ſuperſedere, & aduentum actoris expectare. no. Rota concluſ. 366.

Citari non poteſt per audiẽtiam ille quem exequutor citationis ſpecialiter citauit, & perſonaliter comprehendit vigore generalis clauſulæ in decreto citationis appoſitæ de citando omnes ſua intereſſe præſentantes. not. Rota concluſione 409.

Citatione decreta contra aliquos legitime, licet nõ ſit exequuta in omnibus locis, in quibus mandatur, ſed in quibuſdam & tamen illi omnes, contra quos citatio ſit decreta, conſtituant procuratorem ad cauſam illam proſequendam, præſumitur habuiſſe certam notitiam citationis, in tãtum, quod contra omnes, tãquam legitime, & perſonaliter citatos procedi poteſt. No. Rota concluſ. 261. & 269.

Citatus legitime in partibus, ſi non cõpareat, licet habeat procuratorem in curia, cum mandato, quia mandatum nõ producit poteſt contra illum principalem procedi per audientiam. No. Rota concluſ. 164.

Citari poteſt per audiẽtiam appellationis, cuius appellatio reperitur auditori commiſſa etiam ad inſtantiam non habentis mandatum, quia auditor etiam ſine commiſſione habeat iuriſdictionem habitu. No. Rota concluſ. 4110. Secus igitur ſi fuiſſet commiſſa non habenti iuriſdictionem ad inſtãtiam falſi procuratoris.

Citari poteſt per audientiam ad videndum ſe remittendum in excommunicationem, ille qui ab illa excõmunicatione fuerat male abſolutus. no. Rota concluſ. 361.

Citatio non põt fieri a iudice abſque partis petitione. Ideo in citationib. dicitur ad petitionem talis. In dubio tamen ſi apparet factam fuiſſe citationis commiſſionem, & relationem ſcriptã, præſumitur requiſitionẽ præceſſiſſe quia præſumitur ſolẽniter acta. no. d. An. de iud. c. 1. ver. no ſecundo practicã.

Citatio ſi apparet facta per nuncium, licet non appareat de cõmiſſione, præſumitur commiſſio præceſſiſſe, ſecundum Guil. Sed Bar. dicit contrarium, quia hæc eſt ſolennitas, quæ peruenit ad actum. No. d. Ant. de iud. c. 1. ver. examinemus. vide omnino ſub iſto verbo nuncius. §. nuncio referente.

Citatio facta per publicum nuncium valet, licet non ſit proprius iudicis. no. Rot. concluſ. 320.

Citatio poteſt committi Notario. Ipſe tamen non poteſt ſcribere relationem propriam, ſiue citationis, licet Spec. dixerit, quod eius ſcripturæ credatur. no. dom. Ant. de iud. c. 1. ver. examinemus.

Citationis actus ad executionis effectum an poſſit cõmitti parti per iudicem vide dom. Ant. de iud. c. 1. ver. no. tertio practicam, dic quod poteſt committi. Sed aduerſarius non arctatur credere citanti, niſi habeat literas publicas iudicis. Aduerte tamen, quod parti aſſerenti ſe citaſſe non creditur aduerſa parte negante, niſi aliter probet, quia non debet eſſe teſtis in cauſa propria. No. d. An. in c. 1. ver. examinemus. de iudicijs. Bar. etiam dicit, quod quilibet poteſt conſtitui nuncius in cauſa propria, vt ipſe no. in l. 1. ff de ſeruis fugit. & in l. cum qui. §. ſi epiſtola. ff. de fur. & in l. iuſte poſſidet. de acquit. poſſ.

Citatio licet regulariter non poſſit fieri per partem abſque ſpeciali licentia iudicis hoc tamen fallit in debitore fugiente quem poteſt creditor auctoritate propria citare realiter per captionem non verbaliter ad præueniendum iuriſdictionẽ, quia citatio in præueniendo præſumitur legitima. Item fallit in reperto in fragranti crimine. Immo & in quolibet delinquente, qui poteſt capi a quolibet, vt ducatur ad iudicẽ. Fallit etiam in citatione appellationis extraiudicialis, quã poteſt quis propria auctoritate facere, in cauſa. no. Do. Ant. in d. ver. examinamus.

Citatus præſumitur oĩs ille, qui in iudicio ſe præſentat, q̃ eſt verũ in habitãte extra iudicij locũ, ſecus in eo, qui eſt in ciuitate in qua iudiciũ agitur prædicta vera mõ, quo perſonaliter cõparet. Sed ſi nũciũ mittit iudici præſumitur citatus. vt no. Rota concl. 396. & idem tenet Archid. 82. di c. propoſuiſti.

Citati præſumuntur teſtes, eo ipſo quod comparent, & ſe præſentant ad teſtificandum ſecundum Dominos de Rota, vt no. dom. Anto. de iudicijs. c. 1. ver. ſecundo opp. quod dicit Rota eſſe verum præſertim, quando teſtis iurauit in præſentia aduerſarij, nihil opponentis, vt no. Rota concluſ. 396.

Citatio adeo eſt neceſſaria, quod ſi cauſaliter q̃s in iudicio ſit inuentus non compellitur reſpondere, ad id pro quo fuit citatus. no. D. Ant. de iud. c. 1. ver. no. quarto, tu diſtingue tantum. vt no. inf. in §. citati non debet.

Citari non oportet illum, qui præſens eſt. no. Bar. in l. 1. ff. de in ius voc. Ideo valet electio proceſſus & ſententia, & omnis actus factus præſente illo, qui citandus erat, licet citatus nõ fuerit. no. Ioan. And. in c. fin. de iudic. lib. 6. alias in nouella, ſed quo ad ſententiam intellige de præſente, qui non contradicit, licet ad omne dubium tollendum cautius eſſet citare partes, licet præſentes peremptorie ad ſentẽtiam audiendam, vt no. Io. And. in addi. Specul. in tit. de prola. ſent. ver. & no. in fine. Sed dom. Ant. dicit, valet demum proceſſus factus contra præſentem, & tacentem, quãdo fuit a iudice certioratus, alias non dicitur præſens, & in dubio ſecundum Bar. non præſumitur certioratus, niſi pro eo eſſet lata ſententia, ſi autem præſens non tacet, ſed contradicit, tunc dic, vt in §. qui proxime ſequitur no. Dom. Ant. de iud. c. 1. ver. oppono ſecundo.

Citari non debet præſens in iudicio, qui contradicit, ſed ſi nõ contradicit, aduerte, aut interrogatus dixit ſe nolle reſpondere, aut non fuit de hoc interrogatus, vel ſi fuit, reſpondit ſe velle reſpõdere, & tunc ſi fuit alias in iudicio pro illa cauſa, & potuit eſſe deliberatus cogitur reſpondere iudice cum monente. Sed tamen eo non monito præſens ſtaret, & non recederet, valeret quod agitur, ſi tamen nunquam plus fuit in iudicio, & non apparet citatus non compellitur reſpondere ſit tamen cautus in imaginando ſi præſentat defectum citationis, non excuſatur, quia ſufficit, quod ſit præſens, ſed ſi prætendit defectum in deliberatione, auditur, & non cõpellitur r̃ndere, cõpellitur aũt accipere, quia non eſt de actis, cũ & ante citationẽ porrigantur, & prædicta procedũt vbi non eſt veriſimiliter deliberatũ, alias cõpellitur r̃ndere tã in criminali, q̃ in ciuili. no. D. Ant. de iud. c. 1. ver. oppo. ſecundo.

Citatio incerta & vaga, & nimis generalis non valet, puta ſi quis citatur ad audiendum volũtatem iudicis ſuper cauſa. Not. Rota concluſ. 339. ſeu in titul. de ſenten. different. 2. concluſ. in princip.

Citatio valet ſine die, quia dies intelligitur, quã citius poteris. de app. & ibi no. D. Ant. in quarto notab.

Citatus ad audiendum ferri ſententiam tali die, vel poſtea, quandoque placuerit non debet illicentiatus finita die recedere, vel niſi pars citans non comparuerit. Alioquin, vt contumax, puniri poterit, debet ergo die ſequenti comparere, vel licentiam petere, ſecundum Guil. de Suza. not. domin. Anton. de iud. c. 1. ver. oppo. tertio.

Citatus ad certum terminum comparens non debet illicentiatus recedere, ante terminum expletum. Nec etiam poſt, licet citatus non comparuerit, nec ſufficit accuſare contumaciam citantis, ſed debet etiam in die ſequenti comparere, niſi in primo termino fuerit licentiatus a iudice, alioquin condemnabitur in expenſis aduerſario poſtea comparente, quia duo ſunt præcepta vt compareat ad diem, licet huic contradicat Bartol. quando citatus in primo termino non comparuit. no. Dom. Anton. in dicto c. 1. de iudic. ver. oppono tertio.

Citatus comparens ſi reperiat iudicem abeſſe a iudicij loco poteſt finita hora citationis propria authoritate recedere. Cũ non ſit licentiatus, ideo licentiatur a iure. Si autem iudex præſens eſt, ſed infirmus taliter, quod ad actum pro quo, quis citatus eſt, non valet intendere, tũc debet petere, quod eum licentiet, vel diem proroget, & ſi tanta ſit infirmitas, quod ijs non habet intendere, tunc elapſo termino intelligitur licentiatus a iure. Not. dom. Anton. in dicto c. & ver. oppono tertio.

Citatio adeo eſt neceſſaria, quod licet quis ſit contumax tamẽ actus geſtus, contra contumacem alia die, vel hora, ad quam ſpecialiter citatus eſt, non valet. not. Dom. Anton. in dicto c. 1.

c.1.ver.oppono tertio.in fin.hoc intellige,niſi iudex prorogauerit diem in terminum immediate ſequentem,vel ad vlteriorem prorogari conſuetum,vel etiam prima citatio fiat, & generalis ad totam cauſam, vt no.Dom.Anton. de dolo, & contumac.c.dilecti.ver.oppono quod citans.prędicta intellige,vbi reus eſt contumax. Vbi autem actor non comparet citatio circumducitur. Vnde nec in diem ſequẽtem, nec in alia poteſt actus fieri,ſine noua partis citatione,vt no.Io. And.& Dom.Ant.in dicto c.conſuluit.ſuper a.gloſ. de off. deleg.& præſumitur iudicem terminum prorogaſſe eo ipſo, quod in diem ſequentem diſtulit actum facere,vt no.Bal.in l.& poſt edictum.in prin. ff.de iud.ſed cõtrarium ſentit do. Ant.in d.c.cum dilecti.

Citatus ad videndum iurare teſtes ad diem certam , non iuridicam, ſi teſtes iurant in die ſequenti ſine noua partis vocatione,non valet. Not. Rota concluſione 16.vide ſupra §. proximo.

Citatus ad certum terminum,qua die,& hora diei debeat comparere. vide ſub verbo terminum . §. 1. & §. terminus ſi eſt aſſignatus.

Citatus perſonaliter ex quacunque cauſa debet perſonaliter comparere,nec ſufficit procuratorem mittere. not.Rota concluſ.262.vide inf.duos §.proximos ſequentes .

Citatio perſonalis,hoc eſt, quod quis debeat perſonaliter cõparere nõ arctat ſenes,qui ſunt adeo in valetudinarij, & debiles,quod non valent equitare,& tales excuſantur,etiam a veniendo ad iudicium cauſa teſtimonij perhibendi. Sed debet ad eos mitti.no. Rota concluſ. 216.vide inf.§.proximo. Et idem Rota tit.de cit.per edictum.concluſ. Item quod ſenex octuagenarius.

Citatus vt perſonaliter compareat,excuſatur propter guertas, & inimicitias capitales pręſertim ſi detur,& probetur,quod talis citatus cum literis ſalui conductus principis illius patriæ poſſet venire & obtinere,ſicut alias fecerunt. not.Rota concluſ.303.vide ſup.§.prox.& inf.§.citatus, vt perſonaliter.Idem no concl.Item licet guerra tit.de cit.per edictum.

Citatio quando fit per iudicem delegatum,debet habere inſertum tenorem citationis,ſi fit per literas,ſecus ſi per nunciũ. no.Rota concluſ.320.ſed Dom.Anto. in c.præterea. de dilat.in prima oppoſ.tenet,quod etiam,quando citatio fit per literas,non requiritur , quod tenor delegationis inſeratur , ſed ſufficit , quod iudex narret ſe delegatum, vt citatus compareat allegaturus priuilegium ſuum.

Citatus per vnum ex pluribus iudicibus delegatis datis in ſolidum, vt compareat coram eo,vel collega ſuo,nõ tenetur cõparere coram collega ſuo qui non citauit. Et ſi per illum collegam fiat proceſſus contra eum, non valet . not. Rota concluſione 109.

Citatio non requiritur ad dicendum contra reſcriptum delegationis , ſed ſufficit , quod inſerto tenore reſcripti citetur pars,vt veniat reſpõſura de iure alteri parti,vt videtur. Specul.tenere in tit. de accuſ. §.iam de citatione. ver.ſed pone. & deciſio Rotæ concluſ.320.& Dom.Ant.in c.præterea.de dilat.& ratio eſt in promptu, quia licet in veritate iudex ſit, ſi non eſt de ſua iuriſdictione certus , vel de ea dubitet,non poteſt partem citare,nec in ea procedere. de off.dele. c.quoniam abbas .

Citare autem ad dicendum contra reſcriptum eſt in dubio reuocare ſuam iuriſdictionem , & ſic citando , vt dicat contra reſcriptum , in dubio reuocat iuriſdictionem,ſtylus autem curiæ,qui habet,quod in curia citetur pars ad dicendum cõtra commiſſionem nõ eſt ad finem , vt res de qua agitur fiat litigioſa, licet in citatione non exprimantur illa , de quibus in cle. 2.vt lite pen.& ita no. Rota concluſ. 26. Conclude,ꝙ tenor delegationis inſertus in citatione facit fidem,& ei credendum eſt ad finem,ꝙ teneatur citatus cõparere,niſi iudex citans ſit vilis perſona, vel in partib. valde remotis, vt not. D.Ant.de off.deleg.c.eum in iure peritus.

Citatio vltra duas dietas valet,ſi fit ad curiã, licet in reſcripto, ſine cõmiſſione,cuius vigore fit citatio non dicatur non obſtãte cõſtitutione cõſilij,de duob.cõſilijs,alias dictis &c.niſi citatus haberet ex ſpeciali priuilegio,quod vltra duas dietas citari non poſſit,quo caſu nõ valet citatio,ſi in reſcripto non fit mentio,de priuilegio. No.Io.And.de reſcript.c.nonnulli. ſuper verbo ad iudicium .

Citatio licet permittatur per reſcriptum vltra duas dietas , nõ obſtante conſtitutione conſilij,intelligitur taliter permiſſa, quod non excedat quatuor dietas, aliter poſſet quis in infinitum trahi,quod eſſet abſurdum.no.Io.And. de reſcript.c. nonnulli.ſuper verbo mentionem.

Citatio ſi eſt facta de illo , qui de neceſſitate citari non debet non tenetur citatus illum expectare.no.Franc.poſt alios.de elect.c.quapropter. §.illud. q.10.

Citatus ad aliquid coram iudice competente ad quem de iure citari non poteſt,tenetur comparere allegaturus defenſionem ſuam,aliter poteſt excõmunicari, tanquam contumax, melius tamen facit iudex, ſi ſe abſtineat . not. Rota concluſione 32.

Citatus an teneatur cõparere allegaturus priuilegium , & defenſionem,contra iuriſdictionem iudicis. Vide glo notabilem.in c.vehemens . de accuſ. in gloſ. fin. vide omnino Archid. 12.q.4.c. 2.in fin.Ioan.Andr. in regula ſcienti in ſolutione quæſtionis Mercurialis.& D.Anto. qui pleniſſime loquitur in c.præterea. de dilation.& per Bartolum , & Bald. in l. ſecunda . ff. ſi quis in ius voc. non ier. vide ſub verbo exempto.

Citatio in die feriata,dummodo fiat ad diem non feriatam decerni poteſt. Ratio eſt,quia tale decretum nõ eſt actus iudicialis,ſed poteſt fieri in domo,& parte nõ vocata, niſi quando decretum de citando fit cum cauſæ cognitione. Exequutio autẽ ipſius citationis non eſt dubiũ,quod poteſt fieri die feriata , quia fit per nuncium, non per iudicem . Not. Rota concluſione 392.

Citatio ad ſentẽtiam audiendã non valet, niſi ſit peremptoria, & expreſſe dicatur,quod perẽptorie citatur . No.Rota cõcl. 339.ſeu in tit.de cita.per edictũ concluſ.Itẽ licet in prophanis cauſis,& in tit.de ſen.differ.2.cõcl.circa fi. quod eſt verũ in prophanis, ſecus in beneficialibus.in quib.proceditur ſine figura iudicij,vt no. Rota concluſ.336. Sed in prophanis , in quibus non proceditur ſine figura iudicij requiritur ſolennitas peremptorij.no.D.Ant.de cohab.cler.& mulier.c.veſtra 41.col.in princ.

Citatio ad ſententiam cenſetur habere peremptorium expreſſum ,quando in ea ponitur communicatio , quod ſi citatus non comparuerit,iudex ad ſententiam procedet,ſecus ſi cõtinetur,quod procedet, pro vt iuſtum fuerit,vel prout de iure poterit ſecundum Bar.no.Rota concluſ. 236.

Citatio ſiue monitio quam facit epiſcopus in Synodo hẽt vim perẽptorij,& monitionis,ita ut ſine alia monitione contrafaciens etiam excõicationem incurrat.no.Ro.concluſ.429.

Citatio omiſſa in ſententia ferenda, licet regulariter reddat eã nullam, tamen hoc fallit in ſententia excommunicationis, vel cenſuræ.no.D.Ant.de cohab.cler.c.veſtra. 41.coll. ver. numquid autem omiſſa.

Citatio quando fit in genere de omnibus quorum intereſt, nõ eſt arctatoria,ſed monitoria,& quid operetur , vide Rotam concluſ.401.& vide inf.§.proximo.

Citare non poteſt exequutor citationis aliquem in ſpecie,qui non eſt in commiſſione ſibi facta ſpecialiter nominatus , licet in ea ſit clauſula generalis citandi poſſeſſores,vel omnes quorum intereſt.no.Rota concluſ.401.

Citandi ſunt Abbates,quãdo aliquis eligitur , vel recipitur in canonicum . Alioquin eis inſtantibus , non valet receptio. Not.Rota concluſ.426.

Citari debet quis ad productionem inſtrumentorum, ſicut ad productionem teſtium.tex.eſt.C.de fide inſt.l.iudices.alias inſtrumentum non probat , niſi ſaltem pars citata fuerit , ad dicendum contra inſtrumentum productum . not. Rota ſua concluſ.10.

Citari non debet quis ad taxationem fructuum,in quibus exiſtit condemnatus. no. Rota concluſione 320. vide ſub verbo iudex .

Citatio non requiritur ad condemnationem expenſarum ſecundum Cyn.quia de eis conſtat præſumptione ex actis in iudicio.no.D.Ant.de cohab.cle.c.veſtra.38.col.ver.ſecundum eſt principium.

Citari an debeat pars, quando iuramentum alteri parti relaxatur, vel ab alio abſoluitur, vide plene, quod not. Dom. Anton. in c. debitores de iureiurando. in ſecunda charta.

Citatio facta in curia per curſorem ad dicendum contra commiſſionem inducit litis pendentiam, quo ad poſtea attentata reuocanda, licet non exprimantur in citatione, ea de quibus in clement. 2. vt lite pendente. not. Rota concluſione 269.

Citari an debeant partes, quando arbiter, vel arbitrator procedit, vide ſub verbo arbitrator non tenetur.

Citari an debeat prior, quando per abbatem a quo prioratus dependet onus imponitur prioratui. Vide ſub verbo abbas in princ.

Citari an ſufficiat procurator, ſi dominus eſt præſens. Vide do. Ant. de dolo, & contumacia. c. cauſam.

Citari non oportet principalem, qui dimiſit procuratorem, licet in loco aduerſarij defuncti alter tertius ſubrogetur. Sufficit enim citari dictum procuratorem, ad dicendum contra commiſſionem prædictam. Not. Rota concluſ. 421.

Citatio ad locum notorie non tutum non valet, an autem notorietas ſufficiat, abſque eo, quod excipiatur de loco non tuto. Vide Dom. Anton. de cohabi. cler. & mulier. c. veſtra. 38. coll. ver. ſeruādum eſt principium. Et vide gl. pen. in clem. appellanti. de appell. Adde, quod ſi locus non eſt tutus ratione delicti ipſius citati tenetur citatus comparere, alias delictum permaneret impunitum. vt no. Bald. C. de epiſcopis, & cleric. l. omnes. vltima col. & ita debent limitari iura dicentia, quod citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere.

Citatus ad locum non ſibi tutum, ſi tamen eſt tutus ſuo procuratori, ſufficit quando quis arctatur, & arctari poteſt, ad comparendum per procuratorem. no. Do. Ant. de reſtitu. ſpol. c. cum olim. in ſecundo not. Sed vide plenius per eundem in c. ex parte. il 1. de app.

Citatus facit deſinere rem eſſe integram quantum ad iuriſdictionem, & ad iuriſdictionis exercitium. no. D. Anton. de iudi. c. quia. V. ver. venin. ad ſextum.

Citari an debeat ille, qui eſt contumax. vide §. ſequentem. & vide ſub verb. contumax non multari.

Citatus ſi eſt perſonaliter apprehēſus, & citanti reſpondeat ſe venturum, vel nihil reſpondeat, & non compareat, vel malitioſe procurat, ne citatio ad eum perueniat, non eſt vlterius. nec ad teſtium receptionem, nec ad ſententiam citandus ſecundum Inn. quod eſt notab. Not. Rota concl. 336. & in tit. de citat. per edictum, concluſ. Item licet in prophanis cauſis. in fine.

Citatio ſicut non requiritur in ſententia iuris, vbi pœna ipſo iure infligitur, ita etiam non exigitur in ſententia pœnæ, iure inferentis, ſeu declarantis, quod intellige quo ad promulgationem ſententiæ, ſed ſi valet ad exequutionem procedendi. & negetur factum ex quo pœna a iure infligitur, tunc ad ſententiam declarationis ipſius facti exigi partem citari. No. Ant. de app. c. reprehenſibilis, & io. And. ibidem. infra di tum tenet. No. Rota concluſ. 91. vbi dicit partem citandā eſſe, quādo petitur declarari eam incidiſſe in cauſam excommunicationis latæ ſententiæ, & vide duos. §. prox. ſequentes citatio. ſub ver. declaratoria.

Citatio non requiritur ad ſententiam ſuper notorio factā quę eſt mere declaratoria ſententiæ a iure lata. An autē in proceſſu præcedente ſententiam ſit pars citanda. Vide Domin. Ant. de cohab. cle. & mul. c. veſtra. 60. col. Et generaliter, an in notorio ſit neceſſaria citatio. vide ſub verb. notorium an excuſet a citatione.

Citatio non requiritur ad ſententiam, quæ defertur ſuper notorio non ad finem condemnari, ſed declarari aliquem actum iniuſtum, vt ſtatutum notorium eſt in ciuitate contra libertatem eccleſiæ, vel contra ius diuinum, poteſt iudex eccl. ſimpliciter nullum dicere citata. no. Dom. Anto. in d. c. veſtra. 10. col. de cohab. cler. & mulier.

Citatio non requiritur, quando exequutor gratiæ Apoſtolicæ ſecundum tenorem gratiæ per omnes conformatur de vita, moribus & conuerſatione, ac ſcientia, & cantu impetrantis. No. Rota concluſ. 404.

Citatio non requiritur, quando exequutor gratiæ apoſtolicæ, ſeu iudex recipit teſtes ſuper fama, ſuper notorio, vel ſuper legitimatione primæ. no. domin. Ant. in dicto c. veſtra. 48. collat.

Citatio non requiritur, quando iudex ad informationem ſui procedit, vt ben. no. dom. Anto. in dicto c. veſtra. 48. collat. in prin. de cohab. cler. & mul. per eundem, & Innoc. de præſumpt. c. fin. & per Ioann. And. in cle. 1. de off. deleg.

Citatio rectoris eccleſiæ non requiritur, quo eccleſia ſua alteri vniatur eccleſiæ, tex. in clem. ſi vna. de reb. eccl. non alie. ſecus ſi ipſa eccleſia, ſeu bona eius diſmembrantur. No. Ioan. And. in clem. prædicta gl. ſuper verbo defenſor. & idem tenet Rota concluſ. 229.

Citatio non requiritur, ad videndum articulos admitti ſi fuerit pars citata ad dicendum contra, & dixit contra, quia nō intereſt a modo partis, ex quo exceptiones ſuas declarat, ſed appellari poteſt, quia iudex exceptiones ſuas repellit. No. Rota concluſ. 90.

Citari non oportet ad actum, niſi illum, qui ex actu lædi poſſet, & qui ſi præſens eſſet, contradicere poſſet, & vtrumque copulatiue requiritur. ff. de adopt. l. nam ita Diuus. & de ven. inſpi. l. 1. §. denunciari.

Citari non oportet vi len. ad declarationem iuramenti, quod aduerſario ſuo defertur in eius odiū, quia de iuris neceſſitate defertur, ſecus in alijs iuramentis. Not. Rota concluſione 289.

Citatio non requiritur ad appellationem interponendam, nec ad Apoſtolos dandos, quia ſunt actus extraiudiciales. Not. Rota concluſ. 321.

Citatio non requiritur, quando priuilegium, vel diſpēſatio exceditur. no. D. Ant. de confir. vtil. vel inutil. c. cum dilecta. & de fil. presbyter. c. veniens. 3. col. & c. fin. Idem quando priuilegium conceſſum innouatur in curia. Secus ſi extra curiā ex ſpeciali commiſſione fiat innouatio ſecundum Hoſtien. vt no. dom. Ant. in dicto c. cum dilecta. Sed gloſ. in l. Diuus. ff. de adopt. dicit, partem citandam, quando reſcriptum impetretur, ex quo alter lædi poteſt, & idem ſentit. Bartol. ibidem.

Citatio an vitietur, ſi exequutor citationis errauit in nomine citari, vide ſub verbo error in nomine.

Citatio non requiritur ad interlocutoriam proferendam, & videtur talis interlocutoria licet ſit iniuſta ſecundum Innoc. Et no. Rot. concluſione 90. niſi ab illa interlocutoria fuerit appellatum ſecundum Innoc. Et primum demum procedit in interlocutoria non habente vim diffinitiuæ. Secus, ſi vim diffinitiuæ habeat, vt quia decidit articulum, de quo principaliter agitur. No. Rota concluſ. 406. Item ſecus ſi interlocutoria contineat aliquid dare, vel fieri, vel ex ea poſſit pars lædi. vt no. Bar. in l. ſi quicquam. §. vbi decretum. in prin. ff. de off. procons. & lega. Sed dom. Anto. tenet, quod in omni interlocutoria requiratur citatio partis, vt ipſe no. de procurat. c. auditis. ver. oppo. ſecundo.

Citatio partis, ſicut non requiritur ad validitatem ſententiæ excommunicationis, vt no. dom. Ant. de cohabit. cler. & mulierum. c. veſtra. 40. col. ver. numquid autem omiſſa. Ita nec requiritur citatio ad ſententiam abſolutoriam ab excommunicatione, quod eſt verum, ſi excommunicatio fuit facta ex officio iudicis, ſecus ſi ad inſtantiam partis. No. gl. 11. q. 3. c. excommunicator. licet autem pars ſit vocanda hoc vltimo caſu, ſi tamen non vocetur, abſolutio tenet. Not. Io. And. de app. c. qua fronte. Et idem tenet ibidem D. Anton. in ver. quæro an. licet Inn. aliter dicat de off. deleg. c. prudentiam. §. ſextum. ſuper verbo malitiam. Sed Rota dicit, quod ſententia excommunicationis lata, vt non ſeruato iuris ordine valeat mero iure, & no. Rota cōcl. 362. de ſeruato, quod intelligit Rota præmiſſis tribus citationibus, & ſic ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa, & ſine iuris ordine valet, ita & ſententia abſolutoria ab excommunicatione, quia pari paſſu ambulant. no. Rota concluſ. 282. An autem ſit neceſſaria monitio, vt excōmunicatio valeat, & iuſta ſit, dicendum, quod excommunicatio non poteſt iuſte fieri, niſi præcedat monitio, quod eſt verum, quando profertur a iudice, ſecus ſi a parte, vt no. Innoc. de cenſib. c. venerabilis. &

Dom.

Digitized by Google

Dom. Anton. de ſenten. excommunic. c. ſacro. & debet eſſe trina monitio, per tex. de app. c. cum ſpeciali. in princ. & de ſen. excomm. c. contingit. & c. ſacro. Fallit, quãdo epiſcopus monet, omiſſa forma monitionis quo ad pœnam iuſtam etiam excommunicationis, no. Rota cõcluſ. 429. Item fallit, quando excommunicatio imponitur non pro contumacia, ſed pro delicto, quo caſu nulla requiritur monitio, vt not. Dom. Ant. in c. 1. de exceſs. prælat. quod dicit Io. Andr. verum, quando excommunicatio fit pro crimine notorio, ita vt ipſe in c. 1. de off. deleg. lib. 6. in nouella. ſuper verbo violentis, licet ſentiat contrarium in dicto c. ſacro. Item fallit, quãdo excommunicatio imponitur a canone, ipſo iure, tex. de app. c. reprehenſibilis. Item quando fit ad defenſionem excommunicationis propter bona & per vim oblata. vt no. Io. And. de ſen. excom. c. dilecto. lib. 6. ſuper verbo defendere in nouella. Item quando pro futuris delictis. not. Ioann. And. de ſent. exc. c. in præſentia. Sed Rota dicit, quod non debet aliquis excommunicari, niſi ſit perſonaliter monitus, vel apprehenſus, & niſi in fraudem abundet, vel niſi impediat, quod non poſſit ad eum citatio peruenire, vel niſi notitia citationis, quæ ad eum prouenit, conſtituat verum contumacem. No. Rota cõcluſ. 262. & in tit. de citat. per edictum. concluſ. Item ſi de ſpeciali mentione dicatur, num Papæ, & in vltima concluſione eod. tit. ad fin. Alibi dicit Rota, quod licet nullus perſonaliter monitus, & citatus in audientia cõtradictarum ſufficit, ſecus ſi in alio loco per edictum citetur. No. Rota concluſ. 391. Alibi dicit, quod debeat præcedere legitima citatio, vt in eius contumacia poſſit procedi, per audientiam cõtradictarum, ad excommunicationem. No. Rota concluſ. 380. Tu autem conclude, quod licet requiratur monitio, & citatio, vt excommunicatio ſit iuſta, non tamen non ſit valida. Immo, abſque monitione, & citatione valet ſententia excommunicationis, licet iniuſta ſit vt no. gloſ. de app. c. reprehenſibilis. & de ſen. excommu. c. Romana. §. ſed nec in ſpecie. lib. 6. in c. 1. vt lite non conte. in gloſ. fi. in fine. & Innoc. etiam in cle. exiuit. de verbor. ſignific. Illud etiam Feder. de Senis conſil. 11. & An. in c. fi. de præbendis. & in dicto c. noſtra. & idem ſentit deciſio Rotę concl. 362. quod limita in ſententia quæ fertur ab ordinario. Sed ſi a delegato, tunc ſi eſt iniuſta eſt nulla. Ro. concluſ. 36. Item ſi fertur ab ordinario contra priuilegium Papæ. vt not. Innoc. de exceſſ. prælat. c. ad quorundam. Item ſi fertur ex eo, quod quis excommunicato participat. vt in c. ſtatuimus. de ſen. excom. lib. 6. & c. conſtitutionem. eod. titu. & libro. Adde, quod ad ſententiam excommunicationis, quo ad inſtantiam non requirit citationem quando fertur contra contumacem, ſicut nec requiritur in ſententia condemnationis expen. vt not. Dom. Anton. de iudic. c. 1. ver. opp. quarto. Item vbi apparet de contumacia nulla monitio eſt neceſſaria. Not. Innoc. & Ioan. And. de cẽſ. c. venerabili. & in dicto c. 1. vel pro defenſione ſuarum rerum. in dicto c. dilecto. quod loquitur etiam de ſententia interdicti, & in caſu illius capituli cum requiratur monitio, vt ibi no. Io. And. in nouella.

Citari debet quis, cum petitur declarari eum incidiſſe in canonem latæ ſententiæ, iudex hoc tamen ſummarie cognoſcet. not. Rota concluſ. 92. vide omnino §. citatio ſicut non requiritur in ſententia.

Citatio requiritur ad abſolutoriam ferendam, ab obſeruatione iudicii, quæ fertur contra contumacem, ſed ad circumductionem edicti non eſt neceſſaria citatio, quia eſt leuis, vel nullius præiudicij, vt no. Dom. Anto. de iudic. c. primo. ver. oppono tertio.

Citatio an ſit neceſſaria ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, quod fit contra contumacem, vide ſub verbo contumax non poteſt mulctari.

Citatio non eſt neceſſaria, quãdo fit aliqua declaratio. vide ſub verbo declaratio. in princ. & ſup. §. citari debet quis. quando. & §. citatio. ſicut nec requiritur in ſententia.

Citatio non valet, quando fit ſimul cum monitione per illum, cui mandatur, vt Titium moneat, quod infra 15. dies beneficium amittat, alias citet eum ad curiam. no. Spec. de citat. §. verum poteſt Papa. & Pe. Mo. de off. dele. c. cum plures. lib. 6. ad finem.

Citatio licet ſit executiua, ſi tamen de exequutione non eſt iudici per nuncium relatio facta, non poteſt iudex contra ſic citatum procedere ad aliquem actum, tanquam contra contumacem, & licet poſt actum fiat relatio actus, non cõualeſcit. No. Bar. ex qui. cau. in poſ. ea. l. hæc autem. §. 1. & de condit. & demonſt. l. multum. & no. Innoc. de off. deleg. c. cum contingat. & Bal. C. quomodo, & quãdo iudex. l. conſentaneũ. penul. col. in fi. niſi periculum eſſet in mora, expectando relationem, vel niſi iudex ex aliqua præſumptione crediciſſet partem citatam, licet nuncius nondum retuliſſet. No. Bald. in l. falſus. & de furt.

Citatio generalis ad totam cauſam operatur, quod eo non cõparente poteſt procedi, vſque ad ſententiam incluſiue, ſine alia citatione, ſed ſi ſemel comparet, oportet eum poſtea citari ad aliquos actus. Et prædicta vera quando lis agitur in longinquo loco a domicilio, vbi difficile eſt eum ad quemlibet actum citare. Vbi autem lis agitur in domicilio rei, tunc generalis citatio non ſufficit ad producendum contra reum abſentem vltra primum actum, vt no. Ioann. And. in addit. Spec. in tit. de citatione. §. viſo. ver. item licet in dic. & dom. Ant. in c. conſuluit. de off. deleg.

Citatus vt perſonaliter compareat nõ tenetur perſonaliter cõparere in certis caſibus expreſſis de iure, de quibus habetur in l. fin. ff. de procurat. & in c. 1. de iudic. lib. 6. vel niſi taliter citatio fiat de ſpeciali mandato Papæ, vt in c. fi. de maior. & obed. & in illis caſibus, in quibus tenetur comparere excuſatur mittendo procuratorem, qui habet iuſtum impedimẽtum, quia perſonaliter venire non poteſt, puta infirmitas, dumtamen non ſit quartana, vt ſup. gloſ. de procur. c. querelam, vel metus inimicorum, vt no. gl. 18. di. c. peruenit. ſunt & alia plura impedimenta iuſta per eandem glo. & Archid. ſuper ea ſpecificata, quæ ibi vide ſup. §. citatus vt perſonaliter.

Citari an debeat iudex, qui in cauſa procedit, vt veniat ad defendendum eius proceſſum a quo eſt appellatum, vide ſub verbo iudex. Non eſt citandus.

Citatio facta per literas non arctat, niſi citato detur copia ipſarum, ſi illas petat. vt not. Spec. in tit. de citat. §. iam de citatione. ver. hoc autem facto. qui ad hoc allegat. de proba. c. quoniam contra. & c. fi. ſed melius facit tex. quem ipſe non vidit in cle. c. cauſam. de elect. in fin.

Ciuilis cauſa eſt, cuius finis eſt commodum partis, & intereſſe priuatum. Criminalis autem eſt cuius finis eſt intereſſe publicum, & vindicta publica eſt, quæ principaliter de vtroque. Et ideo cauſa finalis ex qua non agitur ad vindictam, ſed ad intereſſe fiſci, dicitur ciuilis. Not. D. Ant. ſuper rubrica de iud. Ciuilis cauſa, & non criminalis dicitur, quando agitur ad priuationem beneficij propter crimẽ, quia talis priuatio non eſt directa pœna criminis, quod patet, quia etiam non habenti beneficium poteſt pœna criminis imponi. Alias ſequeretur, quod carentes beneficijs poſſent impune delinquere. Not. Rota concluſ. 403. Ex his infertur, quod agens ad priuationem beneficij propter crimen, non tenetur ſe inſcribere, quia inſcriptio non habet locum, quando agitur ciuiliter, vt c. tuæ. de procur. ſed hoc caſu quando ad priuationem beneficij agitur, videtur inſcriptio neceſſaria, vt not. Dom. Ant. in c. ſuper his. de accuſ. quarta colum. in fine. & ibi tex. quod non tenetur ſe inſcribere ad pœnam Talionis. Sed ad aliam pœnam extraordinariam arbitrio iudicis, ſiue crimen deducatur excipiendo, vt in d. c. tuæ. in glo. penult. & quod hæc cauſa ſit ciuilis. no. glo. de teſti. c. ex parte Adæ. & eſt tex. in c. per tuas. de ſimo.

Ciuilis cauſa grauis æquiparatur criminali ſecundum Butr. & Bar. & no. dom. Ant. in c. fin. de iureiur. quæ autem dicatur grauis. no. per gloſ. & Doct. in c. querelam. de procur.

Ciuilis cauſa differt a ſpirituali, & ſunt ſpecies ſeparatę. vt not. glo. 11. q. 2. in ſumma. licet gloſ. in clem. 1. de off. delega. ſuper verbo ciuili, dicere videtur, quod ſub ciuili comprehendatur ſpiritualis. poſſet tamen gl. illa allegari ad contrariũ. quod non comprehendatur ex vi vocabuli, ſed per extenſionem ad identitatem rationis, vt diſpoſitum in ciuili, habeat locum in ſpirituali, quando eſt eadem ratio.

Ciuitatis appellatione, & ſimiliter appellatione caſtri, vel

villæ

villæ non continentur ſuburbia, nec continentur ædificia. Fallit quando talia loca ſubijciuntur eccleſiaſtico edicto. tex.eſt de ſententia exc.c.ſi ciuitas.lib.6.

Clauſula generalis non obſtantibus iuribus, & ſtatutis in contrarium, quæ poni conſueuit in gratijs Apoſtolicis,nõ operatur, quod Papa videatur in dubio diſpenſare contra ius commune. Quid autem operetur dicta clauſula, non tollit ſtatuta iurata, vel per ſedem apoſtolicam confirmata, niſi hoc exprimatur,vt no.Ioan.And.de fil.presbyt.in nouella. ſuper gloſs. quia.& vide ſub verbo.ſi ſtatutum. §. iudex, & ſub verbo receptum.

Clauſula derogatoria ſpecialis an intelligatur in clauſula in qualibet diſpoſitione iurata, ita quod iuramentum habeat vim ſpecialis clauſulæ,vide ſub verbo iuramentum non habet, & an idem ſit in diſpoſitione, proprio motu facta, ita quod motus proprius habeat vim ſpecialis clauſulæ, vide ſub verbo motus.

Conſortes litis qui dicantur, vide ſub verbo procurator ſine mandato admittitur cum cautione.

Conſtitutio vide ſub verbo lex.

Cõnſuetudo poteſt operari diſpenſationem licet non fuerit requiſitus commiſſarius eius,qui de iure requiri debeat. not. Dom.Anto. de iudic.c.at ſi clerici. de adulter.ver.venio ad declarationem.

Conſuetudo non valet ſuper eo,de quo nõ poteſt diſponi per legem no.Do.Ant.de iud.c.at ſi clerici.

Conſuetudo multum operatur circa ius patronatus transferendi.no.Rota concl.404.in princ.

Conſuetudo generalis,de qua multi Doctores atteſtantur nõ eſt approbanda,quaſi ſit notoria.vt no.in c.cum relatum.2. de teſti.

Cõnſuetudo tamen requirit tempus ad eam ducendam,quantum requirit præſcriptio,ad præſcribendum, & de hoc eſt nulla differentia inter conſuetudinem, & præſcriptionem, licet in alijs ſint multæ differentiæ, & ſi conſuetudo tangit priuatos,vel eorum bona,& non eſt contra ius,inducit ſpacium decem annorum,quia tanto tempore eorum bona prę ſcriberentur. Sed ſi tangit eccleſias,vel eorum bona,nõ inducitur minori ſpacio quadraginta annorum, quia tantum tempus requirit, vt præſcriptio rerum ſuarum ſecũdum Innoc.vt no.Rota concl.41.col.9.

Conſuetudo rationalis dicitur illa,quæ non eſt contra ius,habet enim aliam iuris approbationem ad quam inducẽdam requiritur ſpacium annorum quadraginta, ſecundum Inn. no. Rota concluſ. 84 t.5.col. Sed illa quæ eſt ſecundum ius præſcribitur decennio,vt no.Rota concluſ.33. vide infra §. conſuetudo rationalis valet.

Conſuetudo licet non ſit contra ius, tamen per eam detrahitur in toto,vel in parte iuri eccleſiaſtico,vel eccleſiæ pręſcriptio non inducitur minori ſpacio quadraginta annorũ. no. Rota concluſ.441.5.col. & 6.

Conſuetudo in eccleſia,in qua eſt certus numerus, vel diſtinctio præbendarum, videlicet maiores,& minores, ſed nõ eſt ibi certus numerus canonicorum per quẽ diſponitur, quod receptus in canonicum vltra numerum præbendarum,& carens pręben da non poſſit optare maiorem,ſed duntaxat minorem præbendam, valet, & tenet. not. Rota concluſione 222.

Conſuetudo per quam diſponitur, quod habens ſiue optans minorem præbendam in eccleſia,vbi ſunt maiores,& minores prębendę,poſſit poſtea iuxta ordinem ſui reſcripti optare maiorem cum vacabit, valet, & tenet. not. Rota concluſione 223.

Conſuetudo per quam diſponitur,quod habens minorem prębendam poſſit optare maiorem,cum vacabit,non operatur, quod habens maiorem poſſit optare minorem, quia de maiore ad minorem,non licet deſcendere. Sed de minore ad maiorem,licet aſcendere,ſecundum Ioan.Mon. ſed Ioann. And.contra,vt no.Rot.concluſ.223.

Conſuetudo optandi non poteſt introduci in eccleſia, in qua non eſt numerus canonicorum,nec diſtinctio præbendarũ, quia tunc prębenda vacare non poteſt.item alias idem,ſi in eccleſia eſt numerus canonicatuum, ſed non numerus, nec diſtinctio præbendarum, quia tunc præbenda vacare non poteſt correſpondens numero canonicatuum,& canonicorum. Sed ipſæ præbendæ non ſunt deſtructæ, & per officiales Capituli adminiſtrantur,& cuilibet canonico ſua æqualis portio fructuum datur, & iſtæ proprio vocabulo vocantur portiones,non præbendæ. Secus ſi Capitulũ per officiales nõ adminiſtrat,ſed per ſeipſum bona Capituli denudat ad tempus, & cuilibet canonicorum partem in præbenda aſſignat, & elapſo tempore reducuntur bona in communi, & fit noua eorum diuiſio.Tunc enim poteſt induci conſuetudo optandi partem in præbenda defuncto aſſignatam, & talis conſuetudo inducitur decennio, vt not. Rota concluſ. 414.in princ.

Conſuetudo optandi poteſt induci in eccleſia, in qua certus numerus canonicatuũ,& certus numerus,& diſtinctio præbendarum,quæ actualiter ſint diſtinctæ a dote,& fundatione alterius,quod quęlibet præbẽda ſit domina alterius. Sed dicta conſuetudo, nõ poteſt induci minori ſpacio annorum quadraginta,quia eſt contra ius ſcriptum, quod quis ſine facto ſuperioris acquirit canonicatus tit. in beneficio. Sed ſi pręben dæ nõ eſſent ab eorũ fundatione,nec debet eſſe quęlibet domina dotis ſuæ. Sed Capitulum ad tempus bona communia diuideret, & cuilibet canonico partem aſſignaret,item quod tempore elapſo bona reuertantur in communi,& fiat noua ipſorum diuiſio,tunc conſuetudo optandi tales præbendas per Capitulum aſſignatas induceret ſpacio ann.decem, quia non eſt contra ius,cum titulus non mutetur,& inter tales præbendas nõ ſunt tituli beneficiales, nec fit actualis diuiſio,ſed duntaxat fit pro ut in mera temporalitate conſiſtit.vt not.Rota concluſione 441.2.& 1.colum. Sed Domin. Anton. aliter loquitur, vt in §. qui ſtatim ſequitur.

Conſuetudo optandi inducitur decennio patiente, & conſentiente tacite epiſcopo,vt ſi in eccleſia cathedrali ſciente epiſcopo plures ſint optatæ præbẽdæ, quia quod poſſit expreſſe ſtatuere,poteſt ex lapſu decennij,tacite conſentire. Sed ſi fiat optio ignorante epiſcopo non induceretur conſuetudo valida, niſi ſpacio annorum quadraginta,ex quorum lapſu ſcia,& tacitus conſenſus ſuperioris pręſumitur, nec põt dici in primo caſu conſuetudinẽ decẽnio nõ induci, quia ſit cõtra ius ſcriptum, quod beneficium auctoritate propria ſine canonica inſtitutione quis obtineat, quia immo auctoritate ſuperioris ſcientis,& tacite conſentientis,& volentis,quod optio habeat vim collationis, quod poteſt ordinarius facere ex quo ad eum pertinet collatio, & ſic nulli præiudicium facit,nec eſt cõtra ius,ſed nouum feudum iuri epiſcopi addit, nec ius commune requirit, quod expreſſa collatio fiat

pro

Digitized by Google

pro forma, ſed ſufficit tacite fieri, & tacitus conſenſus vnius collationis hẽtur vt no. Feder. de hoc tacito conſenſu. in tracta. permut. q. 29. & Rota concluſ. 422. Et prædicta colligitur ex notatis, per Dom. Anton. de conſuet. c. fin. 26. fo. ver. conclude. Et in penul. col. vbi allegat Ioan. And. qui de præmiſſis loquitur in eod. c. in 3. membro ſuæ ſummæ. ver. ſub hoc membro. & in antepenult. & penultima q. eiuſdẽ membri, & in eadem antiqua auctoritate dimitrit & ſic non prima auctoritate antiquæ præbendæ renunciat, ſed auctoritate ſuperioris per ſtatutum conceſſa, & ſic non obſt. de renunciation. c. quod in dubijs. & in c. admoner. nec obſtat ſi dicatur, quod per hoc datur ius ad vacantia, contra conſilium dumtaxat prohibet, quando ex ſpeciali diſpoſitione hominis tale ius datur, non quando ex generali diſpoſitione legis ſiue ſtatuti, quia hoc nũ prohibitum eſt, vt no. idem Domin. Anton. de conſti. c. cum M. Ferrar. 26. colum. ver. venio ad tertium notabile. Sed Rota aliter dicit, vt ſup. c. proxime præced. §. & opinio Ro. eſt verior. nec expreſſum cõſenſum, nec per tacitum poteſt dare ius ad vacantia, vt in c. conſtitutus. & in c. fi. de conceſſ. præben. Sed opinio Dom. Ant. poteſt ſaluari in opinione, quæ in mera temporalitate cõſiſtit, de qua loquitur gl. quam allegat in c. fin. de conſuetu. lib. 6. in 3. gloſ.

Conſuetudo & ſtatutum optandi procedunt a pari, quia ſicut facultas optandi datur per conſuetudinem, ita & per ſtatutum, vt no. de conſuc. c. fin. lib. 6. in gl. 3. & fi. Et poteſt epiſcopus facere ſtatuta de optando. no. Dom. Anton. de conſuet. c. fi. lib. 6. 26 col. ver. conclude, quod indubitanter, credo verum, quando ſtatutum fit de optãdis beneficijs ad collationem epiſcopi ſpectantibus, ſecus putarem in alijs, ne facto epiſcopi ius aliorum lædatur. An valeat ſtatutum aliorum ſuper beneficijs optandis ad eorum collationem ſpectantibus, ſine auctoritate epiſcopi factum, & ſimiliter factũ in eccleſijs ipſorum inferiorum, an inducatur conſuetudo optandi, ex lapſu decennij, dubium eſt, quia licet nulli, niſi ſibi ipſis tales inferiores præiudicent, tamen videtur, quod ſine auctoritate epiſcopi, vel alterius ſuperioris ſui non poteſt facere tale ſtatutum, & conſequenter nec conſuetudinẽ inducit, immo & contra epiſcopum ſtatuentem facit, quod nedum ſibi, ſed etiam ſucceſſori in collatione præiudicat, niſi dicatur, quod poterit ſucceſſor ſtatutum reuocare, quod procederet quando ſolus epiſcopus ſtatuiſſet. Secus ſi in cõſenſu Capituli, quia tunc ſine conſenſu Capituli reuocare non poſſet. Cogitabis. nam per ſtatutum prædictum fit præiudicium Papæ, ad quem ſolum ſpectat dare ius, ac vacatura, & deciſio Rotæ melius ponderauit, quam Dom. Anton. per tex. c. conſtitutus. de conceſſ. præben. licet Ro. illum tex. non alleget.

Conſuetudo optandi nõ habet locum in beneficijs reſeruatis. Not. Rota concluſ. 14. nec in beneficijs, quæ permutantur. no. Feder. de Senis in tract. de permut. q. 24. etiam in conſil. 62. licet Lapus abbas aliter dixerit diſtinguẽdum in quadam diſputatione, & limitat dictum Federici in quadam permutatione facta primo mortuo, vel etiam ad inſtantiam partis, ſed in fauorem iuris priuati ipſorum permutantium.

Conſuetudo optandi, ſicut non poteſt fieri de beneficijs eius, qui in curia deceſſit, ita nec de groſſis fructibus quos idem defunctus obtinebat, etiam ſi ad Capitulum redirent. not. Rota concluſ. 284.

Conſuetudo optandi vigens in aliqua eccleſia tollitur ſiue verius differtur, quando Papa mandat in eadem eccleſia prouideri vacaturam ad primam vacationem, non obſtantibus conſuetudinibus illius eccleſiæ in contrarium quibuſcunque, quod qualiter intelligatur. Vide Rotam concluſione 228.

Cõſuetudo facit ſcripturam priuatam haberi pro publica. tex. de fid. inſtrum. c. dilectus. dat etiam iuriſdictionem alias nõ habenti, & facit illegitimum quia alius eſt illegitimus ad promotionem & e contra facit legitimam, quia alias eſt illegitimus non ad matrimonium, vt not. gl. in d. c. cum dilectus. & eſt tex. de arbi. c. dilecti. & vide ſub verbo ſcriptura. in princ.

Conſuetudo an poſſit dare poteſtatem litigandi non habenti. vide ſub verbo filius. §. filij legitimi.

Conſuetudo non valet, quod electus non confirmatus adminiſtret. not. gl. Compo. & Ioann. Monach. de conſuet. c. cum venerabilis. idem videtur velle Innoc. de elect. c. tranſmiſſam. & de conceſſ. præbend. c. propoſuit. vt ibi refert Io. An. ſed an præciſe, tenet, quod nõ valet. in d. c. cum venerabilis. idem tenet Arcbid. de præben. c. cum qui. lib. 6. & idem firmat ibi Ioan. And. in nouella. licet autem non valet conſuetudo, quod non confirmatus adminiſtret, valet tamen conſuetudo, quod inſtallatio, vel alius actus, poſt electionẽ habeat vim confirmationis. no. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de acti. & peti. §. ſuper petitionibus. Et ſi electus non confirmatus adminiſtrat efficitur illegitimus ad beneficium. Not. Ioann. Andr. de electio. c. auaritiæ. libro 6. in gloſ. final. in nouella.

Conſuetudo poteſt induci ex actibus negatiuis, quando negatiua intellectualiter colligitur ex affirmatiuis actib. No. Do. Ant. de cler. coniug. c. Ioannes.

Conſuetudo excuſat a pœna temporali, non æterna, ſiue gehẽnæ, no. glo. de tempor. ord. 2. & 4. diſt. c. denique. quod dixi de temporali limita ſecundum quoſdam in pœna imponenda ab homine, ſecus in pœna, quæ imponitur a canone, vt not. Ioann. Andr. in c. 1. de treuga, & pac. ſuper ſecunda gloſſ. in fine.

Conſuetudo poteſt diſpenſationem alias inualidam validare. no. Dom. Ant. de iudic. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. ver. venio ad declarandum.

Conſuetudo non excuſat a peccato, qñ quis facit cõtra legem non præceptoriam. no. Ioan. And. in notat. de treuga, & pa. c. 1. ſuper gl. 3. & vide quod no. per eum ſuper rubr. de conſuetudine. in fin.

Conſuetudo non valet, quod diſtributiones quotidianæ dentur non intereſſenti diuinis. Et idem de portionibus funeralium. de cler. non reſid. c. 1. lib. 6. & no. gl. de reſcript. c. fi. lib. 6. licet Lap. contrarium dicat ſeruari in ciuitate Florentiæ, vt ipſe no. alleg. 36. ſed in alijs q. 2. dicit quod ſic de iure non valet illa conſuetudo, ita per locum ab oppoſitis non valet conſuetudo, quia diſtributiones, & funerales portiones non dentur intereſſe diuinis.

Conſuetudo exigendi vectigalia ſiue gabellas, non valet niſi tanto tempore ſeruata ſit, quod in contrariũ non ſit memoria. no. Cyn. in l. 2. C. de vecti. & Bar. in l. ſi Publicanus. §. fi. ff. de publi. & tex. ſuper c. quibuſdam. §. præterea. de verbor. ſign. & ſecũdum illum tex. deberet intelligi l. Imperatores. ff. de pollicit. & l. fi. C. noua vecti. & hoc procedit etiã, ſi princeps illam conſuetudinem ſciuit, quia cum impoſitionẽ noui vectigalis ſpecialiter ſibi reſeruauerit, & cuilibet alteri prohibuerit, & in hoc volũtatem ſuam declarauit, vt l. 1. C. noua vecti. præſumatur potius in illa voluntate perſeueraſſe, quam conſuetudinem toleraſſe, niſi conſuetudo ſeruata fuerit tanto tempore contrarij non ſit memoria, vt no. Do. Ant. de conſue. c. fin. col. 27. ver. per quæ puto. vide inf. ſub verbo præſcriptio. §. an præſcribi poſſit ius exigendi pedagium.

Conſuetudo laicorum non ligat clericos, nec etiam pro eis valet quando ſpecialiter, & expreſſe ponit de perſonis clericorum, vel de rebus eccleſiarum. no. Bart. in l. 1. C. de Summa Trinit. & fid. Cath. & idem ſentit Io. And. in addit. Spec. in tit. de conſti. ideo concludit Dom. Ant. in c. quod clerici. de for. compet. Quid autem de conſuetudine generali non exprimente perſonas, nec res eccleſiaſticas, vide plene per D. Ant. in d. c. quod clericus. & per Ioann. Andr. in regula ſine culpa. in 2. q. principali. lib. 6. vide ſub verbo lex. §. lex Imperialis.

Conſuetudo non poteſt vilificare perſonam inhabilem ad matrimonium contrahendum, ſed econtra habilem inhabilitare ſecundum gloſ. Gofred. & Vinc. de conſanguin. & affini. c. quod ſuper his. Sed demum valet conſuetudo inhabilitãs habilem, quando habet concurſum iuris antiqui, licet correcti, vel quando eius trangreſſio induceret ſcandalum ſecundum gloſ. in c. ſuper eo. de cog. ſpir. Hoſtien. dicit, quod nulla conſuetudo poteſt inducere aliquod impedimentum

nema-

ne matrimonium contrahatur, niſi ſit approbata per ius ſcriptum, vel per Papam, ita no. ipſe in d.c. ſuper eo. vel niſi eius tranſgreſſio induceret ſcandalum, vt not. per eum, in d.c. 1. de cog. ſpir. ſecus vbi ſcandalum non imminet, & qui aliter ſoluit, eſt tanquã non intelligens, ita dicit ipſe in c. quod dilecto. de conſangui. & affin. ſed Ioann. And. in dicto c. quod ſuper his. dicit, quod opinio Vinc. eſt vera in conſuetudine ordinata ad matrimonium impediẽdum, ſecus ſi ordinetur ad matrimonium iam contractum dirimendum. Dom. Ant. in d.c. ſuper eo. diſtinguit. Aut cõſuetudo ordinatur ad matrimonium contrahendum, & valet, aut vt dirimat iam contractũ, & tũc ſi vt dirimat, vt perpetuo nõ cõtrahi poſſit niſi concurſum iuris antiqui ſecum habeat, & eius tranſgreſſio ſcandalum inducat, vel niſi ſit a iure, vel a Papa approbata, adde quod no. Ioan. And. in c. 1. de conſuet. vbi dicit, quod non valet conſuetudo, quod viduæ non poſſunt nubere, niſi prius cum domino terræ ſe redimant, dicit etiam in c. ſtatutum diſponens. de hæreticis. lib. 6. in nouella. quod non placet, vel non valet ſtatutum diſponens quemlibet contrahentem cum filiofamilias ſine conſenſu patris certam pœnam incurrere, licet non confirmet id, ſed hoc firmat. Dom. Ant. in c. 1. de ſponſalibus.

Conſuetudo particularis in certa eccleſia ſeruanda eſt in ea, licet eccleſia Metropolitana, vel alia circumuicata eccleſia eiuſdem prouinciæ habeat conſuetudinem contrariam. Sed ſi in aliqua particulari eccleſia nulla eſt conſuetudo, tenetur illa conſuetudo eccleſię ſeruare conſuetudinem eccleſię Metropolitanæ, & ſi Metropolitana ceſſat, conſuetudo tenetur ſeruare conſuetudinem in alijs circumiacentibus eccleſijs, vt no. Hoſt. & Io. An. in c. ſuper eo. de cogn. ſpir. vide quod no. de off. ord. c. fin. in gl. fi. de elec. c. cum eccleſia Vulterana. & de cenſibus. c. ſuper eo. de conſue. c. cum olim.

Conſuetudo ſi eſt rationabilis valet, ſi autem irrationabilis nõ valet, & licet quidam dicant, an ſit rationabilis conſuetudo, vel non certam doctrinam dari nõ poſſe, ſi arbitrium foret, tamen veritas eſt, quod illa dicitur rationabilis, quæ eſt a iure approbata, vel ſaltem non improbata, & non pręſumatur rationabilis, donec irrationabilitas detegatur, niſi eſt cõtra ius, quia tunc præſumitur rationabilis ſecundum Io. Andr. & not. Domin. Anton. de conſuet. c. fin. in 3. & 4. col. vide ſupra §. conſuetudo rationabilis dicitur.

Conſuetudo conſequens ſubſtantiam actus non valet, qui impoſſibilitatem continet. no. Dom. Anton. in c. fin. de conſuetud. char. 10. verbo ex his concluditur differentia conſuetudinis.

Conſuetudo poteſt induci expreſſo & tacito cõſenſu, & ex ſcripto, & non ſcripto, quando illud agitur, quod cõſuetudo inducatur momentaneo cõſenſu, ſed aſſuefacto, & hoc verum in conſuetudine vera, ſed ficta, & inſtulata poteſt momento induci. no. D. Ant. de conſue. c. fi. in 5. col.

Conſuetudo an extendatur de vna re, vel perſona ad aliã, vel de vno iure ad aliud. vide Ioan. And. in c. fin. de offi. archid. & de cappel. mon. c. dilectus. Aduerte tamen, quod conſuetudo extenditur ad oppoſita ſecundum Inn. not. dom. Ant. de cenſib. in fin.

Conſuetudo differt a præſcriptione, quia conſuetudo acquirit ius, & contra quemlibet indifferenter, præſcriptio contra ſingularem, etiam ſi contra plures, vt ſingulares ſecundum Cy. item finis conſuetudinis eſt creare ius publicum, quod appellatur diſponẽs. finis præſcriptionis eſt creare, & quærere ius vt priuatum, quod appellatur diſpoſitiuum. Item conſuetudo eſt ex parte eius, cui fauet, & eius contra quem, non determinatur ad certam perſonam, vel etiam ſi ex parte eius cui quæritur, ſit certa perſona, vel locus, dummodo ex parte eius, contra quem determinatur ad omnes indifferenter, & non ad plures, vt ſingulos, ſed ex parte eius, cui quæritur eſt indifferens non determinata ad certam perſonam, præſcriptio vero eſt, quæ ex parte vtriuſque determinatur ad certam perſonam, vel locum cui quæritur, ſed ex parte eius, contra quem determinatur ad plures, vt ſingulos non indifferenter ad omnes, vt prædicta pe. extra. declarat. Dom. Anton. c. fin. charta 9. verb. potius recitat. & ver. dico ſubſtantialem. Et licet dictum ſit, quod conſuetudo erat ius publicum, præſcriptio priuatum, eſt tamẽ dare caſum, quod conſuetudo erat ius priuatum, & tamen conſuetudo appellatur, non præſcriptio puta, quãdo applicatur ad materiam, quæ tempore non quæritur, nec ibi poteſt cadere præſcriptio ex defectu requiſitorum ad præſcriptionem, vt no. Do. Ant. de cenſib. ad finem. c. peruenit. 8. col. & 13. in princ.

Conſuetudo vt locum habeat oportet, vt procedat a tacito cõſenſu habenti poteſtatem legis condendę. no. Dom. Anton. c. fi. 10. 1. col.

Conſuetudine præſtationis longi, vel longiſſimi temporis, an producatur, & requiratur obligatio pluralis ad annuam pręſtationem in futuro fiendam, vide ſub verbo præſcriptio. §. præſcriptione taciti temporis.

Conſuetudo non quod quis ſit pluralis præbendis, eſt laudabilis, & rationabilis, vt no. Inn. in c. fin. de clerici non reſid. in fine.

Conſuetudo quod canonicus non inſtallatus non habeat vocẽ in Capitulo valet. Item valet conſuetudo, nullus canonicus habeat vocem, niſi habeat præbendam. ſed Hoſtienſ. dicit contrarium in c. cum M. de conſtit. vltima charta. ver. quæro an hi.

Conſuetudo laicorum concernens fauorem eccleſiarum, & laicorum valet, & ligat clericos abſque alia probatione Papæ, ſic etiam valet lex Imperialis facta in fauorem eccleſiarum. Sed ſtatutum laicorum inferiorum a principe non valet, nec ligat clericos, niſi per Papam ſpecialiter approbetur. no. Io. And. poſt Innoc. in c. fin. de ſolut. licet Bart. aliter dicat in l. 1. in C. de ſumma Trin. & fid. Cath.

Conſuetudo non poteſt dare iuriſdictionem inferiori prælato ab epiſcopo, deponenti aliquem clericum, vt no. Ioan. And. de for. compe. c. cum contingat. ad fin. de arbitr. c. dilecti. & C. de emanc. lib. l. 1. & no. glo. 11. q. 3. c. conqueſtus. & vide ibi. Archid.

Conſuetudine nõ requiritur titulus ad præſcribendũ, ſecus in alijs præſcriptionib. vt no. Inn. de cau. poſ. c. cum eccleſia. & Io. And. poſt Hoſt. de præſcript. c. cum olim.

Conſuetudo quod vicarij eccleſiarum, qui de iure debent eſſe perpetui fiant temporales, & ad nutum amouibiles non valet, vt in c. 1. de cappel. mon. lib. 6. & ibi no. glo. ſuper verbo conſuetudine. ſ poſſet tamen illi textui reſponderi, quod loquitur in vicario præſentato epiſcopo & per epiſcopum inſtituto, qui non poteſt ex conſuetudine remoueri ad nutum præſentationis, ſecus forte eſſet in vicario deputato per rectorem, & non inſtituto per epiſcopum, quia talis ex conſuetudine poſſit reuocari ad nutum rectoris. vide ſub ver. eccleſia. §. eccleſia parochialis debet. Quod valeat conſuetudo ſentit Ioann. Andr. in regula. qui contra iura. lib. 6. in Mercur. ad finem.

Conſuetudo etiam contra legem inducitur ſpacio decem annorum de iure ciuili. vt no. glo. in l. de quibus. ſuper ver. inueterata iuncta gl. fin. ff. de legibus, & hoc tenet Bal. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Et idem de iure canonico, quando datur conſenſus tacitus eius, qui poteſt illi iuri derogare, vt no. Dom. Anto. in c. fin. de conſuet. 7. char. in 2. colum. iura autem canonica tempus quadraginta annorũ requirẽtia ad conſuetudinem inducendam contra ius commune, debent intelligi, quando non adeſt tacitus conſenſus eius, qui habet poteſtatem illius iuris tollendi, vt quia habens illam poteſtatem non fuit præſens in loco cõſuetudinis, ſecus ſi præſens fuit, vt no. in d.c. fin.

Conſuetudo autem rationabilis, quæ eſt contra ius, inducitur decennio etiam de iure canonico. vt no. Io. And. in c. fin. de conſue. lib. 6. in gl. 3.

Conſuetudo quod epiſcopus ſine Capitulo poſſit res alienare, valet, vt no. gl. & Innoc. in c. cum cauſam. de re iudic. & Io. And. poſt Hoſt. in c. Romana. ad fin. de app. ſuper gloſ. præſcripta. lib. 6. in notab. & idem no. Bal. in auth. hoc iure. ver. 3. dicebam. C. de ſacroſ. eccl.

Conſuetudine induci non poteſt, quod epiſcopus ſine conſenſu Capituli poſſit vnam eccleſiã alteri vnire, & bona vnius eccleſiæ, etiam in caſu licito, alienare, vt no. ſub ver. epiſcopus. §. poteſt epiſcopus cum cõſenſu. & §. epiſcopus non poteſt præſcribere.

Con-

Digitized by Google

Continentia cauſæ non debet diuidi,ſed coram eodem iudice agitari,& quando dicatur eſſe continentia cauſæ, vide text. & gl.Cyn. Bar.& Bal.in l.nulli.C.de iudi.quod limitat Do. Ant.in c.ſi.de iud.ver.op.glo. 1.de cau.poſſ.& de ſequeſtra. poſſ.c. 1.in vlt.col.

Continue qualiter hoc verbum intelligendum ſit,vide ſub verbo præſens.

Contra,ad quid teneatur, qui promiſit, vel iurauit non facere contra aliquem,vide per Dominum Anton.in c.petitio. de iureiurando.

Contrariorum vno ſolo poſito reliquum remouetur.ff.de ver. oblig.l.hęc verba.& C.de teſta.l.non codicillum.& ff.de diuortijs.l.fin.

Contumax dicitur ille qui citatus comparuit, ſed illicentiatus receſſit,& talis dici poteſt non ſolum verus, ſed manifeſtus contumax,quia iudici illius contumacia non poteſt eſſe non manifeſta, de iud.vbi Ant.c.1.ver.non citatum.

Contumax fictus dicitur,qui citatus per edictum non comparuit.no.Rot.concluſ.349. Contrarium tenet Bal.in vlt.col. C.quomodo, & quãdo iudex.l.ea quæ. Et quis dicatur verus,vel fictus contumax,vide plene per gl.in clem.1.de do. & contum.& Bal.in l.fin.ff.de in integ.reſtit.& ſub §.actionis.& §.excommunicatus.

Contumax quando appellare poſſit vide per gl. in clem.1.de dol.& contum.& per Bar.in ſi.ff.de in integ.reſtitu. & vide ſub verbo appellatio.

Contumacia tanto maior videtur quanto de re minori ſurgit, ſecundum Ioann.And.vt not.Anto. de iudic.c.cum non ab homine.in fin.

Contumacia actoris nõ comparentis in termino, qui fecit reũ citari punitur in eo,quod reus comparẽs in terminis poteſt petere edictum circumduci,vel ſe abſolui,ab inſtantia iudicij. Si autem nec reus comparuit, tũc actore poſt terminum comparente debet in cauſa procedi, contra reum per audientiam contradictarum tanquam contra contumacem, licet enim neutro in termino adueniente circumducatur edictum, quo ad illum actum, & alias procedi cootra reum per audientiam, & alias abſentem, ſi citatus fuit ad totam cauſam,vſque ad ſententiam incluſiue. Not. Rota concluſione 338.

Contumaci quando interdicitur adminiſtratio beneficij, propter ſuſpicionem dilapidationis.not. Dom.Ant.de iud.c.1. penul.colum.ver.op.contra gloſ.

Contumax poteſt mulctari ex antiqua contumacia ad actum mulctæ. Not.Domin.Anton. de iudic. c.1.ver.non contumacem.

Contumax poteſt per iudicem ex officio puniri, & mulctari etiam parte non petente.no.Dom.Ant.de iudi.c 1. ver.not. 4.quod his.

Contumax non poteſt criminaliter condemnari ad finem, diſpoſitionis lite non conteſtata,& non liquidata cauſa, ſecus ſi agatur ciuiliter,propter non reſidentiam. No.D.Ant. de iud.c.1.ver.not.quinto in criminali.

Contumax nõ poteſt mulctari, niſi de nouo vocetur,vt veniat ad defendendum ſe,quia mulctari non debet,nec etiam poteſt contra eum ferri abſolutoria ab obſeruatione iudicij,ſine noua citatione. Ad circumductionem tamen edicti, non eſt neceſſaria citatio,quia hæc eſt leuis, vel nullius præiudicij.Et idem in ſententia excommunicationis ferẽda contra contumacem,qui non requirit nouam citationem,ſicut nec ſententia excommunicationis, vel condemnationis expenſarum,& aduerte, quod quantum ad excommunicationem ſufficit de contumacia conſtare etiam aliter, quam per citationem. Sed miſſio in poſſeſſionem, non poteſt fieri contra contumacem,ſi non eſt citatus ad actum miſſionis, niſi fuiſſet contumax in iudicis aſpectu. Et quãdo iudex iubet parti,quod litem conteſtetur, & pars contumaciter recedit lite non cõteſtata, quo caſu procedi poteſt ad miſſionem ſine alia citatione,ſecundum Bar.& no.Dom.Anton.de iudi.c.1. ver.opp in quarto.

Contumax in non comparendo, ſi agitur de fœdere matrimonij, vel conuenitur de crimine notorio famoſo, poteſt per annum Capitulo,& beneficio priuari. In alio autem iudicio per vnum annum in contumacia permanens habetur pro confeſſo de tali delicto. Et ſi delictum eſt tale,quod ipſo iure infamat, vt hæreſis eſt,poſt annum ipſo iure priuatur, & vtroque caſu non auditur amplius poſt annum ſuper delicto quo ad beneficium, vel bona, ſed bene auditur,ſi ſuper delicto velit ſe defendere,ne deponatur.Not.Dom.Ant.de iud.c.1.penul.& vlt.col.

Contumacia an ſit delictum. Vide Cyn.de crimine Stellio.ſuper rubrica.& Bar.in l.omne delictum. ff.de re iud. & in l.ſi plures.ff.de admin.tut.vbi etiam no.gl.

Cõuentus ſiue collegium dicitur, vbi in eccleſia ſunt duo, vel tres,in vno tantum retinetur ius collegij.no.gl. de elect.c.j. de iure patron.c.nobis.Io.Andr. in c.nobis.ponit ſigna per quæ cognoſcitur,an etiam ſit conuentualis. Vide ſub verbo eccleſia. §.eccleſia collegiata.

Conuerſus licet ſit laicus reſpectu profeſſionis, non tamen reſpectu habitus non conuerſi perſonæ eccleſiaſticæ reputantur. Not de elect.c.conſtitutis. in gloſ.fin. & vide ſub verbo clericus.

Copia quando danda eſt,an debeat dari ſub authẽtica forma, vide ſub verbo appellatio in cauſa beneficiali non deuoluitur.

Copia quando danda eſt, cui debeat dari ſub authentica forma,vide ſub verbo appellatio.§.appellatio. in cauſa beneficiali non deuoluitur.

Copia iudiciorum an ſit danda parti per iudicem,vide ſub verbo iudici.in princ.

Copia libelli danda eſt reo expenſis actoris,vt no.Ioan.Andr. in clem.cauſam. de elect. ſuper verbo porrecto. & ita tenet Pau.& Franc.de Zabar.& ita tenet Spec.in tit.de libel. obl. §.1.ver.actoris.Contrarium tenet Angel.in l.1.§.edere. ff. de edendo.vbi dicit eſſe caſum. Bar.dicit,quod in aliquibus locis ſeruatur, quia datur copia expẽſis actoris in aliquibus ſeruatur,quod datur expenſis rei, ideo ſeruanda eſt conſuetudo curiæ,vt ipſe no. in auth. offeratur, de lite conteſt.ſed de rigore iuris debet reus recipere copiam libelli ſuis expenſis, vt not. per Cynum, & Bald. in dicta authentica offeratur.

Copiam inſtrumentorum in iudicio productorum non tenetur producens dare ſuis expenſis aduerſario,vt no.Ant.in l. 1.§. edere. ff.de edendo, niſi eſſet inſtrumentum mandati procuratoris,quia illius tenetur copiam dare alteri parti expenſis ipſius producẽtis,ne pars aduerſa grauetur ex abſentia principalis,vt no.Bar.in l.a.§.defectum ff.ex quib.cauſ. in poſſ. eat. quod intellige, niſi principalis eſſet talis, quod non poſſet comparere perſonaliter, vt no. Ang. in dicto §. defectum.

Copia cuiuslibet intimationis, quæ ſit parti ad fauorem intimantis,debet dare expenſis ipſius intimantis,vt no. Ioann. And.in cle.cauſam.de elect.ſuper verbo portio. & idem tenet ibi Pau.& Franc.de Zabarella, & Dom.Ant.licet Zenzelinus,& Guilielm.dicant ibi contrarium.

Copia literæ citatorię debet dari citato,ſi illam petit, & ſi non datur,non arctatur ad comparendum,vt no.Specu.in tit.de citat.ver.hoc autem facto.qui ad hoc allegat.de probatio.c. quoniam contra.& c.ſi.Sed melius facit tex.quem ipſe non vidit in clem.in fin.vbi eſt expreſſum, quod omnes intimatio, quæ ſit alicui, vt arctetur ad aliquid agendum, non arctetur,niſi literæ quæ intimantur,detur copia,ſi petatur. Cõſtat autem,quod litera citatoria debet intimari, & legi citato,vt dicit Spec.in dicto cap.iam de cita.ver.porro.ergo debet dari copia illius literæ,ſi petatur,aliter citatio nõ arctat. Hoc etiam probatur ex principio dictæ decretalis,quę vult, quod appellatio intimetur appellato,talis intimatio nõ deuoluit cauſam,nec arctat appellatum ad comparendum,niſi copia illius detur,ſi petatur. Conſtat autem, quod intimatio dictæ appellationis habet vim citationis ad cauſam, vt de elect.c.ſtatuimus.& c.cupientes.lib.6.& no.Franciſc. de Zabarell.in dicta cle.in princ.q.26.vbi eſt expreſſum, quod citatio facta per literas,non arctat citatum, niſi detur copia literarum,ſi petatur.Pro hoc facit ratio,quia literæ citatorię non præſentãtur citato,vt ex earum tenore poſſit ſe inſtruere de exceptionibus, & defenſionibus ſuis, tam contra partem,

Digitized by Google

tem, quam contra iudicem, vt in c. 1. de dilation. & no. Spec. in dicto §. iam de citatione. in prin. Ergo illarum literarum danda eſt copia petenti, alioquin non poſſit ſe inſtruere de defenſionib. Et conſequenter denegaretur ſibi facultas defenſionis. contra clem. paſtoralis. &c.

Credere quid importat hoc verbum, vide Dom. Anto. de præſump. c. 3. loco.

Creditor an dicatur poſſidere rem ſibi pignoratam. Vide ſub verbo poſſeſſio. §. poſſidere dicitur.

Criminalis cauſa quæ dicatur, vide ſub verbo ciuilis.

Crimen an differt a delicto, & peccato, vide ſub verbo delictū. §. delictum differt.

Culpam ex qua lucrum ſentit, an poſſim alicui ſubijcere, vel obijcere ad aliud, quam ad lucrum conſequendum, vel conſecutum retinendum. Not. Bartol. in l. Vranius. ff. de fideiuſſoribus.

Cum hæc dictio quandoque ſumitur pro quando, quandoque pro quia, quandoque pro quamuis, quandoque ponitur copulatiue, & tunc aut contingit acceſſorie, vel ęque principaliter. Vide Dom. Ant de reſtitut. ſpol. c. in literis. prima col. ſed nunquam facit conditionem, vt not. ſub verbo cōditio. §. conditionalis promiſſio.

Cura qualiter accipiatur. Vide Archid. de fil. presbyter. c. 1. libro ſexto, in gl. dic quod cura, & per Ioan. And. & Domin. Anton. de clerici. non reſid. c. nonnulli. & de offi. Archidiac. c. cum ſatis.

Curam animarum qui habent, illis competunt de iure communi tria beneficia, videlicet dignitas decanalis, Archidiaconalis, & etiam parochialis. No. gl. & Dom. Anto. de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. Item in qualibet dignitate principali in eccleſia collegiata, vel conuentuali. Not. Lad. de præben. c. cum in illis. libro 6. quod intellige, quando collegium, vel conuentus eligit ſibi rectorem in prælatum. Not. Rot. concluſione 432. ad finem. Idem in quolibet prælatu etiam inferiore epiſcopo, per gl. & Dom. Ant. de offi. ordi. c. cum ab eccleſiarum.

Curata eccleſia proprie dicitur, quæ habet curam habitu dumtaxat, ſi autem non habet actu habetur pro non curata, ſaltē quo ad vitandam pœnam conſtitutionis de curata loquentis. Not. Ioan. And. de elect. c. licet canon. lib. 6. in gloſ. ſed numquid. Et Hoſt. de clericis non reſid. c. quia nonnulli. & Zenzelin. in extrauag. execrabilis. ſuper ver. habētia. & Pau. & Dom. Ant. in c. 1. de offic. Archid. tenet contrarium, vt recitat Ioan. And. in dicto c. licet canon. in addit. ſuper dicta gloſ. Sed numquid. vbi videtur Ioan. And. ſtare in hac opinione, hoc etiam tenetur ab Inn. & Ioan. Cal. in c. de multa. de præb. & in Spec. in tit. de lega. §. videndum. ver. ſi quæritur, quod beneficium. Feder. de Senis tenet contrarium, in conſ. 10.

Curata poteſt effici eccleſia ex conſuetudine. Not. Ioan. And. de offic. ord c. conquerente. in uer. recipiendo. uer. ultim Et idem no. Dom. Anton. de cauſ. poſſ. c. fin. 26. coll. uer. ex his deciditur.

Curatum nō inducitur beneficium ex eo, quod habeat baptiſmum, & chriſma. Not. Hoſt. de cler. non reſid. c. quia nonnulli. & Fed. de Senis conſ. 20.

Cura poteſt per curatum inferiorem epiſcopo committi, & delegari alteri, ad tempus ſubſiſtente neceſſitate, & iuſta cauſa. No. Hoſt. & An. in c. cum ex eo. de elec. lib. 6. ſuper verbo in diuinis. in notab. Immo etiam rector eccleſię curatæ quādo eſt presbyter poteſt alteri presbytero curæ exercitium committere, vt not. gloſſ. in clem. 1. de priuileg. ſuper verbo presbyteri.

Cura parochialis eccleſiæ, quæ regitur per vicarium perpetuū, dicitur eſſe non ſolum penes vicarium, vt in c. fin. de offic. vicar. & no. gl. in clem. dudum. de ſepul. ſuper gloſ. ſacerdotibus. Sed etiam eſt penes rectorem principalem, vt not. gl. in c. ſuper eo. de pręben. lib. 6. & no. Ioan. And. in c. expoſuiſti. de præb. & Zenz. in extrauag. ſuper verbo perpetuos. quod eſt verum, quando rector percipit decimas, oblationes, & alios reditus eccleſiæ, & vicario eſt certa portio aſſignata, vt no. Dom. Anton. in clem. 1. de offic. vica. Quando autem cura agitur per Vicarium temporalem, tūc cura ſpectat ad ipſum Vicarium, ſecundum Pau. & not. Franc. de Zabarell. in clem. 1. §. perſcrutantes. de exceſſ. præla. ſed & tunc non poteſt, quin ſit apud principalem rectorem. Quinimmo ſi iuriſdictionem habet ſuper Vicarium temporalem, remouere poteſt, ſed non perpetuum. Et vide infra curatum beneficium obtinens.

Curatum beneficium non poteſt conferri illi, qui vigeſimum quintum annum non attigerit, de elect. c. cum in cunctis. §. inferiores. niſi cura talis beneficij regatur per perpetuum Vicarium, quia tūc poteſt conferri illi qui vigeſimumquintum annum compleuit, vt eſt caſus in clem. ne in agro. §. ceterum. de ſtatu monach. & prædicta intellige in beneficio, quod non eſt alteri vnitum. Secus ſi ſit vnitum præbendæ, quia tunc ſufficit, quod ille cui cōfertur, habeat ætatem, quæ ſufficit ad præbendam. Ratio eſt, quia tunc beneficium curatum nunquam acceſſorium ad præbendam ſequitur naturam præbendæ, quæ eſt principalis, & probatur in c. ſuper eo. de præb. lib. 6.

Curatum beneficium obtinens tenetur infra annum a die monitionis ſe facere ad ſacerdotium promoueri, alias priuatur per ſententiam. de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. & ibi no. Innoc. & Io. Andr. ſuper verbo admoniti. & patet ibi in tex. in verb. remoueantur. & hoc quando beneficium nō eſt eccleſia parochialis. Si autem eſt parochialis, priuatur ipſo iure, niſi monitione infra annum a die poſſeſſionis adeptæ promotus ſit, de elect. c. licet canon. & c. commiſſa. lib. 6. & hoc, quando eccleſia parochialis non eſt collegiata, requiritur monitio ad priuationem, vt patet in c. ſtatutum. eod. tit. Verum ſecus, ſi eſt conuentualis, quia tunc monitio non requiritur, vt eſt caſus in clem. ne in agro. §. ceterum. de ſtatu monach. vide Fed. de Senis conſ. 25. & 86. & quod dixi annū incipere a die poſſeſſionis adeptæ, vel monitionis factæ, intellige quando collatio facta fuit ei, qui vigeſimumquintum annum attingit, quod eſſe poteſt, quando cura illius beneficij requiritur per Vicarium adeptū, quo caſu ſufficit vt pro ſe moueri faciat infra vigeſimumquintum annum, vt d. clem. ne in agro. §. ceterum. Et prædicta intellige in beneficio curato, alteri non annexo, ſecus ſi ſit annexum, vel vnitū alteri præbendæ, vel alteri beneficio non curato, quia tunc non tenetur præbendarius ſe aliquo tēpore facere ad ſacerdotium promoueri, cum præbenda, quę eſt beneficium principale, ſacerdotium non requirat, vt probatur in c. ſuper eo. de præben. lib. 6. & videtur caſus. in c. extirpandæ. §. qui vero. eod. tit. Et hoc verum quando beneficium curatum vnitur acceſſorie ad non curatum, ſecus ſi æque principaliter vniatur, quia tunc ſi eſt parochialis eccleſia, tenetur promoueri, & habet locum. c. licet canon. quia priuatur ipſo iure ex non promotione, licet non ſit monitus. Si non eſt parochialis eccleſia requiritur monitio, ad priuationem, & habet locum c. cum in cunctis. §. inferiora. Sed primo caſu, quando acceſſorie vnitur, non tenetur promoueri, nec tenetur ex nō promotione, per tex. dicti c. extirpādæ. §. qui vero. quæ non tollitur per d. c. licet canon. vt in ipſo no. Io. And. ſuper verbo perſonaliter. Ratio eſt, quia tunc beneficium alteri vnitum, aſſumit naturam, & conſuetudinem eius, quo vnitur, de ſtatu monachor. c. recolentes. §. fin. & no. gl. & Anton. in c. 1. ne ſe. va. Et hanc differētiam duorum caſuum circa priuationem. no. La. in c. ſtatutum. de elect. lib. 6. Nec ob. quod præbendarius, qui eſt rector eccleſię, aliquam curam habeat vt no. Ioann. And. in d. c. ſuper eo. quia illa non eſt cura fori pœnitentialis, ſed iudicialis, & contentioſi, vt no. Ioann. An. de Lignano. in dicto c. ſuper eo. & talis cura, non requirit ſacerdotium, vt no. Franc. de Zabarell. in clem. 1. de off. vicar. q. 20. & probatur ſic. Nam Archidiaconus habet curam animarum in foro contentioſo, vt in c. 1. de offic. Archidiac. & c. dudum. de elect. el 2. §. ſed cum in iure, & tamen in Archidiacono non requiritur, quod ſit ſacerdos, ſed ſufficit, quod ſit diaconus, vt in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. Item talis cura non facit beneficium incompatibile, in alio curato propter curam fori pœnitētialis, immo quo ad hoc habetur pro non curato, ut eſt caſus in d. c. ſuper eo, & in extrauag. execrabilis. ad fin. Vide omnino ſuper verbo eccleſia. §. eccleſia parochialis.

Cura-

Digitized by Google

Curator ad litem non tenetur facere inuentarium. Not. Rota concluſ. 43.

Curator tenetur ſatiſdare rem minoris ſaluam fore, alias non poteſt adminiſtrare, niſi ſit datus in teſtamento, vel a iudice per inquiſitionem. C. de tutore, & curatore qui ſatis nō dedit. l. 1. Sed hodie etiam datus per inquiſitionem ſatiſdat vt dicit gl. in dicta l. 1. quod eſt verum, ſi datur a defenſore, vel magiſtratu ciuitatis, ſecus ſi a præſide, vt no. glo. in authent. vt hi, qui obe. habeant. §. penultimo. & hoc tenet Bartol. in dicta l. 1. C. de tutore, & curatore, qui ſatis non ded. Et idem tenet Azo in Summa. eod. tit. Vide Bartolum, & Bal. in l. ſi nemo. la 2. §. hoc edictum. ff. de teſtam. tutela. vbi idem tenent.

## De litera D.

Damnum ſi quis proprie per ſe ipſum immediate dat, competit actio in factum. ff. ad legem Aquiliam. l. qua actione. §. ſed ſi quis. ver. Celſus. & patet eodem titul. l. ſi ſeruus ſeruum. §. final. & dictæ actiones competunt etiam, ſi damnum inferens, vel cauſam damni præſtans, non habuit animum damnificandi, dum tamen res ipſa damnificauerit, & culpa præceſſerit, vt l. ſed etſi quemcunque. §. primo. l. qui occidit. & l. ſi quis alienum. & no. gloſ. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. eodem tit. & dictæ actiones competunt non ſolum ad damna & expenſas, ſed etiam ad operas amiſſas, & quæ in futurum amittentur, & ad omne intereſſe etiam extra rem in l. ait lex. & l. ſeq. eodem titul. ff. ſi quadru. pau. fe. dicta l. ex hac lege. & de ijs, qui deiecer. vel effuder. l. prima.

Damnum ſi quis intulit, & alias occaſionē damni dedit, an agere poſſim ad damnum reficiendum contra illum, qui occaſionem dedit, dic vt notat gl. de teſti. c. ſicut nobis. & de homi. c. de cetero. vide de offic. ordinarij. c. ſi canonici. in textu, & in gloſſ. ſuper verbo occaſione. quæ eſt penul. libro ſexto.

Damnum datum mihi per inimicum Titij propter capitales inimicitias, quas habeo cum ipſo Titio, poſſum agere contra ipſum Titium, vt damnum mihi reficiat, vt no. Bart. ff. ſolut. matrimon. l. 1. §. his. in princ. & ff. loca. l. ſi merces. §. culpa. Sed aduerte quia Bartol. loquitur, quando procedit contractus non indebite. Vnde contra Titium obligatio oriatur præſertim, quando inimicitia erat ex cauſa iuſta cōtracta, quia delictum vnius non debet eſſe ad iniuriam, vel pœnam alterius, vt in regula ſine culpa. libro 6. & in c. 1. de pœn. & remiſſion. §. proximo. Et quod dicitur de Ambaſciatore capto, vel derobato, vide ſupra, ſub verbo Ambaſciator.

Damni appellatione an contineantur expenſę, vide de iniuri. c. in noſtra, & quod no. Arch. 2. q. 1. in primis. vbi declarat c. in noſtra.

Debet hoc verbum neceſſitatem imponit. Not. Rota concluſione 390.

Debitor cedendo bonis an liberetur, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, conuenienter no. gloſ. de ſolut. c. Odoardus. & de homi. c. ſicut dignum. §. eos. licet contra not. gl. in c. conſuluit. de vſu. & vide ſub verbo fideiuſſor præſump. §. obligatio. & debitor cedendo bonis acquirit priuilegium, quod non poteſt effectualiter conueniri, niſi quatenus facere poteſt, deducto ne egeat. No. Ioann. Andr. in dicto c. Odoardus. ſuper glo. fin. ſed hoc limita ad ea, quæ poſt quæſita ſunt, quia de quæſitis ante nulla fit deductio, ſed quo ad illa nudus exulat. not. Cyn. in l. 1. C. qui bonis ced. poſſ. in 4. quæſtio. & idem not. Matheſ. in dicto c. Oduardus. Item etiam quo ad bona poſt ceſſionem quæſita, licet ſecundum leges fiat deductio, ne egeat, tamen ſecus ſecundum canones, ſecundum Vincent. & Hoſt. Sed ſecundum Goffredum idem, etiam ſecundum canones, quo ad forum iudiciale, nō quo ad forum pœnitentiale, in quo nō remittitur peccatum, niſi totum ſoluatur debitum, & æs alienum, vt not. Io. And. de vſu. c. conſuluit. ſuper gl. & licet Cy. ex his concludat, quod poſt ceſſionem debet cedens alimentari ex fructibus dicti beneficij ſui, ſine deductione, donec ſibi fuerit ex fructibus ſatisfactum, vt not. Ioann. Andr. in d. c. Odoardus. ad finem.

Debitor non iuuat ſe cedendo bonis, quin poſſit carcerari pro debito ciuili quando illud debitum deſcendit ex delicto, vel dolo ipſius debitoris, not. Matheſil. in c. Odoardus. Idem quando ad acceſſionem bona ſua in fraudem creditoris alienauit. no. Bar. in l. fin. in fin. ff de priuil. credit. Sed Inn. & Io. Andr. in dicto c. Odoardus dicunt, etiam pro debito deſcendente ex delicto, ſi agitur ad purum intereſſe. Idem ſi agitur furti ad pœnam applicandam parti, quo caſu actore volente, ſi non habet debitor, vnde ſoluat, debet iudex pęnam pecuniariam alteri parti applicandam in corporalem mutare, non obſtante ceſſione, ſecundum Innocen. & Io. Andr. vbi ſup. Sed hoc caſu putarem, quod ſi vellet creditor debitorem carcerari, deberet certum tempus præfigi, quo in carceribus ſtare deberet, vt illo elapſo liberatio fieret, quia tunc carcer aſſignaretur pro pœna, & cuſtodia, quia pœna carceris loco pecuniæ, quam non poteſt ſoluere ſurrogatur.

Debitor obligatus dare fideiuſſorem, ſi nullum inuenit, qui fideiubere velit an ſufficiat ſi iuratoriam cautionem præſtat. Vide ſub verbo fideiuſſor. in princ.

Debitor ſi eſt obligatus ad vendendam rem certo pretio, eo ſibi obligato, licet non recepto habetur vēditio pro perfecta. l. Labeo. ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrah. empt. & no. Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. de legat. 1. & l. fideiuſſorem. §. plagam. de legat. 3. vide inf. §. prox.

Debitor obligatus ad vendendum rem, dicitur obligatus ad nullum factum, ſed ad tradendum, & dominium transferendum, ſi eſt dominus. Bartol. in l. 1. C. de legi. ver. quæro. ſi teſtari iuſſit. & Angel. in l. in æſtimationibus. ff. de petit. hæredit. Et hoc ſequitur, quod talis debitor poſſit præciſe compelli vendere, & tradere, nec liberatur præſtando intereſſe, iuxta no. Bartol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. 6. charta. ver. venio ad tertium. ff. de verborum oblig. & ibi vide plene per eum, quando debitor poteſt præciſe ad factum compelli.

Debitor promittens factum, etiam cum iuramento, non poteſt per iudicem laicum, nec eccleſiaſticum compelli præciſe ad factum, ſed ſufficit eā præſtare intereſſe, quia iuramentum recipit intellectum ex mente, ſecundum materiam, ſuper qua præſtatur, ſecundum Inn. iurans ergo aliquid facere, intelligitur, vel intereſſe præſtare, ſecūdum quod lex intelligit, vt no. D. Ant. de iudic. c. 1. ver. ſed dubium eſt, & de arbi. c. per tuas. 6. col. vide quod notat per eum in c. 2. de pigno. vbi dicit, ſcriptorem præciſe poſſe cogi ad præſcribendum, quod promiſit, quando fuit electa induſtria perſonæ, quod pręſumitur. Vide omnino Bar. qui aliter loquitur, ponens plures caſus, in quibus poteſt quis præciſe ad factum compelli, vt l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt, pro l. 1. 14. & 15. coll. verſic. not. quæris de aliquibus. & verſic. ſed pone quod de venditione.

Debitor promittens vbicunque locorum ſoluere, non poteſt extra ſuum domicilium conueniri niſi reperitur in loco, vel in quo habet bona, ſecūdum opinionem communiorem maxime hoc procedit, quando certa loca enumerantur, & generalis clauſula ſubijcitur, vt promitto ſoluere Bononiæ, Ferrarię, & vbicunque locorum. Aduertendum tamē erit, quod tunc non poterit conueniri in remotiori loco ab expreſſis. no. D. Ant. de iud. c. 1. ver. concludo.

Debitor promittens ſoluere creditori debitum vbicunque ei placuerit, etiam ſic per verba ſignificatiua arbitrium boni viri, poteſt conueniri in loco, vbi bonus vir arbitrabitur ſecūdum naturalem æquitatem, licet non poſſit aliter ibi conueniri de iure ſecus ſi promittat per verba ſignificantia liberā voluntatem, vt promitto ſoluere vbi voles, quia tunc intelligitur de loco, vbi aliter conueniri poteſt, & ita debet intelligi Bar. & no. D. Ant. de iud. c. 1. ver. concludo.

Debitor promittens ſoluere debitum creditori, vbicunque locorum petetur, poteſt in quolibet loco conueniri, in quo extraiudicialiter debitum ab eo petitum eſt, quia in inſtanti petitionis iuriſdictio crearetur. Idem ſi

dicat promitto ſoluere, vbicunque conueniat, ſecus ſi dicat reſpondere coram quocunque iudice rei. Si autem dicat promitto reſpondere, & ſoluere, quocunque petieris, videtur, quod conueniri poteſt in omni loco, in quo extraiudicialiter petatur, vt illud verbum petieris ad diuerſa relatũ, diuerſimode intelligatur, niſi dicatur, quod cum poſſit vtrque æque determinare, ſtet in petitione iudiciali, vbi autem diceret promitto tibi ſoluere, vbicunque me inueneris eſſe in Tuſcia certum eſt, quod in quolibet loco in quo reperitur, ſortitur forum ratione contractus, & hoc verum, quãdo loca ſunt incerta. Sed ſi plura loca exprimantur, vt promitto ſoluere Bononiæ, Ferrariæ, tunc obligatio diuidetur, & non poterit in altero ex illis locis in ſolidum conueniri, niſi hoc adiectum ſit cautum. Eſt ergo illud addere, vt nut. D. Ant. de iud. c. 1. ver. concludo.

Debitor ſi ſimpliciter promittat reſpondere, vbicunquẽ, vel in quocunque foro conuenitur, nõ poteſt inuitus extra locum ſui domicilij conueniri, quia ſemper poteſt ante litem conteſtat. pœnitere, & iuriſdictionem alias non ſui iudicis declinare, quod eſt verum, quantum ad principalem cauſam. Sed quia pœnitendo, & declinando obligatur parti ad intereſſe, poterit pro illo intereſſe conueniri coram illo iudice declinato, quia excommunicationem pacti deſtinauit in loco iudicis non ſui, & ſic quaſi quo ad pactum videtur ibidẽ contraxiſſe, ſecundum Guil. quod eſt ſingulare dictum, vt no. Dom. Ant. de iud. c. 1. verſ. concludo, & puto ſiue ad intereſſe agatur ex pacto, quando fuit nudũ, ſiue ex dolo, quia ſicut per contractum ſortitur forum, ita & per dolum, ſiue delictum.

Debitor obligatus naturaliter tantum, an & qualiter poſſet conueniri coram iudice eccleſiaſtico, vide ſub verbo iudex. §. iudex.

Debitor obligatus ex pluribus cauſis ſi ſoluit, & non exprimit in quam cauſam ſoluat, & in quam cauſam debeat ſolutio facta intelligi, vide per Bart. in l. 1. ff. de ſolu. & plenius per eundem in l. cum ex plurib. eo. tit.

Debitor non cenſetur idoneus, quo ad vitandam ſatiſdationẽ, licet poſſideat immobilia alibi, quam in loco iudicij, vt not. glo. Bar. in l. fi. C. de principib. agen. in rebus. lib. 12. & Bal. in l. ſciendum. in principio. ff. qui ſatiſdare cog. quod intellige quando poſſidet immobilia in loco valde longinquo, vel in propinquo, niſi ibi eſſet debitor multum potens, vt no. Bar. in dicta l. ſciendum. §. 1. & in l. 2. in prin. eod. tit. dicitur etiam quis de fuga ſuſpectus, ſi non poſſidet immobilia in loco delicti vbi conueniri, & puniri debet, vt no. Ioan. And. in c. ſi clericus. ſuper verbo ne fugiat. de ſent. excom. lib. 6. in nouella.

Debitor tenetur ire ad domum creditoris, & ibi ſoluere debitum. No. Dom. Ant. & Innoc. in c. ſignificante. de pignoribus. ſed plenius de hoc, & cuius expenſis debita res debeat portari ad domum creditoris. vide Bartolum in l. item illa. ff. de conſtitut. pec. & Bald. in l. acceptum. c. de vſuris.

Debitor obligatus ad rem tradendam, licet poſſit illam tertio extraneo vendere, vt ff. de public. l. ſiue autem. §. ſi duobus. tamen non poteſt illam vendere, nec alienare, niſi conſortẽ habeat ſecum ad eandem rem tradendam obligatum, ſecundum Innoc. quod eſt notabile, vt no. D. Anton. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſti. 14. coll. ver. venio ad octauum.

Debitor ſortitur forum ratione contractus, ſed ita demum poteſt in loco contractus cõueniri, ſi ibi reperiatur, vt in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. niſi renunciauerit priuilegio fori, quo caſu etiam ſi non reperiatur ibi, poteſt ibidem conueniri, vt no. per Bal. & Bart. & per gl. l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. ſecundum contrarium dicit ibi An. per dictum §. contrahentes. Vide Do. Ant. in c. dilecti. & c. fi. de fo. compet.

Debitor obligatus in tempore an teneatur ſoluere in principio temporis, vt puta anni vel in fi. Dic vt no. Bar. de verb. oblig. & Bald. qui in aliquibus dicit contra Bar. in l. 1. C. quando di. leg. ced.

Debitor an præſumatur liberatus per ſolutionem, ſi habet penes ſe inſtrumentum obligationis inciſum, vide ſub verbo præſumptio. §. præſumitur debitor.

Debitor qui eſt in fuga poteſt perſonaliter capi, etiam ſine authoritate iudicis, ſi commode non poteſt haberi iudex. Idẽ in debitore de fuga ſuſpecto. Debet tamẽ ante omnia ſummarie cognoſci, vt no. Io. And. in c. 2. de pignor. vide Bart. & Angel. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fraud. credit.

Decanus, an decanatus ſit dignitas vide ſub verbo dignitas.

Decernimus hoc verbum eſt iuris declaratiuum. No. D. Ant. de iudic. c. decernimus. in fin. Sed Ioan. And. dicit, quod ſignificat noui iuris editionem, non antiqui declarationem, vt ipſe not. in clem. 2. de reg. & in c. eos. de ſentent. excommun. lib. 6.

Decima, quibus clericis de iure debeantur decimæ, vide Rot. concluſ. 414. & vide ſub verbo iudex poteſt procedere, & §. præſcriptio, & priuilegium.

Decima & ius decimandi non cadit in laicum ex priuilegio Apoſtolico, ſed fructus decimarum ſic. Not. Rot. concluſione 44. & not. de locat. c. 2. & de decimis. c. quamuis. & not. Dom. Anton. de reſtitut. ſpoliat. c. ex parte. 10. coll. primum dictum limita, niſi eſſent decimæ ante Concilium Lateranenſe laicis conceſſæ, quia ſic cadunt in laicum, tamen cum ſint quid ſpirituale ad laicos ex ſingulari gratia, & fauore eccleſiæ. not. Rot. concluſione 28. In conceſſis autem poſt Concilium Lateranenſe verum eſt, quod Papa potuit, & poteſt ſtatuere terminum, quem vult, dum tamen exactas ipſas non tollat, vt no. Innocen. ſuper Rubrica de decimis. & no. Dom. Ant. eod. tit. c. Parochianos. 4. coll. Sed in feudum bene poteſt Papa cõcedere laico decimas. Inferior autem a Papa non poteſt, ſed olim ante Concilium Lateranenſe poterat quilibet cum authoritate ſuperioris prælati, vt no. Anton. de his quæ fi. a præl. c. cum Apoſtolica. Item licet Papa non poſſit omnes eximere a ſolutione decimarum poteſt tamen ex Papali priuilegio aliquib. hoc perpetuo cõcedere. no. poſt gl. Hoſt. Io. And. & Dom. Franc. Zabar. in c. a nobis. de decim.

Decimæ ſi tanto tempore, cuius initij non eſt memoria, ſunt conſuetæ dari in feudum, præſumuntur conceſſę ante Concilium Lateranenſe. No. Io. And. de his quæ fi. a præla. c. cũ apoſtolica. & immo licet deuoluantur ad eccleſiam, etiam per renunciationem vaſalli, poteſt prælatus eas concedere alteri, etiam laico, quia non debent de nouo infeudare, nec alienare. No. Franc. Zabar. de f. r. c. 2.

Decima feudalis laico in perpetuum ab antiquo conceſſa poteſt per ipſum laicum conſentiendo epiſcopo ſine conſenſu eccleſiæ Capituli cõcedi eccleſiæ in feudum. Per tex. de his, quæ fiunt a præla. c. cum apoſtolica. in fin. & etiam ipſi Capitulo concedi poteſt, vt no. gl. in clem. 2. ſuper verbo menſæ. de re. eccl. non alien. ſed non poteſt per ipſum laicum cõcedi laico etiam conſentiente epiſcopo, vt no. Ioan. And. & Franc. Zabar. in c. prohibemus. licet gloſs. ibi dicat contrarium.

Decima laico iuſte, & canonice conceſſa tranſit ad eius hæredem, niſi hoc expreſſe ſit actum, text. de decim. c. ad hæc. & no. gl. eo. tit. c. quamuis. non intelligas ante Concilium Lateranenſe, ſed de conceſſis poſt.

Decimas & ius decimandi poteſt vna eccleſia præſcribere contra aliam. Not. Rot. concluſ. 44. & not. gloſ. de locat. c. 2. & de decim. c. quamuis. & no. D. Ant. de reſtit. ſpol. c. ex parte. 10. coll. & vide ſub verbo præſcriptio. §. præſcribi non poteſt exceptio.

Decimarum ius non poteſt in compoſitionem. vel tranſactionem deduci, quia eſt ſpirituale, & ſuper ſpiritualibus non poteſt componi, & tranſigi, ſed ſuper accidentibus, & cohęrentibus, extendendo ad ius ſpirituale ſic, ſecũdum Innoc. & no. Ioan. Andr. de confirmat. vtili. vel inuti. l. c. penul. tamen valet tranſactio in præiudicium tranſigentis, licet non in pręiudiciũ ſucceſſoris an. glo. de decimis. c. ex multiplici. & c. mirum. ſuper fructib. autem decimarum trãſigi poteſt, vt patet ex §. prox. pręced. Dicit tamen Hoſt. quod per modum non arbitri, ſed arbitratoris, & amicabilis compoſitoris, poterit ipſum ius decimarum in tranſactionem deduci, vt not. Io. Andr. in c. fin. de rerum permut. permutari autem non poteſt cum aliqua re temporali, vt ibi no. in gloſ. in fin.

niſi

Digitized by Google

niſi forte Papa approbaret, vt no. Dom. Ant. ibidem in fine. vide Ioann. And. poſt Inn. in c. ſtatuimus. de tranſact. ſuper prima gl. & in c. de cetero. ſuper verbo comparuit. & ſuper verbo ius aliquod & in c. ſuper. eod. tit.

Decimæ an ſint ex præcepto legis diuinæ, vel canonicæ. vel an ſoluentes illas peccent, vide Inn. ſuper rubr. de deci. & Io. Andr. eo. tit. c. a nobis. & c. in aliquib. & regula qui prior. 1. q. per totam. Et inſuper Dom. Ant. eod. tit. c. Parochianos. & Archid. 16. q. 1. c. decimæ. & no. gloſ. de decim. c. 1. libro ſexto.

Decimas an poſſit Papa tollere, & extinguere diſponendo, q̃ non ſoluatur in toto, vel in parte, vide ſub verbo Papam. §. Papa licet nun poſſit.

Decimæ licet de iure canonico debeantur, ſi tamen in aliqua prouincia de conſuetudine non ſoluantur, & ibi aliquæ res vendantur, ex quarum fructibus decimæ ab emptore petuntur, an venditor teneatur emptori ad intereſſe, vide ſub verbo venditor vendens.

Decimæ fructuum germinantium, ſiue naſcẽtium, ſiue alterius lucri an debeant ſolui deductis expenſis, uel ſine deductione, vide text. & gloſ. & quod ibi not. per Innocentium Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Domin. Anton. in c. paſtoralis. de decimis.

Decimæ quæ debeantur epiſcopo, & quæ debeantur rectori eccleſiæ parochialis, vide quod no. per Doct. & gloſ. in c. cum contingat. de decimis, & ibi pleniſſime per Domin. Anton. poſt Io. Calder.

Decimæ ſi ex priuilegio conceduntur epiſcopis, tale priuilegium extenditur etiam ad decimas noualium, vt in c. ex parte Adæ. ſecus ſi tale priuilegium laico concedatur, vt patet, in c. tua. inf. eo. tit.

Decimas poſſidens, & preſcribens in fundo pro parte cultiuato, ſi poſtea reliqua pars de nouo cultiuetur, decima illius partis nouiter cultiuatæ debetur illi, ad quem pertinet ius decimandi in parte antiquitus culta, quia ſequitur materiã prædij antiqui, cui adhæret, & cuius pars eſt ſecundum lumen, & no. Io. Cal. in c. fi. de priuil. & Spec. in tit. de probat. §. quid ſi pars agat, & talis pars, ſic nouiter culta, non appellatur nouale quia trahit ad principium antiquitus, cultum, vt no. Ioan. And. in c. 2. de verb. ſign. & ſicut ingrediens certam partem fundi acquirit poſſeſſionem totius, licet omnes glebas terræ non tangat l. 3. in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ. Ita etiam percipiens decimas in aliqua parte fundi acquirit quaſi poſſeſſionem iuris decimandi in toto fundo, licet ſingulæ glebæ non ſint cultæ, ſecus vbi eſſent fundi ſeparati, quia tunc poſſidens, & præſcribens decimas in vno, non acquirit poſſeſſionem, nec ius decimandi in alio, vt c. cum contingat. de decimis.

Decimas maiores ſi quis poſſidet, & præſcribit in certo fundo, poteſt etiam petere decimas minores ex eodem fundo prouenientes, licet eas hactenus percepiſſet, vt patet de decimis. c. cum in tua. quod intellige, quando inuite non fuerunt ibi collectæ, alias forte ſecus eſſet, vt no. ſub verbo poſſeſſio iuris decimandi.

Decimas de paſcuis herbarum, & de lignis in ſiluis inciſis, & de piſcibus vallium, ſi quis perciperet, & præſcripſerit, & illa loca poſtea reducantur ad culturam decimæ fructuum ex noua cultura prouenientium illæ decimæ pertinent ad illum, qui decimas de herbis, lignis, & piſcibus, eiuſdem loci prius percepit, vt no. Io. Andr. in c. cum contingat. de decimis.

Decimas ſi quis percepit, & præſcripſit ex fundo in quo poſtea plantantur de nouo vites, & arbores fructiferæ, quæ ante ibi non fuerunt, decimæ de fructibus vitium. & arborum fructiferarum, quæ ante ibi non fuerant, debentur ei qui præſcripſit decimas eiuſdem fundi, quia quicquid ex illo fundo percipitur, licet datum ſit in ſolutionẽ decima eſt, vt not. Domin. Anton. in c. cum contingat. de decim.

Decimæ taxatio quando intelligatur in gratijs expectatiuis, per quas impetrantur beneficia ad certum valorem, ſecundum taxationem decimæ. Vide Ioannem Andream in addition. Specul. ſuper Rubrica. de conceſſione præbend.

Declaratio poteſt fieri per ſuperiorem parte abſente, & etiam lit. pen. no. Innoc. de ver. ſign. c. olim. Vide Ioann. Andr. & Innoc. qui limitauit, vide etiam per eundem Dom. Anton. in c. fin. de conſti. & vide ſub verbo interpretatio. §. verba.

Declaratio trahitur retro vſque ad tempus, & principium actus, qui declaratur. ff. de teſtam. l. hæredes palam. §. 1. & authen. de fil. ante dotal. inſtrumenta na. prope fi. & not. Bal. C. de legib. l. non dubium. in tertio notabili. & no. per Ioan. And. in c. fin. de verb. ſign. lib. 6. ſuper gl. per hoc in nouella. & in addit. Spec. tit. de teſtibus. §. nunc videndum. ver. hoc etiam, & vide ſub verbo lex, ſiue conſtitutio declaratoria.

Declarari & interpretari ad eum pertinet, cuius eſt condere. C. de legibus. l. final. de ſentent. excommunicatione. c. inter alia.

Declaratoria debet fieri circa rem dubiam, quia in re clara non cadit declaratio, not. Bald. in l. ab executore. verſic. quæro ſecundo. ff. de appellat. & Compoſt. de reſcript. c. cauſam. & patet de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & not. Rota concluſ. 336. Vide omnino, quod no. Dom. Ant. in c. fin. de conſtit. & vide ſub verbo interpretatio. §. interpretationem.

Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, licet ſit nullum, dat tamen interim colorem tituli, donec excuſetur. not. Domin. Ant. de conceſ. præb. c. quia diuerſitatem.

Delegatio poteſt fieri de his quæ ſunt meri Imperij, ſecũdum canones, ſed non ſecundum leges, no. Rota concluſ. 394. & vide ſub verbo iudex.

Delegari non poſſunt, quæ ſunt ordinis, niſi fiat delegatio in epiſcopum inferiorem, & cur non poſſit, quæ ſit ratio vide apud Arch. 85. diſt. c. peruenit.

Delictum quod ſit impediens executionem, & poſt pænitentiam paratam, vide gl. & Doc. de renunc. in c. niſi in principio. & vide ſub verbo clerici. §. fuga. §. probatio. §. maleficium. & §. ſecuritas.

Delicta enormia, & grauia, ſunt periurium, homicidium, adulterium, & alia quæ arbitrio iudicis relinquũtur, & quæ ſint crimina ſuſpenſiua, degradatione, & depoſitione digna, vide Dom. Anton. de iudic. c. at ſi clerici. in princ. ver. quæro ad declarationem.

Delinquens poteſt a quolibet capi, vt ducatur ad iudicem, licet in fragranti crimine non ſit repertus. no. Dom. Anton. in c. 1. ver. examinemus.

Delinquens non repellitur ratione alicuius ciuitatis ab agendo in iudicio. not. Domi. Ant. de iudic. c. intelleximus. ver. idem credo.

Delinquens etiam in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis non magis ei nocet, quam ſi in abſentia iudicis deliquerit, quia iudex ad hoc non ſedet. not. Dom. Ant. de confeſſ. c. fi. 8. colum.

Delictum adulterij maius eſt omnibus alijs, quantum ad pœnæ quantitatem, præterquam crimen læſæ maieſtatis. Not. Bart. ff. de adul. Sed dic ſecundum D. Ant. quo ad criminis quantitatem, non eſt maius omnibus alijs, quantum ad pœnæ quantitatem, eſt ita graue ſicut omnia alia, quia pro eo imponitur pœna mortis, quantum ad delicti extenſionem, eſt de grauioribus, quia non ſolum delinquit in ſe, ſed in alium. Nam duorum animæ polluuntur, vt not. Dom. Ant. de iudic. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. verſic. venio ad vltimum.

Delictum vnicum cenſetur ſi quis alium vno impetu pluries percuſſerit, quia illæ plures percuſſiones pro vna habentur, no. Io. And. de re iu. c. delictum.

Delinquens licet per pænitentiã ſit abſolutus a pœna fori pænitentialis, poteſt tamen accuſari, & puniri in foro contentioſo. No. gloſ. & Ioann. And. de diuortijs. c. gaudemus. Et ibidem dicit gloſ. 32. quæſt. 2. c. admonere. licet Hoſtien. dicit cõtrarium in c. tua. de procurator. vbi dicit, quod eccleſia habet penitẽtiam defendere. Cuius dictũ poteſt ſaluari, qñ ſentẽtia fuit publicata, quia illa ſuccedit loco pœnę fori contẽtioſi, vt no. D. Ant. in c. de his. de accuſ. Diſpẽſatur aũt, vt nõ obſtãte delicto poſſit ad ſuperiores aſcẽdere, & in ſuſceptis ordinib. miniſtrare, nec p̃t amplius accuſari de delicto,

& nil operatur dicta diſpenſatione, vt no. gl. vlt. & Io. And. ſuper ea, c. ſi. de temp. ordi.

Delictum differt a crimine, quia delictum eſt generaliſſimum, crimen eſt ſubſtantiale quid vt genus, vt gloſ. in l. 1. C. ſi aduer. delict. Item delictum & crimen differunt a peccato. no. in regula peccatum. lib. 6. in prima gloſ.

Delictum poteſt vnico actu contra plures committi, & tot erunt delicta, quot ſunt perſonæ contra quas delinquetur, & pro qualibet perſona committetur in ſolidum, ſi ſtatutũ dicit, quod pro quolibet inſultu facto in perſonam alicuius puniatur inſultans in decem, & quia ſimul plures inſultant tot erunt pœnæ, quot perſonæ erunt inſultatæ, vt not. per Bartol. & Angel. in l ſi 2. §. ſi ad plures. ff. de ſepul. viol. Secus ſi ſtatutum puniat delictum commiſſum circa rem, licet illa res in qua delinquetur ſit plurium perſonarum, vt ſi ſtatutum puniat turbantem poſſeſſionem alicuius, quia tunc vnica pœna turbans punitur, vt ibi no.

Delinquens qui crimen in ſe confitetur an poſſit, & debeat interrogari de ſocijs criminis, & qualem fidem faciat depoſitio eius, contra ſocios. Vide Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de quæſtion. & Dom. Anton. in c. 1. de confeſſ. & Cyn. in l. final. & de accuſ.

Delinquenti opem præſtans an teneatur pœna qua delinquens, & qualiter quis dicatur opem præſtare, vel auxilium, vide Bart. in l. qui opem. & l. in furti. §. opem. ff. de furtis.

Delictum ſacrilegij quibus caſibus videatur committi. vide Io. And. de ſent. excom. c. cum pro cauſa.

Delinquens ſi in tortura non præcedentibus indicijs facta confitetur crimen, & poſtea in tortura perſeuerauit an præiudicet ſibi talis confeſſio. §. confeſſio facta in tormentis.

Denunciatio qualiter fieri debeat, vide ſub verbo appellatio in cauſa beneficiali non deuoluitur, & vide ſub verbo præterea.

Deportatus & damnatus in metallum an poſſit agere, & conueniri, & ſtare in iudicio tam pro præteritis iuribus ante deportationem, quam etiam pro futuris obligationibus, & vide Dominum Antonium de iudic. c. intelleximus. circa finem.

Depoſitum ſi eſt factum de pecunia non data in ſacculo ſignato, ſed ſimpliciter in numerata actum videtur, quod depoſitarius illa pecunia vti poſſit, & tandem in genere reſtituere teneatur l. dic ſpouſaliorum. §. 1. ff. depoſ. & tũc depoſitum excedit naturam depoſiti, quando dominium, & poſſeſſio tranſit in depoſitarium, vt patet in l. Lucius. & l. Publia. eodem tit.

Depoſitum factum ad certum tempus poteſt etiam ante tempus recipi, alias reperi ad beneplacitum deponentis. l. 1. §. penult. ff. depoſiti. quod intellige in depoſito ſtante in ſua natura depoſiti, vnde quando deponitur pecunia, vt in depoſitarium tranſeat dominium, & poſſeſſio, tunc non poteſt reuocare ante tempus, ne facultas vtendi ſemel conceſſa auferatur cum hoc caſu depoſitarij gratia ſit factum depoſitũ, ſi primo caſu fuit facta gratia deponentis, vt patet ex notatis per Bartol. in l in commodato. §. ſicut. ff. commod. Ratio differẽtię eſt, quia primo caſu nõ intereſt depoſitarij, quod non reuocetur ante tempus, ſecundo caſu ſic.

Deuolutio cauſæ ad curiam, quãdo dicatur eſſe facta. vide Ro. concluſ. 19. & concluſ. 169. & plenius per dom. Ant. in c. venieus. de renunciat. vbi etiam ponit effectus huius deuolutionis, & vide aliquid per eundem in c. ſi duobus. in 6. coll. de app. & vide ſub verbo appellatio in cauſa beneficiali in partibus cum pluribus. §. ſequen. & vide ſub verbo introducta.

Deuolutio negotij principalis ad curiam non fit ex commiſſione facta, in curia ſuper nullitate diffinitiuæ ſententiæ in partibus latæ, licet iudex nullitatis pronunciauerit ſententiam nullam. oo. Dom. Ant. in c. auditis. de procurator. in 8. notabili, niſi partes conſentiant, & etiam in principali procedatur in curia.

Dies termini non computatur in termino, & an fiat computatio de momento ad momentum, vide ſub verbo termini dies.

Dies quando pro termino aſſignantur an intelligantur continui, vel vtiles, vide ſub verbo terminos. §. termini ſi non ſunt.

Dignitas perſonatus, & officium, quid ſint, vide Archidia. in c. 1. de conſuet. lib. 6. plenius vide ibi Dominicum. vnde tex. cum gl de offic. deleg. §. ſi ex officio. & vide ſub verbo prælatus. §. prælati appellatione.

Dignitas eſt eſſe priorem. de pręb. c. niſi. & no. gl. de verb. ſign. c. quamuis, & obtinet primum gradum dignitatis, quando fit per electionem, & non habet ſupra ſe abbatem, vt not. Archid. de præb. lib. 6. licet prædicta intelligẽda in prioratu presbyterali nõ in clauſtrali, quia illa nõ eſt dignitas, vt in clem. & ſi principalis. de reſcrip. vt ibi no.

Dignitas eſt eſſe abbatem, & comparatur dignitati epiſcopali, quæ ſimpliciter non eſt dignitas, ſed culmen dignitatis, vt no. Arch. de præb. c. licet. lib. 6.

Dignitas eſt eſſe Archidiaconum, etiam ſi ipſe Archidiaconus ratione conſuetudinis nullam exerceat iuriſdictionem, ſi theſauraria, præpoſitura, & decanatus, & aliæ in eccleſia non ſunt dignitates. In alijs autem eccleſijs collegiatis ille, qui eſt caput, & prælatus eccleſiæ electus a collegio, & per epiſcopum confirmatus, dicitur eſſe in dignitate, qui habet iuriſdictionem ſuper eligentes, ſimul habẽs adminiſtrationem rerum, videlicet pro euidenti vtilitate eccleſiæ, & ſic Syndici, & procuratores, caſtellani, & ſacriſtæ, non ſunt in dignitate, ſed in officio. Habẽs autem adminiſtrationem cũ iuriſdictione, vt Camerarius Papæ eſt in dignitate. no. Rota concluſio. 166. Alibi dicit Rota, quod eſſe præpoſitum, non eſt de iure dignitas, niſi quando præpoſitus ſuccedit in loco Archidiaconi. Sed archipresbyteratus eſt dignitas, in decanatu eſt dubium, n. ſi ſit decanatus videlicet ruralis, vt no. Ro. concluſ. 433. ſed an eſſe archipresbyterum ſit dignitas. Vide per Geminian. & Dom. Ant. in c. de multa. eod. tit. & vide io magna gl. io clem. & hi qui de æta. & qualit. & tex. de conſue. c. olim. & de inſti. c. ſi. dic, quod dignitas eſt, niſi ſit conſuetudo in contrarium. vt no. Franc. de Zabarella in clem. 1. de præben. ratio eſt, quia Archipresbyter ruralis habet iuriſdictionem ordinariam, in minoribus cauſis, vt no. per gl. & Io. And. & Domin. Ant. in c. ſi. de offi. archipresbyteri, ſed Feder. de Sen. dicit, quod tunc demum Archipresbyteratus ruralis eſt dignitas, quando habet eccleſiam actu, vt ipſe no. in conſ. 10. & vide Rotam in antiquis concluſ. 124. & 129.

Dignitas venit ſub nomine præſidentiæ, non ſub nomine adminiſtrationis niſi ex adiuncto aliud appareat, no. Domin. Ant. in clem. 1. de reſcript.

Dignitas eſt eſſe canonicum in eccleſia cathedrali, etiam ſub expectatione præbendæ, ideo tali canonico ſicut ceteris in dignitate poſitis cauſæ a ſede Apoſtolica committũtur. no. Ro. concluſ. 426. idem no. Dom. Ant. in canonicatu ſupernumerario. in c. cum M. Ferrarienſis. ad fin. de conſtit. alibi dicit Ro. quod eſſe canonicum eſt honor, vt no. Ro. conclu. 316. Item dignitates quæ ſunt ad nutum reuocabiles deputãtur, vt alijs pręſint, & iſti dicuntur eſſe in dignitate, donec fuerint reuocati, no. Fed. in tract. per. nut. q. 16.

Dignitas eſt, quidquid ex conſuetudine dignitas reputatur. not. Rota concluſione 432. quia tamen operatur conſuetudo, & reputatio eccleſiæ quantum ius commune, quod poteſt dignitatem inducere, vt not. Rota concluſ. 108.

Dignitas Archidiaconi de iure communi maior eſt poſt epiſcopum, quæ autem ſit maior dignitas in eccleſia collegiata. vel præpoſitus, vel decanus. quidã dicunt, quod prępoſitus, quia ſuccedit in locum Archidiaconi, decanus vero in locũ archipresbyteri, & archidiaconus eſt maior in dignitate archipresbytero, licet archipresbyter ſit maior in ordine, ſed dic, vt no. gl. Ro. concluſ. 432.

Dignitas eſt eſſe plebanum, quando plebanus habet eccleſiam collegiatam actu, alias ſecus, & idem in præpoſito. no. Fed. de Senis conſilio 80. vide Rot. quæ aliter dicit in præpoſito concl. 413. & Domin. dicit idem de plebano in c. 1. de conſue. lib. 6. concordans cum Frederico.

Dignitatis appellatione non comprehenduntur epiſcopi ſiue eccleſię cathedrales, nec in conſtitutionibus, nec in priuilegijs ſiue in diſpenſationibus, vt in c. dilectus. de conceſſ. præben.

præben.& c.2.lib.6.& hoc etiam tenet ibid. Ioann. Andr. in gloſ.2.ſaluo in his, quæ ius vetus coadiuuant. Appellatione dignitatis veniunt etiam epiſcopalis, vt no. Ioann. Andr. de elect.c.auaritiæ.lib.6.ſuper verbo dignitatem.

Digniora prætere nda ſunt minus dignis, de cauſa poſſ.c.cum dilectus.

Dignitas eſt eſſe Vicarium epiſcopi.not.gl.in clem.c auditur. de reſcriptis.& Pe.Morc.in c.ſi.de offi.deleg.lib.6. ver.quęro, an electi.not.gl.in clem. & ſi priuil. de reſcri.ſuper verbo delegat.

Item Vicarius late intelligendo appellatur prælatus, not. Domin.Ant. de iudic.de terminis. ver.oppon.quod alij.

Dignitas quæ dicatur maior poſt Pontificalem, in eccleſia cathedrali, vide Ioan.And in c.de liberatione.de offic.leg.lib.6.vbi dicit, quod præpoſitura eſt maior concurrẽtibus qualitatibus, de quibus ibi loquitur, vide ſupra dignitas eſt eſſe archidiacoonum.

Dilatio donec pendet, non poteſt iudex ad vlteriora procedere, niſi ex cauſa dilationem reuocet. de appell. c.ſignificãte. & ibi no.Ioan.And.

Diœceſani appellatione non comprehenduntur inferiores epiſcopo, vide gl.in ver.diœceſani.in cle.1.de iure patr.in verbo diœceſani.

Diœceſis qualiter ſumatur, vide quod not.gl.in clem. ne Romani.§.ſane.de elect.

Diœceſis appellatione comprehenditur ciuitas in conſtitutionibus, ſtatutis, & priuilegijs ſecus in receptis. vt no. Innocen. & Hoſtienſ.c.1.de offic.ordin.& c.1. de rerum permutatio. lib.6. vide Dominum Antonium in c. Rodulphus. de reſcript.

Diœceſis, & in diœceſi, & de diœceſi, cẽſetur locus exemptus, quia per exemptionem non deſinit eſſe de diœceſi, licet diœceſanus non poſſit in illo iuriſdictionem exercere, vt in c.a. §.ſimili modo.de priuileg.& nu.Feder. de Sen.conſilio ſuo ſecundo.

Directe ſi quid fieri prohibetur, non debet fieri indirecte, de hæret.c.ſtatutum.& ibi no.Io.And.in nouella.ff.de his, qui no.infa.l.athletas.§.ait prætor.& de irreg.l.ſi duob. & not. per Dyn.in regula cum quid.

Diſpenſatio quatenus reſpicit præiudicium diſpẽſantis, debet late interpretari. Sed ſi attenditur materia, ſuper qua diſpẽſatur, dic, quod ſi eſt diſpẽſatio in re dubia, vt quia facta eſt ex legitima cauſa, tunc licet late non interpretetur, non debet tamen minus reſtringi ſaltem taliter, quod reddatur inutilis, quia ius non gratia. idem & ſi ſit gratia, ſed motu proprio conceſſa. Nec enim re dubia, ſed ſimpliciter eſt permiſſa, quia tunc eſt ſtricti iuris, & reſtringenda taliter quod quanto minus poteſt gratiæ conferat, & hoc, quatenus principali diſpoſitioni eſt ſubiecta, nam ad conſequẽtiam, & omnia neceſſaria, & principaliter connexa ſemper extenditur. Not. Dom. Anto.de iud.c.at ſi clerici.§. de adulterio.ver.ad quartum principale. prædicta intellige in alijs diſpenſationibus matrimonialibus, quia matrimoniales dicũt large in alijs diſpẽſationibus matrimonialibus intelligi in fauorem matrimonij, niſi ex larga interpretatione ſcandalum ſequeretur, vt patet ex tex.c.quod dilecto.de conſanguin.& affin. Et declaratum eſt hodie per extrauag. Clemen.7. quæ incipit, nuper. de qua Io. Cal. mentionem facit in d.c.quod dilecto. Sed hodie velle videtur, quod etiam diſpenſatio in matrimonialibus ſit odioſa, & conſequenter reſtringens, vt no. Io. in c.quia circa.eo.tit. ſed male dicit, quod immo eſt fauorabilis, & late intelligenda, vt patet in extrauag. prædicta, quę vult quod diſpenſatio in quarto gradu ſimpliciter facta trahitur ad gradum, vbi tertius gradus eſt cum quarto mixtus, quod nõ fieret ſi dicta diſpenſatio odioſa eſſet, quia tũc diſpenſatio in ſimplici non traheretur ad mixtum vt no. Io. And. in add. ſuper rubrica, qui fil. ſint legit.& Bart. in l.a. in princ. ff.de verb.oblig. eſt ponderandum, quod trahitur ad mixtum, etiam ſi id quod miſcetur de per ſe ſumptum ſit facilioris diſpenſationis eo, ſuper quo expreſſe diſpenſatur, vt patet etiam in extrauag. prædicta iuncto c.fin. de conſanguin. & affin. Quia verba diſpenſationis matrimonialis illũ latum recipiunt intellectum, quem recipiunt verba iuris communis, quod notandum. Et vide infra § diſpenſatio facta ſuper impedimento.

Diſpenſatio facta cum illegitimo, vt poſſit beneficia acceptare intelligitur de primo, & vnico ideo ſtatim cum vnicum beneficium adeptus fuit, gratia expirauit, & licet illi renũciet aliud conſequi non poſſet, etiã per viam permutationis ſine noua diſpenſatione, ſecundum Archid. licet Io. Andr. contrarium. no. Ro. concluſ.332. pro quo eſt tex. in c.nõ poteſt. de præben.lib.6. illi tamen tex. reſpondet ibi Ioan. Andr. in nouella, ſequens Ioan. Mon.& vide Feder. in tract. permutat.q.12.

Diſpenſatio principalis facta illegitimo ad beneficia ſimpliciter, non includit beneficia curata, nec præbendã eccleſiæ cathedralis, ſecus ſi gratia ſit exuberans, ſupra quod poſſit obtinere beneficia quæcunque, ſecundum Io. And. ſed diſpenſatio facta per epiſcopum ad beneficium quodcũque nõ includit præbendã eccleſiæ cathedralis, ſecundum Ioan. Monach. licet Archid. aliter dicat. no. Ro. concluſ.232. Et vide ſub verbo gratia. §.gratiam habens ad collationem epiſcopi. & §. ſequen. Item vide infra diſpenſatio facta cum illegitimo.

Diſpenſatio ſuper incompatibilibus facta non intelligitur concedere, quod diſpenſatus non tenetur in altero beneficiorũ perſonaliter reſidere, & in altero per ſubſtitutum deſeruire, debet ergo in vno perſonaliter ſeruire in altero per ſubſtitutum, nunc in vno, nunc in alio reſidere, alias deſeruire, no.gl. ſuper verbo retinere, in c.non poteſt. de præbend. libro ſexto.

Diſpenſatio inſufficiens, & inualida ſuper duobus incompatibilibus retinendis licet ius non tribuat retinendi, tamen ordinario præbet obſtaculũ conferẽdi ſecundum, dũ tamen in diſpenſatione dicatur, quod poſſit primum cum ſecũdo retinere nõ obſtantibus conſtitutionib. concilij generalis, & ſic operatur diſpenſatio, quod non poteſt ſecundo ſine licentia Papę priuati, ſed primum poteſt ordinarius conferre per decretum c.de multa. vt no. Ioan. And. de prębend.& c. non poteſt. ſuper verbo canonico. eod. tit. libro 6. in nouella.& fuit dictum ſpec. in tit. de diſpen. §. videns. ad finem. ver. porro.

Diſpenſatus vt non obſtante ætate poſſit conſequi, & retinere beneficium curatũ diſpenſatur, quod infra annum ſe nõ faciat promoueri. Et ideo non obſtante ætate, & quod non ſit in ſacerdotio poterit conſequi nedum beneficium, ſed etiã fructus, qui alias applicantur collegio, vel Capitulo, quàm diu curatum obtinens ſe faciet ad ordinem promoueri, quia propter hoc ſolum videtur facta diſpenſatio, ſi ſit adiuncta clauſula prouiſio, quod interim animarum cura &c. No. D. Ant. de iudi.c.at ſi clerici. C.de adulterijs. ver. ad quartum principale.& Io. And. de elect.c. cum ex eo. ſuper verbo iuſta de cauſa. lib.6. in nouella.

Diſpenſatus vt poſſit beneficium conſequi, & tenere non obſtante abſentia non poterit per hoc percipere fructus, quia illa diſpenſatio non ita directe reſpicit perceptionem fructuum ſicut illa, quæ fit ſuper defectu ætatis pro curato beneficio obtinendo, not. Dom. Anton. in dicto §.de adulter. ver. ad quartum principale, & Ioann. Andr. in dicto c. ex eo. in nouella.

Diſpenſare dicitur Papa ſuper incompatibilibus, licet alicui prouideat de beneficio curato, & in prouiſione dicat, non obſtante alio ſimili, quod obtinet, quia expreſſio facta de beneficio obtento cenſetur, ad vitandum ſubreptionem, non vt diſpenſationem retentionis inducat text. de præbend.c. non poteſt. in fin.lib.6.

Diſpenſatus ad ordinem non intelligitur diſpenſatio ad beneficium curatum, & ſic ſeruatur, vt not. ipſe cum poſſit habere quis ordines ſine beneficio. not. Dom. Anton. in dicto §.de adulter. ver. ad quartum principale. Anto. dicit, quod intelligitur diſpenſatus ad beneficium non curatum, & ſic ſeruatur, vt no. ipſe in c.poſtulaſti. de reſcrip. & idem tenet Oldr. conſ.222.

Diſpenſatus ad dignitates eccleſiaſticas non intelligitur diſpẽſatus ad epiſcopatum, nec diſpenſatus intelligitur ad archiepiſcopatum, ſecundum Inn. de conceſ. præben. c. dilectus.&

per

per Archidi. c.de præb.nd.c.licet.in lib.6.vide Dom. Ant. in §.de adulterijs.ver.venio ad tertium.

Diſpenſatio facta cum illegitimo, vt poſſit tenere beneficium in eccleſia cathedrali, an poterit illum conſequi in Metropolitana no.Io.And.de priuileg.c.quamuis.in lib.6.in ver. Metropolitana.quod intellige quando diſpēſatio eſt arctata ad ordines, & vnum beneficium dūtaxat, ſecus ſi eſt ampla,& ad plura beneficia etiam curam animarum habentia, vt no.Io.And.in addit. Spec.in tit.de fil.presbyt. §.1.circa fin. Item ſecus videtur ſi diſpenſatur, quia poſſit tenere beneficia ad collationem archiepiſcopalem ſpectantia,vt colligi poteſt ex notatis per Ioan.And.c.quamuis. ſuper verbo occaſio in nouella,& quod dictum eſt ſupra de diſpenſatione ampla,vt comprehendat non ſolum cathedralem, ſed etiam Metropolitanam,fuerunt verba Oldr.conſil. ſuo 21. vbi etiam dicit notabiliter, quod licet diſpenſatio non comprehendat beneficium curatum, tamen non eſt reſtricta ad beneficia certę ciuitatis,vel diœceſis,ſed eſt ampla,ad beneficia certæ prouinciæ, & fortius ſi eſt amplior ad beneficia totius mundi.ſub tali diſpenſatione veniunt beneficia etiā in eccleſia Metropolitana contra quod videtur, quod not. Innoc.in c.dilectus.de conceſſ. præben. ſed non eſt contra, quia in alijs terminis loquitur, quia verba ibi poſita, non ſunt apta includere archiepiſcopatum.

Diſpenſatus an ex hoc quod diſpenſatus eſt, ſit ad epiſcopum habilitatus, & ad eum promoueri poſſit ab inferiore a Papa,dic quod ſi eſt diſpenſatus, quo ad ſolam pœnam diſpoſitionis, nō poterit ab alio,quam a Papa promoueri ſed ſi eſt diſpenſatus ſuper, & quo ad promotiones futuras, & tunc poterit promoueri cum macula ſit ex toto deleta, ſecus in caſu in quo macula remaneret, vt in diſpenſatione ſuper defectu natalium non limitato.no.Do.Ant.in d.§.de adulterijs.ver.venio ad tertium.

Diſpenſatus ſimpliciter cenſetur diſpenſatus quo ad omnia, & ideo diſpenſatio ſimpliciter facta cum delinquente ſuper delicto habilitat eum, non ſolum quo ad beneficia habita, ſed etiam quo ad habenda, quia ex toto deletur vitium in diſpenſato. Secus ſi diſpēſatio refertur ad res, vel etiam ex toto nō deletur. No.D.Ant.in d.§.de adulterijs. ver.venio ad quartum principale.

Diſpenſandi facultas alicui conceſſa in hac forma, quod diſpēſare poſſit cum adultero, & cum inceſtuoſo, intelligitur diuiſim,non coniunctim.i.cum adultero tantum, non autem quod cum eodem poſſit de vtroque delicto ſimul diſpenſare,quia facultas diſpenſandi in quātum ius relaxat, & quia iure ſingulari conceditur ſtricti iuris eſt. Et ideo reſtringi debet cuius contrarium in hoc dicit Bar.vt not. Dom.Ant. in d.§.de adulterijs.circa fi.vide ſub verbo filius, qui eſt ſpurius, vbi omnino vide limitationē prædictorū. Adde quod habens poteſtatem diſpenſandi cum nato de adulterio duplicato.ſ.ex nato de patre vxorato, & matre alteri vxorata, vt patet ex notatis per Ioann.And.in addi.Spec.ſuper rub. qui fil.ſint legitimi.ver.quæro ſi natus. & verſic. huic quæſtionis.

Diſpenſatus poteſt plures perſonatus recipere, ſi ei canonice conferātur Sed non pōt eos recipere minus canonice, licet petat, & perſonatus ab eo auferri poſſunt, qui male, & iniuſte tenet, qui plures tenet,& ſic diſpenſatio excuſat a pluralitate non ab iniuſta contentione,vt no.Simo.& Io.And. in c.dudum.el 2.de elect.& Spec.de diſpen. §. vidēdum.ad fin.ver.quid ſi diſpenſatum. Ex his infertur,quod talis non incurrit pœnam inhabilitationis, quæ infligitur tenēti duo incompatibilia,ſine diſpenſatione,vt in extrauag.execrabilis,in contrarium facit, quia dicta diſpenſatio cōditionalis fuit, & conditio defecit, & conſequenter, nil debet operari.& hoc tenet Dom.Ant. in d.c. dudum. vlt.coll. Si autem diſpenſatio non fit conditionaliter, ſed ſimpliciter quis diſpenſatur,vt poſſit plura incompatibilia retinere,tunc ſi diſpenſatio refertur ad obtenta minus canonice, nihil operatur,quia eſt ſubreptitia,ſed ſi refertur ad obtinenda procedere tunc poteſt opin. Inn.de qua ſup.vt no. Dom Ant.de Sancto Geminiano in c. non poteſt. §. de præbend. libro ſexto.

Diſpenſatio non valet,quando fit pręcedente impetratione, qua nō obtenta,poſtea diſpenſatus beneficijs priuatur. & alteri certo conferuntur. Non enim potuit diſpenſari in præiudicium tertij impetrātis,cui erat ius quæſitum ſaltem ad rem. Not. Domin. Ant.in d.§.de adulterijs.ver.ſecundo ex parte perſonæ.

Diſpenſatio eſt actus iuriſdictionalis, & menſuratur poteſtas diſpenſandi a poteſtate pœnam imponendi, vnde non poteſt quis diſpenſare ſuper pœna, quam non poteſt imponere,not. Dom. Anton.in dicto §. de adulterijs. ver. ſecundo ex parte perſonæ.

Diſpenſare an videtur ille, qui ſcienter prouidet indigno, licet non exprimat,quod diſpenſet. Vide quod not.gl.de fil. presbyt.c.veniens.de ſchiſmaticis.c.2.de cler.coniuga.c.diuerſis fallacijs.& per Innoc.& Dom.Anto. in d.c.veniens. vbi omnino vide,& per eundem pleniſſime in dicto c. conſultationibus.de iure patron.in ſecunda,& tertia charta.

Diſpenſare nō poteſt legatus a latere ſuper pluralitate beneficiorum. not. Rot.concluſ.a 99.& vide ſub verbo beneficia plura.& vide in § diſpenſare nō poteſt epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus circa ætatem promouendorum ad ordines. no.de ætat. & qual.clem.in fin.in gloſ.penultima.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus cum patiente defectum ordinis,vel ætatis,vt beneficium curatum obtineat.no. Domin. Anto.c.at ſi clerici. §.de adulterijs. ver.quod diſpenſet. In hoc tamen hodie obſeruatur,vt no.in c.1.de ætat. & qualit. lib.6.in nouella,vbi omnino vide.

Diſpenſare ſicut non poteſt epiſcopus in ætate cum rectore parochiali eccleſiæ,ita nec cum perpetuo Vicario.no.Ro.concluſ.263.

Diſpenſare poteſt epiſcopus contra concilia ex cauſa magnæ neceſſitatis,vel vtilitatis,& quę ſunt cauſæ permiſſæ,& prohibitæ,quo ad diſpenſationem,vide Ro. concl.253.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus ſuper irregularitate,quam irregularis ab epiſcopo diſpēſabilis celebrando incurrit. no. Dom. Anto.de coh.b.cler. & mulier.c.veſtra. in 4.op.circa fin. Nam ſolus Papa ſuper irregularitate diſpenſat.& ſuper defectu,qui erat in promoto ad epiſcopatum tempore promotionis.not.D.Ant.in d.c.at ſi clerici.§.de adulterijs.ver. venio ad tertium.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum curatorum,vel dignitatum.aut perſonatuum,ſed ſuper beneficijs ſic.de præb.c.de multa.de conceſſ.pręb.c.literas. & vtrobique no.gl.& vide ſub verbo beneficium. §.beneficia multa,& plura. Et vide ſub verbo diſpenſare poteſt epiſcopus ſuper pluralitate, & vide Dom.Ant. omnino in d.c. de multa.ad fin.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus ſuper duobus canonijs vel præbend. in eadem eccleſia,ſed in canonia perſonata, & officio ſic. not.Ioan.And.de conceſſ.præben.in gl.fin.de prębend.c.de multa.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus ſuper bigamia, quia inducit irregularitatem ex defectu,& tamen diſpenſat cum mutilato, licet ex defectu irregulatis ſit. not. Dom. Ant.de iudi.c. at ſi clerici.§.de adulterijs.ver.oppono, quod diſpenſatio. Sed Rota dicit quod epiſcopus, cum bigamo vero,vel interpretatiuo diſpenſat quo ad minores,non quo ad ſacros, in quibus ſolus Papa cum bigamo vero diſpenſat de poteſtate abſoluta,non de ordinaria. Cum interpretatur aut de ordinaria diſpēſat, & ſuper executionem ordinū ad quos fuit bigamus ſui diſpenſatione promotus, ſolus Papa diſpenſat etiam de ordinaria poteſtate. Not. Rota concluſione 426.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus cum illegitimo, licet irregulari ex alieno delicto.no. Dom.Ant.in d.c. de adult.ver.op. quod diſpenſet,dic tamen hodie hoc in c.1. de ſup. neglig. prælat.procedere,vt lib.6.ſuper gloſ.penul.in nouella.vide omnino de æta.& qualit.c.1.eo.lib.io tex.& gl.ſuper verbo beneficium,cum tribus gloſ.ſequen. & in nouella ſuper dictis.gl.& ſup.ver.cura.

Diſpenſare nō poteſt epiſcopus cum clerico depoſito propter

etimen,

crimen, ſed ante depoſitionem ſic, cum ſuſpenſo autem poteſt diſpenſare tam poſt ſuſpenſionem, quam ante, not. Do. Ant. in dicto §. de adulterijs. ver. op. quod non diſpenſet. Ratio autem, quod poſt depoſitionem nõ diſpẽſat, eſt, quia non deponitur quis niſi ex delicto graui, vel manifeſto, & ſic cauſante irregalatitate, in qua ſolus Papa diſpenſat. vt not. Dom. Ant. eo. §. ver. venio ad tertium.

Diſpenſare poteſt epiſcopus in adulterio, & minoribus delictis cum clerico alias ſuſpendendo, vel deponendo. Sed aduerte, quod inquiritur, illum in quo diſpenſatur egiſſe pænitentiam in toto, vel pro parte, ſi ſuper crimine facta fuit diſpenſatio, quia cum impenitente, & in peccato remanente, non poteſt diſpenſari. No. Dom. Anto in d. §. de adulterijs. in princ. & ver. venio ad tertium. quod eſt, verum in debito. Si tamen fieret diſpenſatio illa nulla pænitentia peracta tenet, vt no. in dicto capitulo. ver. venio ad tertium.

Diſpenſare poteſt epiſcopus in hæreſi. Item in ſacrilegio, & cũ ſchiſmatico, tam in beneficio quam in ordine. Item in omnibus capitalibus occultis, & concludit in materia delictorum, quod in adulterio, & in leuiorib. diſpenſat epiſcopus, niſi vbi expreſſe reperitur prohibitum. In grauibus autem ſiue maioribus non diſpenſat, niſi vbi apparet expreſſe permiſſum, & maiora intellige omnia delicta cauſatiua ex irregularitate, ſiue ex delicto, alias hoc relinquitur arbitrio iudicis, quem in maioribus informabit arbitriũ conſiderandi adulterium, vt plurimum. cum quibus diſpenſat. not. Dom. Anton. in d. §. de adulterijs. ver. venio ad vltimum. vſque ad finem.

Diſpenſare poteſt epiſcopus ſuper inceſtu etiam inuito accuſatore, licet delictum ſit probatum, quia eſt permiſſa poteſtas diſpenſandi ſuper inceſtu. Sed non poteſt cum eodem diſpenſare de adulterio, & inceſtu ſimul, ſecundum Ioann. And. vt no. Dom. Anton in d. §. de adulterijs. ver. veniõ ad vltimum.

Diſpenſate poteſt epiſcopus cum reo etiam inuito accuſatore, licet delictum ſit probatum, quia poteſtas diſpenſandi in epiſcopo eſt libera, & hoc habet a iure, nec debet ei beneficiũ iuris auferri, quod intellige, niſi diſpenſatio tangeret priuatum præiudicium accuſantis, vt qui erat cum reo, ſed nõ poteſt diſpenſare cum accuſatore qui non probabit cum puniatur ex præſumptione calumniæ, ſecundum Ioan. And. vt not. Domin. Ant. in §. de adulterijs. verſic. ſecundo ex parte perſonæ.

Diſpenſare poteſt epiſcopus in clerico infamato, & ipſum famæ reſtituere poſt ſententiam, ſicut poteſt princeps. & Senatores, quia eccleſia habet ſenatum, not. Domin. Anton. de iudic. cap. at ſi clerici. in principio. verbo venio ad tertium.

Diſpenſare non ſolum poteſt epiſcopus ſed etiam cogitur poſt pænitentiam peractam ſubſiſtente cauſa, non tamen datur ad hoc actio, ſed iudicis officium implorat, quo implorato, ſi non diſpenſat, peccat, & iniuriam facit, & tamen coram ſuperiore agi poteſt ſaltem eius officium implorando, ſed ſi diſpenſatio petitur ſine cã, tunc non cogitur diſpenſare, licet ſit pænitentia peracta, poteſt tamen ſi vult cum ſit permiſſa diſpenſatio, & tunc eſt gratia, ſed primo caſu eſt debita, & tunc ſi eſt ius, non ſit executio iuſtitiæ. Not. Dom. Anton. in d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. verbo ſecundo ex parte perſonæ.

Diſpenſare non poteſt epiſcopus circa canones pœnales, vel inhabilitantes, in caſibus, in quibus epiſcopis eſt prohibita diſpenſatio, ſed econtra diſpenſat in caſibus, in quibus ſpecialiter eſt permiſſa epiſcopo, tunc ſi prohibitio eſt actus cõſilij, & latæ ſententiæ non diſpenſat inferior epiſcopo excepta excommunicatione. Si autem eſt alia conſtitutio, quam pœnalis vel inhabilitans, tunc ſi diſpẽſatio eſt permiſſa ſimpliciter, licet non ſit permiſſa epiſcopis ſpecifice, poteſt epiſcopus diſpenſare, niſi illa conſtitutio imponat epiſcopo legem, & ſic regula prædicta reſtringitur ad canones aſtringẽtes ſubditos. Sed ſi diſpenſatio eſt prohibita, vel ſaltem non apparet iuris permiſſio, vt quia ius aliquod prohibet, non tamen excipit, ne diſpenſetur, tunc epiſcopus non diſpenſat, quia habet ſeruare canones. No. D. An in d. §. de adulterijs. ver. concludo penul. col. in materia autem delegatorum dic vt ſup. in alijs. §. dictum eſt.

Diſpenſate poteſt epiſcopus cõtra propriam conſtitutionem, quia & eam poteſt in totum tollere. quod intellige niſi conſtitutio tranſiuerit in legatum, vel alterius priuilegium, vel niſi cõſtitutio ſit iurata, quã tollere non poſſit, contra eã tamen non diſpenſat, cum ſeipſum non poteſt abſoluere a iuramento. No. Dom. Ant. in d. §. vlt. colum. Contrarium tenet Pet. More. in hoc vltimo, in c. licet canon. de elect. lib. 6. ſuper verbo carere. de quo vide plene per Dom. Ant. in c. 1. de his, quæ fi. a ma. par. Capit. & vide quod not. per eum. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitution. 7. col. ver. nota diligenter.

Diſpenſare poteſt epiſcopus, etiam ſine conſenſu Capituli, ſecundum communem opinionem, quia ius diſpenſandi competit epiſcopo de iure ſpeciali, in quo habet Capitulum cõmunicare, & licet hoc non eſſet de iure ſcripto an poſſit conſuetudo hoc operari. No. Do. Ant. in d. §. de adulterijs. ver. venio ad declarandum.

Diſpenſare poteſt epiſcopus confirmatus tantum, quia diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis. no. Dom. Ant. in d. §. de adulterijs. vlt. col. Contrarium tenet Petr. More. ver. venio ad declarandum.

Diſpenſare poteſt epiſcopus cum quolibet inferiori in materia pœnali, niſi vbi ſit expreſſe prohibitum, quia pœnæ arbitrariæ. Fallit in caſibus reſeruatis, quæ habentur in c. 1. de pæn. lib. 6. Ita no. Dom. Ant. in d. §. de adulterijs. ver. concludo. penul. col.

Diſpenſare non poteſt prælatus inferior epiſcopo, etiam vbi eſt permiſſa diſpenſatio, niſi ſpecialiter appareat inferiorib. conceſſa, quia talia grandia reſeruauit, niſi abbas. vel inferior prælatus haberet epiſcopalem iuriſdictionem. not. Do. Ant. in d. §. de adulterijs. circa fin.

Diſpenſationem alias inualidam poteſt conſuetudo inualidare. no. Domin. Anton. in d. §. de adulterijs. ver. venio ad declarandum.

Diſpenſare poteſt ſolus Papa in voto Hieroſolymitano, quod eſt verum in voto propter ſuccurſum facto, ſecus ſi quis vouit ſepulchrum viſitare, vel Sãctum Iacobum, vel Romam, quibus caſibus, etiam inferior a Papa diſpenſare poteſt, niſi ſint reſeruata. Not. D. Ant. de fide inſtru. c. quod ſuper his. ver. tertius.

Diſpenſare poteſt Papa matrimonium contrahi in ſecũdo gradu conſanguinitatis in linea æquali. No. Do. Ioann. And. & Do. Ant. in c. licet ... de reſt. ſpol. & de diuort. c. gaudemus. ſed ex cã poteſt etiam in linea inæquali, & quolibet gradu, lex diuina prohibita diſpenſare. no. Io. And. qui fil. ſint leg. c. per venerabilem. ſuper ſecunda. in fin. debet tamen eſſe magna cauſa, ſecundum Innoc. & Hoſtien. & Ioann. Andr. & Arch. ... diſpenſare an poſſit Papa. Vbi omnino vide ... diſpenſare ex cauſa poteſt in primo gradu affinitatis. ... in c. fin. de diuor. nec ob. quod ſit prohibitũ lege diuina, qua non poteſt tolli per humanam, quia non tollitur, ſed ex cauſa diſtinguitur, & hoc fieri poteſt, vt no. Innoc. de cõſti. c. quæ in eccleſiarum. Ad quod optime facit, quod no. Io. An. in regula actus legitimi. in fi. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus.

Diſpenſare non poteſt Papa, quod matrimonium carnali copula conſummatum diſſoluatur, ſed ſi non interceſſit copula diſpenſare poteſt no. gl. de conuer. coniug. c. ex publico. quod vltimũ procedit de poteſtate abſoluta, ſed de ordinata non poteſt, niſi ſubſit cauſa, ſecundum Hoſt. & Io. Andr. ibidem. maior eſt ergo poteſtas in diſpenſando circa matrimonium contrahendum, quam in diſpenſando circa contractum, quia libere diſpenſat, quod contrahatur contra legem diuinam cum cauſa, vt ſupra §. proximo dictum eſt. In contracto autem diſſoluendo, ſi eſt ſimpliciter ratum, & ſic lege canonica validum, diſpenſat libere ſine cauſa, de poteſtate abſoluta, ſed ſi eſt conſummatum, tunc quia ipſum repræſentat conformitas carnis, & inter Papam, & eccleſiam nulla ex cauſa rumpi poteſt, & qui aliter ſentit hæreticus eſt. no. Ioann. And. in d. c. ex publico. in fin. ſed aliter no. per eum in c. actus legitimi. de reg. iu. libro ſexto, in Mer-

Digitized by Google

in Mercurialibus, in fine. vide gloſſam in c. de tranſactionibus.

Diſpenſare in quibus non poſſit Papa, vide Innoc. de ſtatu monachorum. c. cum ad monaſterium. & gl. in c. literas. de reſt. ſpol. in 4. gloſ.

Diſpenſatio per quam conceditur promoto, quod beneficia, quæ tempore promotionis obtinebat, retinere poſſit, intelligitur de illo, qui canonice obtinebat, quia talis diſpenſatio in beneficijs obtentis nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat. tex. eſt & gloſ. de reſcriptis. c. ſi gratioſe. in fin. libro ſexto.

Diſpenſatio generalis reſtringitur ad caſus, in quibus facilius diſpenſatur, ideo ſi ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſetur, intelligitur in diuerſis eccleſijs, non in eadem. Not. Dom. Ant. de præbend. c. de multa. coll. 7. ver. venio ad tertiam partem.

Diſpenſare poteſt ſolus Papa cum corpore vitiato. not. Ioann. Anton. de corpo. vitiatis c. 1. & c. ſignificante. ſuper gloſſ. final.

Diſpenſatio in maiori non extenditur ad ſimile, vel minus, niſi illud minus ſub maiori includatur. No. Io. And. de reſcri. c. poſtulaſti. Et ideo diſpenſatus qui non poteſt promoueri ad maiora beneficia, conſequetur curatum, non obſtante illegitimitate, & videtur diſpenſatus conſequenter quo ad ordines inferiores, & promoueri poſſit ad id, quod includitur. No. Ioann. And. in addit. Specul. in tit. de lega. §. final. ver. quid ſi diſpenſatur. & Anr. in dicto c. poſtulaſti.

Diſpenſare an poſſit legatus cum illegitimo quo ad beneficia curata, & ſacros ordines. Vide gl. de fil. presbyt. c. 1. lib. 6. ſuper verbo Sedi Apoſtolicæ.

Diſpenſatio licet tanquam odioſa non extendatur ad cauſam parem, vel minorem, illud eſt verum in diuerſis, & ſeparatis ſpeciebus, ſecus in incluſis, & connexis, vt no. Ioann. Andr. in addi. Specul. in tit. de lega. §. fin. ver. ſecundu trahitur diſpenſatio ad conſecutiua, poteſt dici incluſa, & connexa.

Diſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis valet, & in dubio eius poteſt diſpenſatus matrimonium contrahere, licet in diſpenſatione nulla fiat mentio de impedimentu publicæ honeſtatis, & iuſtitiæ orto de ſponſalibus, vel matrimonio, vt not. Guil. de Montelan. in Sacramentali ſuo. in fin. licet Ioan. And. reſtringat talem diſpenſationem ad affinitatem, ex coitu illicito ortam, quod eſt falſum, tamẽ quia eſt in dubio, & non debet præſumi delictum. ff. pro ſocio. l. merito. tum etiam quia verba diſpenſationis matrimonialis nõ ſunt reſtringenda, ſicut & verba iuris communis, vt patet in extrauag. clem. 6. quæ incipit, & nuper. iuncto c. ſi. de conſang. & affin. niſi ex conſuetudine reſtringantur, vt ſcãdalum euitetur, vt in c. quod dilectio. eod. tit. ſed aliud eſt, quando ius cõmune tollitur large de affinitate ex licito, vel illicito coitu, & conſequenter etiam intelligitur ſublatum impedimentum honeſtatis publicæ, & iuſtitiæ, nec iuuat dicere, quod c. non debet. cum gl. loquatur, quando impedimentum tollitur in genere quo ad omnes, diſpoſitio ſolum tollit in ſpecie quo ad aliquos, quia quod operatur diſpoſitio generalis in ſuo genere idem operatur ſpecialis in ſua ſpecie. ff. de admin. tut. l. ſi duo. Et ſi Ioan. And. dictum extrau. vidiſſet, nec etiam dixiſſet, quod ſcripſit in Summa per eum compoſita ſuper 3. lib. decret. vbi dicit, quod cum aliquibus diſpenſatur, vt poſſint in quarto gradu contrahere, reſtringetur diſpenſatio, vt locum habeat diſpenſatio dũtaxat, quando vterque contrahentium eſt in quarto gradu, quod eſt falſum, & contra textum extrauag. prædictæ, & vide ſupra §. ptimo.

Diſpenſatio quædam eſt ſimpliciter permiſſa, & quædam eſt debita, & dicitur de iure debita, quando petitur ex legitima cauſa, vt no. gl. 50. diſtinct. c. domino Sancto. & c. conſtituerunt. hinc eſt, quod licet pro ipſa conſequenda non detur actio, poteſt tamen iudicis officium implorari, vt not. glo. 1. quæſt. 7. c. exigunt. & ſi ordinate eam denegat, peccat, & poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, vt not. gl. in dicto c. exigunt. & d. c. domino Sancto. Ratio eſt, quia talis diſpenſatio, non eſt mera gratia, ſed ius quoddam, & iuſtitię executio, vt no. Archid. in d. c. conſtitueretur. & de elec. c. licet canon. lib. 7. dicitur autem debita, quãdo petitur propter grauia ſcandala vitanda. c. vt patet. de conſang. & affinit. c. quia circa. & 1. q. 7. c. neceſſaria. Itẽ propter ſtragem gentium vitandam, vt d. c. conſtituerunt. & 23. q. 4. ipſa pietas. Itẽ propter pacem habendam, & guerram vitandam. Et vbicũque vtilitas publica ſuadet. in c. ſi. qui fil. ſint legitimi. & 1. q. 7. c. noli. & c. quotiens.

Diſpenſare non poteſt Papa ſuper matrimonia contrahenda propter defectum conſenſus, videlicet quod matrimonium valet inter illos, qui non conſentiunt. No. Io. And. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. ſuper 2. gl poteſt tamen Papa ex cauſa neceſſitatis propter bonum pacis diſpenſare, quod in plures matrimonium contrahent, licet perfectum conſilium, vel conſenſum non habeant, vt eſt caſus in c. a. de deſponſat. impub.

Diſpenſare an poſſit Papa, quod conſtitutus in ſacris in ordine ſubdiaconatus poſſit matrimonium contrahere, & conſequenter an poſſit diſpenſare vltra votum continentiæ, vide quod no. gl. 32. diſtinct. c. de illo. & de cle. coniugat. c. cum olim. vbi dicit, quod poteſt ex cauſa, non ſine cauſa, & quæ ſit ſufficiens cauſa no. Archid. 25. q. 1. c. ſunt quædam. & Io. Andr. de ſtat. mon. c. cum ad monaſterium. & Hoſt. in ſumma de voto. §. qualiter. ad fin. & vide omnino Innoc. in c. niſi cum pridem. ſuper verbo malitiam. de renunc. vbi cauſas diſpenſandi contra iura exprimit. Sed Hoſt. alibi concludere videtur, quod non poſſit diſpenſare in contrahendo, ſed in contracto retinendo ſic, vt ipſe not. in tit. qui cler. vel vouent. §. quamuis vouens. & ſe. ſi tamen videatur, dicit etiam ibi, quod ex cauſa poteſt Papa diſpenſare etiam in contrahendo. Concludo ſecundum Diuum Thomam 2. 2. q. 88. artic. 11. quod cum conſtituto in ſacris poteſt Papa diſpenſare, vt matrimonium contrahat, ſecus in profeſſo religionem aliquam approbatam, ſecundum formam c. 1. de voto lib 6. Sed Ioan. And. poſt Inn. & Hoſt. dicit, quod etiam cum profeſſo poteſt diſpenſare Papa, ex magna cauſa, & magnam cauſam appellat, quando per diſpenſationem ſucceſſit pax patriæ, vel patria infidelis ad fidem cõuertitur, vt ipſe no. in reg. ſemel Deo. de reg. iur. lib. 6. & in d. c. cũ ad monaſterium. ſuper vlt. gl. & in c. 1. de voto. ſuper glo. fin. & vide omnino, quod not. per eum in c. placet. de conuerſ. coniug. in gl. fin. & vide omnino, quod no. per eum in c. placet. Idem autem quod notab. Ioan. And. dixit, Papam poſſe ex magna cauſa diſpenſare, etiam cum profeſſo, fuit etiam de mente Magiſtri Sententiarum. vt not. Arch. 25. q. 1. c. ſunt quædam. vbi omnino vide, quia ibi ſpecificat plures caſus, ex quibus diſpenſatio fieri poteſt pro magna guerra ſopienda, & pro augmentando cultum diuinum, niſi eſſent pauci fideles, vel pro vitanda ſtrage gentium, vel ſi communis vtilitas tutius eccleſiæ, regni, vel prouinciæ hoc expoſcerit, quod diſpenſatio fieret. Et prædicta procedunt de poteſtate ordinaria. Sed de plenitudine poteſtatis videtur, quod Papa poteſt ſuper quolibet voto continẽtiæ ſolennizato diſpẽſare, etiam ſine cauſa, vt ſentit Hoſt. in ſumma, ſi quis diſputabit. Quinimmo videtur, quod etiam de ordinata poteſtate poſſit Papa ſine magna cauſa diſpenſare, quod presbyter, & monachus poſſit matrimonium cõtrahere, quia presbyter, & monachus etiam non prohibentur lege diuina contrahere, ſed ſolum prohibentur ex conſtitutione canonica. Ideo ſi conſtitutio canonica non emanaſſet, matrimonium cõtractum per presbyterum, uel monachum ualeret, vt not. Hoſt. & Io. And. in c. rurſus. qui cler. vel vo. & in c. meminimus. eo. tit. Votum ergo continentiæ, & ſolennitas uoti non impediunt matrimonium, ſed ſola cõſtitutio eccleſiæ, ut eſt expreſſum in c. 1. de voto. lib. 6. & ibi etiam no. Ioan. And. in nouella. Vide etiam per ipſum, in regula ſemel Deo. & c. actus. de reg. iur. lib. 6. ſicut ergo ſtatuit ſua voluntate, quod tales non poſſint contrahere, & ſi contrahant non valet, ita & contraria volũtate poteſt ſtatuere, quod de cetero matrimonium per tales contractum ualeat, & ita tenet Hoſt. iẽ. & Ioan. And. & Dom. Anton. in dicto c. rurſus. Ergo ſi poteſt Papa ſtatuere quo ad omnes, quod presbyteri, & monachi, poſſint contrahere, fortius poteſt cum vno diſpenſare, ut cõtrahat, & hoc articulo utitur Hoſt. & Ioann. Andr. in c. cum

ad

Digitized by Google

ad monaſterium, tamen iſti concludunt, quod requiratur cauſa magna, ſed ratio, & argumentum concludunt, quod talis cauſa non requiratur, quia eius eſt reuocare, cuius eſt ſtatuere, & concedere, niſi dicas, quod cum eccleſia ex magna cauſa ſtatuerit, quod conſtitutus in ſacris, & monachus non poſſint contrahere, quam cauſam refert Ioan. Andr. in c. 1. de voto. lib. 6. in nouella. ſimiliter abſque magna cauſa non debet contrarium ſtatuere, nec etiam diſpenſare videtur l. nihil eſt tam naturale. ff. de reg. iur. & quod no. gl. in l. verum. eſt in princ.

Diſpenſatio per Papam, vt quis non teneatur ſe facere ad ordines promoueri, habet vocem in Capitulo, & quotidianas diſtributiones percipere. & optare poteſt, ſi conſuetudo optandi adeſt, ac ſi promotus eſſet, quia impedimentum, quod obſtabat, ſublatum eſſe videtur per diſpenſationem, vt no. Io. Andr. in clem. vt hi qui. de ætat. & qual. in gloſſ. ſuper verbo in Capitulo. & idem not. Pau. & Dom. Ant. in eadem clemen.

Diſpenſatus non eſt idem cum illo, qui non eget diſpenſatione, vt no. Ioann. Andr. in regula generali, libro 6. in Mercurialibus. ſub quæſtione 49. & hoc intellige quo ad omnia. Sed quo ad id, in quo eſt diſpenſatus, idem cenſetur, vt ibi no. & vide in §. ſunt verba facienda.

Diſpenſatus quo ad beneficia curata, non obſtante defectu ætatis poteſt aſſequi parochialem eccleſiam, nec tenetur promoueri ante vigeſimum quintum annum. Et vi talis diſpenſationis conſequitur fructus, etiam ſi ex conſuetudine, vel ſtatuto, vel alio iure debiti eſſent alteri, quamdiu rector eccleſiæ reciperet ſacerdotium, quia per diſpenſationem prædictam fingitur ſacerdos quo ad fructus, vt no. Io. Andr. de elect. c. cum ex eo. ſuper verbo iuſta de cauſa. in nouella. vide ſup. §. diſpenſatus vt poſſit.

Diſpenſatio Papæ facta ſuper matrimonio contracto, & ſecundum canones prohibito, trahitur retro, vſq; ad principium contractus; ſecus ſi eſſet diuina lege prohibitum, quia tunc diſpenſatio non trahitur retro, ſed valet vt ex nunc, non vt ex tunc, vt no. Io. And. c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. ſecundum gl. ſed D. Ant. dicit, quod nullo caſu diſpenſatio trahitur retro, vt ipſe no. in dicto c. per venerabilem. ſecunda col.

Diſpenſare poteſt archiepiſcopus, & legatus ſuper defectu ætatis, & ordinum epiſcopalium ex cauſa neceſſitatis, & vtilitatis eccleſiæ, vt no. Ioann. Andr. in addit. in titu. de lega. §. nunc de epiſcoporum. ver. ſed numquid legatus. licet Spec. ibi teneat contrarium. Et idem quod Spec. te. Dom. Anto. in c. præterea. de ætat. & qualit. §. ætas. Et idem ſentit Innocent. in c. innotuit. in 1. gloſs. de elect. vbi dicit, quod cauſæ maiores ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, & etiam electiones epiſcoporum ſunt de maioribus cauſis. Et eſt caſus, vt ibi dicit, licet ipſe non alleget, in c. quamuis. in princip. de elect. libro 6. & pulcher eſt caſus, in c. s. de ætate, & qualitate, libro ſexto. & videtur caſus, vbi a contrario ſenſu colligitur, quod in dignitatibus ciuitatis non poteſt ordinarius diſpenſare ſuper ætate, & ita tenet Ioann. Andr. in gloſſ. ſuper verbo non, in nouella. Et ſi hoc prohibet in dignitatibus inferioribus, in dignitate epiſcopatus dicendum eſt, quod maiorem curam habet, non ſolum ſui Capituli, ſed totius ſuæ diœceſis. de offic. ordin. c. ſi epiſcopus. & c. cum epiſcopus. lib. 6.

Diſpenſatio alicui facta, vt poſſit plura incompatibilia beneficia retinere, reſtringitur ad duo tantum, vt not. Domin. Anton. de election. c. dudum. il ſecondo. in penultima columna. Et vt diſpenſatus poſſit duo incompatibilia retinere, intelligitur de primis duobus, quæ habuit. De præbendis c. non poteſt. §. illud. lib. 6.

Diſpenſandi facultas conceſſa alicui, quod poſſit diſpenſare cum aliquo, vt retineat duo incompatibilia beneficia ſi ei canonice conferantur, ſi diſpenſatio fiat cum habente curatum tempore diſpenſationis, non valet diſpenſatio, quia non fuit ſeruata forma reſcripti, ſecundum quoſdam. Sed Ioann. Monach. tenet contrarium, vt no. Ioann. Andr. in c. non poteſt. ſuper verbo recipere. de præbend. lib. 6.

Diſpenſandi facultas ſi eſt conceſſa epiſcopo, vt cum tribus clericis curata beneficia habentibus poſſit diſpenſare, tunc ſuper alijs curatis poteſt diſpenſare, ſi illa canonice conferantur, ſi autem epiſcopus diſpenſat cum clericis non habentibus curata, diſpenſatio non valet, nec excuſat tenentem incompatibilia, etiam canonice acquiſita, quia diſpenſatio fieret contra formam indulgentiæ, vt not. Io. Andr. de præbend. libro ſexto, c. non poteſt. ſuper verbo recipere, in nouella.

Diſpenſandi facultas conceſſa epiſcopo, vt cum tribus clericis poſſit diſpenſare ſuper retentione plurium incompatibilium, intelligitur quod debeat diſpenſare cum perſonis literatis, & probatæ vitæ, non autem cum alijs, vt not. Ioan. Andr. & Innocent. de elect. c. dudum. il ſecondo, ſuper verbo canonice. Hoc verum quando facultas dicit, quod poſſit diſpenſare cum vno, vel in pluribus, non expreſſis proprijs nominibus, ſecus ſi propria nomina exprimantur, vt not. Specul. in titul. a. §. videndum. verſicul. quid ſi Papa.

Diſpoſitio quælibet in tempus collata intelligitur rebus ſic ſe habentibus, & non mutatis, per not. gloſ. in l. quod ſcimus. ff. de condict. ob cauſam. & eſt text. in l. cum quid. in principio. de ſolution. & cap. quemadmodum. de iureiurando.

Diſtributiones quotidianæ non debentur duplices vni, duo beneficia habenti in eadem eccleſia, licet ſi illa beneficia eſſent duorum, deberentur cuilibet eorum ſimplices diſtributiones, licet Ioann. Andr. dicat contrarium, vt not. Domin. Anton. de re iudic. c. cum olim. & pro Domino Antonio facit quod no. Rot. concluſione 130. vbi omnino vide, quæ ibi allegantur, etiam hanc opinionem Domin. Anton. probat text. in c. felicis. §. adijcientes. de cenſi. libro ſexto.

Diſtributionum quotidianarum appellatione comprehenduntur portiones funeralium, vt not. Lapus allegatione 43. & 36. In contrarium facit text. de cleric. non reſiden. vbi parificat duo prædicta. Ergo non ſunt idem, ſed poteſt dici ex quo a iure parificantur, diſpoſitum in vno, habet locum in reliquo ſecundum theoricam Pet. gloſſam, & Domin. Antun. in capitul. de multa. de præbendis.

Diſtributiones quotidianæ, an poſſint cõſuetudine deberi non intereſſenti, vide ſub verbo conſuetudo. §. conſuetudo non valet, quod diſtributiones.

Diſtributiones quotidianæ, & mortuaria ſiue anniuerſaria, nõ computantur in valore beneficij, no. Ioan. And. in additio. Spec. ſuper rubric. de conceſſ. præbend. ver. demum quærebatur. Et idem dicit Oldrad. de quotidianis diſtributionibus in conſ. 117.

Diſtrictus qualiter accipiatur, vide gloſs. in clemen. ne Romani. §. ſane. & c. vbi periculum. §. porro. de election. vbi dicit Ioann. Andr. quod diſtrictus, & territorium idem ſint. Similiter in capit. licet cauſam. de probationibus.

Diſtrictualium appellatione continentur etiam clerici, quo ad eorum fauores, vt no. Io. And. in c. fin. de offic. deleg. lib. 6. in nouella.

Diuiſio bonorũ communiũ debet fieri per fratrem maiorem, & antiquiorem, & minor factis partibus habet electionem accipiendi, quam partem vult, vt not. per Butr. in cap. 1. de paroch. Contrarium dicit Bartol. quod per ſortem diuiditur, in l. 1. C. de his, qui ſe defen. libro decimo. & in l. a. C. quando, & quibus debeatur quarta pars.

Doctor, vel eius filius, vel nepos, an poſſit pro debito carcerari, vide ſub verbo carcer. §. 1. & vide ſub verbo Scholaris.

Doctores decretorum ſunt legum Doctoribus præferendi, quo ad honores conferendos. In iudicando autem, & conſulendo ceteris paribus magis creditur in arte ſua peritis. Not. Domin. Ant. de iudic. c. at ſi clerici.

Doctoris filius eſt ceteris paribus præferendus l. nemini. C. de diuer. iudic. & ibi per Bart.

Doctor quibus priuilegijs gaudeat, dic, quod decem, quæ declarat Franciſc. de Zabarell. in clem. a. in princ. de Magiſt. quæſt. 1.

Dolus qualiter probetur vide bon. tex. & gl. de renun. c. a. lib. 6. & de rerum permutation. c. a. in gloſ. ſuper verbo fraude. & per Ioannem Andr. in regula ſcienti. lib. 6. in nouella. & per Bartol. In tractatu de teſti. §. dolus. & vide ſub verbo opin.

Domicilium originis mutari non poteſt. not. gloſſ. ff. de Senat. l. penultim. ſed domicilium, quod quis ex habitatione ſibi conſtituit, mutari poteſt verbo, & facto transferendo ſe ad alium locum cum familia, & rebus. ff. de municip. l. domicilium. & de fund. inſtruct. l. prædio.

Dominium proprie non cadit in iuribus incorporalibus, ſicut nec poſſeſſio, ſed appellatur, quaſi dominium, & quaſi poſſeſſio, tex. ſub verbo confeſſio. §. probatio. & §. proprietas. per totum.

Dominium an acquiratur per conſtitutum factum a domino, qui non poſſidet, vide Bart. in l. interdum. §. fin. de acquir. poſſ. & l. Celſus. ff. de vſuris.

Dominium bonorum eccleſiaſticorum cuius ſit, vide ſub verbo prælatus. §. prælati non ſunt. & §. ſeq.

Dominij appellatio intelligitur de directo, quando verum dominium proferatur ab eo, qui ſuo dominio tantum vti poteſt: ſecus quando poteſt vti ſuo, & alterius, vt in ceſſionario rei venditæ, qui poteſt vti dominio directo cedentis, & ſuo vtili. Tunc enim appellatione dominij venit etiam vtile. Not. Rota concluſione 194. Sed in ſtatuti appellatione intelligitur de directo. No. Bartol. in l. 2. ff. de reſcript.

Dominium directum, & vtile acquiritur ex præſcriptione, in quantum directe, & vtiliter accipimus prout diſtinguitur ex modo vtendi, quia præſcribens rem ſimpliciter habet vſum, & vtrumque dominium. §. habet. alias non haberet dominium totale, ſed partiale. Sed accipiendo dominium directum, prout directe deſcendit a iure naturali, vel quando res vacans accipiatur, vel a vero domino traditur, tale directum præſcriptione non quæritur, vt not. Ioan. And. in Mercurialib. in regula poſſeſſor ſuper quarta quæſt. in fin.

Dominium poteſt in alium transferri abſque vera poſſeſſione, dum tamen aliqua traditio interueniat, not. Domin. Anton. de cauſa poſſ. in fin. 14. col. ver. venio ad ſecundum articulum.

Dominium an transferatur per ſententiam ſiue per traditionem, vide Bartolum in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquirend. poſſeſs. & vide textum. ff. de ſtatuliberis. l. ſtatuliberi a cæteris. §. Quintus. Dic quod non tranſit, vt not. gl. de offic. iudic. §. fin. vide omnino Bald. in l. 1. §. coram vtrinſque iudic. §. fin. vide etiam tex. gloſ. & Bart. in l. exceptio. ff. de except. rei iudic. & Innocent. in c. cum dilectus. de elect.

Dominium an transferatur in alium per confeſſionem dicentis, eſſe dominum, cum tamen ipſe ſit dominus. Vide Bartolum, & Bald. in l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignorant.

Dominium transfertur ſine poſſeſſione, eo ipſo quod princeps aliquid dat per gratiam, vel priuilegium, vt not. Bald. in procemio vſuum feudorum. verſic. dixi ſexto. Secus ſi princeps gratiam non facit, ſed cum alio contrahit, vt not. Bald. in c. 1. §. inueſtitura. de natura ſucceſſ. feudi.

Dominus tenetur ex delicto Vicarij, vel alterius officialis, ſeu delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi quam cito ſciuerit, purgauerit eius delictum. Not. Rota concluſione 266.

Dominus non poteſt agere pro ſubdito, vel colonis ſuis actione iniuriarum contra epiſcopum, vel alium. niſi proſecutus fuerit iniuriam, & odium ipſius domini. Et ſimiliter non poteſt agere dominus pro rebus ablatis ſubditis, vel colonis ſuis, quia domini intereſt, nec eſt procurator ſubditorum. no. Ro. concl. 391. Et vide iura ibi allegata. & D. Ant. qui plene loquitur in c. dilectus. diſtinguit, aut intereſſe, quod dominus petit pro iniuria facta ſubdito diſcurrit, & probatur per minimos circuitus, aut ſine magno circuitu. Primo caſu poteſt dominus agere pro tali intereſſe. Secundo caſu ſecus, & ponit exempla. Sed illa diſtinctio non videtur vera, cum quod licet verum intereſſe peti poſſit, videlicet ſi per magnos circuitus probetur, vt patet in intereſſe quod conſiſtit in lucro ceſſante, ponit l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. lo. & l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Et hoc tenet Hoſtien. & Io. And. in c. ſacro. de ſent. excom. & Dom. Ant. in c. ſalubriter. & in c. naulganti. Idem tenet Cyn. & Bald. in authen. ad hæc. C. de vſuris. & idem tenet Bar. in princ. ibid. Vide omnino ſub verbo vniuerſitas ciuitatis. quod not. Ant. & Franc. de Zabar. in clem. 1. de relig. dom.

Dominus rogando ſubditum dicitur illi mandare, quia rogatio domini præceptum eſt, patet in tex. & glo. ff. quod iuſſu. l. 1. §. ſed ego. & Bar. in tractatu de tyrãno. ver. ſeptimo quæro. 4. coll. in fin. verſus. Namque rogare ducum ſpes eſt violenta iubendi, vt not. Bald. c. quod cum eo. l. ſi mandator.

Dominus ex vna cauſa non poteſt amplius fieri ex alia, quia quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, niſi primo caſu eſſet res dubia, vel per ſecundam vberius, & pinguius prouideatur. no. Ioann. And. no. ſecundum Ioan. Monach. de priuil. c. cũ perſonę. lib. 6. ſuper vlt. gl. in nouella. Sed aduerte ne decipiaris, quod licet Ioan. And. dicat regulam fallere in dictis duobus caſibus, tamen recte intelligendo non eſt, quod fallat, quia remanente prima cauſa, ex qua dominium fuit acquiſitum impoſſibile eſt, quod dominus ex vna cauſa fiat dominus ex alia, vt notanter patet, & no. Bar. in l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquirenda poſſ. Vbi autem eſt prima cauſa dubia, vel in iure, vel in facto, tunc quia propter tale dubium non conſtat quem eſſe dominum, poteſt ex alia cauſa certa dominium quęrere, & hoc caſu non eſt verum dicere, quod dominus ex illa cauſa fiat dominus, quia non cõſtat, quod ex prima cauſa ſit dominus, & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere. ff. de teſtamentaria tutela. l. duo ſunt Titij. Item nec fallit regula alio caſu, quando ex ſecunda cauſa dicatur pinguius prouideri. l. fundo legato. ff. ad leg. Falc. quia ibi prima cauſa ex qua fuerit acquiſitum dominium rei legatæ pendente conditione per l. 2. C. de lega. & auth. ibi poſita. ideo cum deſinat eſſe dominus ex prima cauſa, poteſt fieri ex ſecunda, vt dicit tex. in c. iuxta dilectos. de fide inſtrument. & ſic ibi adueniente conditione legati eodem momento reſoluitur dominium ex prima cauſa, vt de nouo acquiratur ex ſecunda, & ita intelligitur ex ordine intellectus.

Dominus feudi non poteſt alienare proprietatem ſine conſenſu vaſalli. de prohib. feud. alien. per Federicum in cap. 1. §. præterea ducatus. & not. gloſ. in l. inuitus. ff. de fideicomm. libert. Idem not. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in c. dilecti. de maior. & obedientia, & Cyn. in l. 1. C. de nouat. quod intellige, niſi alienatur, cum vniuerſitate curiæ, vel caſtri, vt not. gloſs. in c. ſi quis quo tempore. mil. inueſtit. pe. de. Idem not. Bald. in l. a. in principio. ff. ſoluto matrimonio, ſed quidam diſtinguunt, ſcilicet ſi dominus vult alienare in parem, vel in potentiorem, poteſt etiam ſine conſenſu vaſalli, in inferiorem non, vt not. Cyn. in dicta l. a. Sed illud procedit quando alienatur in ſpecie, ſecus in vniuerſitate, quo caſu etiam in ruſticum alienari poteſt, vt in c. 1. §. ex eadem leg. de lege Corrad. tamen ille tex. facit contrarium, quia licet in multis illud ſeruetur, tamen alibi idẽ communiter contrarium obſeruatur, & hoc pro regula tradit ille tex. vide ibi Bald.

Dominus terræ non poteſt illam terram alteri domino ſubijcere contra voluntatem ſubditorum ſuorum, vt no. Hoſtiẽſ. Io. And. & D. Ant. in c. dilecti filij. de maior. & obed. & Bal. in c. ſi quis. quo tempore. mil. inueſti. pe. de. quod intellige, quando vellet ſe in terrã ſuam alteri domino ſubijcere, non tamen etiam totaliter transferre, quia dupliciter intereſt ſubditorum, ne hoc fiat. Innoc. quia eorum intereſt, quod dominus eorum ſit liber, quia eorum intereſt, non habere

plures

Digitized by Google

plures dominos. vbi ergo ualet quis terram ſuam in totum libere alienare, uidetur quod poſſit etiam inuitis ſubditis, quia ceſſat intereſſe ſubditorum non muttare dominum, vt not. Innocent. de præſcript. c. auditis. quod procederet, quando nouus dominus eſſet tyrannus, vel alias male regeret ſubditos, alias ſecus. Adde quod ciuitas non poteſt vni domino ſe ſubijcere, vt no. Io. And. de hæret. c. præſidentes. in nouella.

Dominus ciuitatis, vel caſtri, an eo ipſo, quod eſt dominus, fun dat intentum ſuum de iure cōi. iuris dicendi in eadem ciuitate, vel caſtro, dic vt no. Io. And. in c. de iureiur. & Domin. Ant. de for. compet. c. cum contingat. ver. quædam eſt poteſtas diuina. in a. col.

Dominus an poſſit manutenere ſeruum, vel procuratorem. Vide §. procurator non poteſt conſtitui per dominum.

Donatio Xeniorum quæ fiunt ſponſæ tempore nuptiarum, per conſanguineos, & amicos, eius viri ſunt, alia ſunt vxoris, vt not. Bar. ff. de vulgari, & pupill. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. Ea autem, quæ per maritum dantur vxori pro ipſius vxoris vſu, ſunt vxoris, & vir auferre non poteſt, l. ſi & vſuſfructus. & in gl. ff. ad leg. Falc. & l. ſi quis pro vxore. ff. de donat. inter vir. & vx. quia non donati, ſed ad neceſſitatem vxori dari videntur.

Donatio facta inter virum, & vxurem firmatur iuramento. no. Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideicomm. & l. Scius, & Augerius. ff. ad leg. Falc. & Federic. in conſilijs ſuis. conſil. 140. Sed dom. Anton. dicit, quod non firmatur iuramento, licet iurans teneatur iuramentum ſeruare, vt ipſe not. in c. cum contingat. de iureiur. 1 a. col. ver. ex his deciditur, quid de donat. vide ſub verbo iuramentum. §. iuramentum licet validet donationem.

Donatio an poſſit fieri abſenti, vide ſub verbo abſens. §. abſenti ſi fit.

Donatio cauſa mortis non poteſt fieri niſi præſenti, & ſtipulanti, vel ſi eſt abſens, oportet, quod Notarius pro eo ſtipuletur. no. Bar. in l. hæres. §. 1. ff. de donat. cauſa mor. nec poteſt donatori cauſa mortis fieri ſubſtitutio, niſi per ſtipulationem. vt no. Bar. in l. ei cui. eod. tit. licet aūt donatio cauſa mortis facta abſenti nullo pro eo recipiente non valeat vt donatio, valet tamen vt fideicommiſſum, vt no. Bart. in d. l. tam is. & in l. 1. eod. tit.

Donatio ob cauſam non proprie eſt donatio. ff. de donar. l. hoc iure. §. Labeo. & §. fin. ideo non eget inſinuatione. no. gloſſ. eod. tit. l. Attilius Regulus quod intellige. vt ibi not. gloſ. & quod no. Guil. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. dicta tamen donatio ob cauſam eſt contractus nominatus, ſicut eſt ſimplex donatiu, vt no. per gl. & Bar. in l. fin. ff. de condi. ob cauſam. l. cum quis. Et idem no. Bar. in l. ſequens quæſtio. de legat. a. licet ipſe dubitauerit in l. in mortis cauſa. ff. de donat. cauſa mortis.

Donatio facta inter virum, & vxorem non confirmatur morte donantis, niſi traditio rei donatæ interuenerit. ff. de donat. inter virum, & vxorē l. Papinianus. vel niſi aliud interceſſerit, quod loco traditionis habetur, in l. quod de ſuo. C. de donation. cauſa mor. & ibi no. gl. Idem no. Bal. in l. 1. in C. de don. ante nup. ſed aduerte, quia Bart. dicit confeſſionem de recepto factam animo donādi, habetur loco traditionis. ſed gl. in dicta l. quod de ſuo. & Bart. in dicta l. 1. requirunt aliud vltra confeſſionem.

Donatio ſi in ea dicatur, quod fit ob merita præcedentia, an ex tali narratione probentur merita præcedentia, vide Bald. in l. illud. C. de ſacroſanc. eccl. & l. ſi dona. C. de colla. & auth. vnde ſi parens. de inoffic. teſtam. & Bar. in l. ſi forte. ff. de caſtrenſ. pecu.

Donatio facta extraneo per carentem filijs reſoluitur ipſo iure in totum ex natiuitate filij. C. de reuo. don. l. ſi vnquam. Sed donatio facta filio reſoluitur ex natiuitate alterius filij pro legitima dumtaxat ipſi filio poſtea nato de iure naturæ debita, vt C. de inoffic. donat. l. ſi totas. & not. per Bar. ibi, & in l. 1. eod. titu. & in l. Titia Seiæ. de legat. 2. & per Bartolum in dicta l. 1. & in l. ſi totas. nec per donationē dictis legibus renunciari poteſt cum iuramento in præiudicium filij poſtea nati, vt no. per Bartolum, & Bald. in dictis legibus, & per Ioann. Andr. ad Spec. tit. de inſtrum. edit. §. porro. ver. Item not.

Donatio facta ob merita præcedentia non poteſt reuocari etiā propter ingratitudinem, vt ff. de don. l. Attilius Regulus. & l. ſi pater. §. 1. & ibi no. gloſ.

Dos etiam conſtante matrimonio poteſt permutari, & inter virum, & vxorem de vna re in aliam conuerti, ſi dotis vtilitas concernat. ff. de iure dot. l. ſi conſtante. & in l. final.

Dos, ſiue dotalia, cui poſſunt præſcribi contra mulierem, vide ſub verbo præſcriptio. §. præſcribi an poteſt dus.

Dummodo iſta dictio non importat conditionem, ſed modum. no. Rot. concluſ. 229. & not. gl. de præben. c. non poteſt. lib. 6.

Duntaxat quid hæc dictio importet, vide ſub verbo tantum, & vide Archidiaconum in c. ſtatutum. de reſcript. libro ſexto.

## De litera E.

ETiamſi hæc dictio iuncta ſpeciei maioris gradus includit ſpecies minores, etiam ſi materia ſit odioſa. no. gl. in cle. 1. de ſequeſt. poſ. in verbo etiam.

Eccleſia habet Senatum, ideo poteſt illa facere, quæ poteſt Senatus. not. Dom. Anton. c. at ſi clerici. in princ. ver. ad tertium. & vide ſub verbo exequutio. §. inſtantia. §. poſſeſſio. §. prælatus.

Eccleſia collegiata quæ dicatur, vide in clemen. a. de ætat. & qualit. & ibi per Dominum Antonium, qui dicit, collegiata eſt illa, in qua ſunt duo ſecundum ius canonicum, vt no. ſuper verbo collegium. §. collegium faciunt. licet gl. dicat, quod requirantur tres, licet in vno tantum retineatur ius collegij, no. gloſ. in c. 1. de electione. & de iure patron. c. nobis. & ibi per Ioannem Andream, qui ponit qualitates, ex quibus cognoſcitur eccleſiam eſſe collegiatam, vt ſigillum, tractatus communis, cura communis, refectorium, & dormitorium commune, & fraternitas communis. & ſimilia, & hæc in dubio, vbi autem ex priuilegio, conſuetudine, vel fundatione, conſtat eccleſiam eſſe collegiatam, vel non. Alias ſtandum eſt dictis qualitatibus circumſcriptis, vt ibi no. Ioann. Andr. dicit enim Innocen. in c. poſtulaſti. eodem titu. & quod in fundatione eccleſiæ fuit ordinatum, quod ibi eſſent tres, vel plures clerici, vel ſi pro tot fuit dotata cenſetur collegiata, ſecus ſi ordinatum fuit, quod ibi eſſent duo tantum, vel vnus, licet poſtea contingat numerum augeri. Item dicunt Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in dicto c. nobis. quod de iure cōmuni collegiatæ cathedrales, & etiam regulares ſunt, quę ad cōgregationem tenendā ſufficienter ſunt dotatæ, & viuunt in cōmuni. & habent ius collegij, & idem dicit Archidiacon. 10. quæſt. 1. c. 2. vbi etiam addit ſecundum Vincentium, quod non ſufficit ad hoc, quod eccleſia ſit collegiata, quod plures ſint clerici, niſi ad hoc ſint conſtituti, vt ſint vnum Corpus, & habeant arcam communem. Addit etiam ſecundum, quod duo non faciunt eccleſiam collegiatam, ſed tres ad minus. Ad eſſe autem collegij non requiritur ibi eſſe prælatum no. Archidiac. 21. quæſtione a. ſicut in gloſs. ſed contra Guilielm. de Monte Lau. in extrauag. ſuſceptę. in princ. ſuper verbo eccleſijs. dicit, quod illa dūtaxat eſt collegiata, in qua plures tanquam facientes vnum Corpus conſueuerunt conuentus, collegium, vel Capitulum vocari, & communiter agentibus ſic appellari, & tales haberi. vide Bon. qui plene not. in dicto cap. poſtulaſti. & Franciſc. de Zabarell in clement. c. ſtatutum. de electione. in quarta quæſtion. vide omnino gen. quæ concordat cum Guilielmo in cle. & ſi priuileg. ſub uer. conuentualem. de recep. & idem dicit Anton. in c. 1. de elec. in 1. notabili.

Eccleſia curata quæ dicatur, uide ſub uerbo cura. §. curata eccleſia.

Eccleſię appellatione comprehenditur cœmeterium, & totus ambitus, & cappellæ [illegible] contiguæ, ſecus in exiſtentibus extra ſepta eccleſiæ, ut ibi not.

Eccleſia habet hoc ſpeciale, quod acquirat dominium, ſine apprehenſione poſſeſſionis. No. Dom. Ant. de cau. poſſ. c. ſi. 20. coll. ver. venio ad tertium. & tex. in C. de ſacroſanc. eccl. l. fin. Item acquirit poſſeſſionem ſine apprehenſione, quando eſt hæres inſtituta, vt in c. in præſentia. de probat.

Eccleſia habet priuilegiũ, quod quilibet, poteſt venire ad defenſionem bonorum eccleſiæ. No. Ro. concluſ. 201.

Eccleſiæ appellatio non intelligitur de epiſcopali, ſiue cathedrali, ſed de inferioribus eccleſijs, ſecundum Innoc. de conceſ. præben. c. dilectus. & per Archid. de præb. c. licet. libro 6. vide tex in c. quamuis. eo. tit. & lib.

Eccleſia cathedralis ſucceſſit loco domicilij cuiuslibet, ſiue diœceſis. Sufficit ergo clericum ibi citari, & in loco ſui beneficij. No. Ro. concluſ. 29.

Eccleſia reſtituitur aduerſus lapſum tempus, alias tempus datum ad appellandum, & de reſtit. in integr. & aduerſus præſcrip. no. Innoc. de reſti. c. 1. & in pluribus alijs cauſis reſtituitur. no. per Io. And. in clem. 1. de reſt. in integ. & in c. fin. in principio. & vide §. eccleſia reſtituitur non ſolum. & ſequenti.

Eccleſia cathedralis dicitur vacare eo ipſo, quod epiſcopus translatus eſt ad aliam eccleſiam, & a vinculo prioris abſolutus, quod eſt verum quando apparet voluiſſe transferre inuitum, alias non vacaret, niſi translatus tranſlationi conſentiret. no. Io. Mon. de elect. c. generali. lib. 6. quod plenius proſequitur. Io. And. in regula. quod ob gratiam. eo. lib.

Eccleſiæ rei alienatio facta ex falſa cauſa ſeruata tñ forma iuris, an ſit nulla, vel veniat reſtituenda falſitate probata, vide ſub verbo venio, in prin.

Eccleſia & eius bona, an obligentur ex contractu prælati, vide ſub verbo prælatus.

Eccleſiæ acquiritur dominium rei emptæ de pecunia eccleſiæ. No. gl. 12. q. 2. c. apoſtolicos. & de pecu. cleric. c. inquirẽdũ. & ſimiliter acquiritur actio perſonalis ex contractu per alium ſuper re eccleſiæ celebrato, quod eſt verum in ſubſidium illos, qui contraxit non exiſtente ſoluendo, alias ſecus, vt no. in l. ſi vt proponis. C. de rei vend. Si tamen debitor, qui ex contractu de re, vel ſuper re inuito contrahenti tenebatur ſoluerit ipſi contrahenti ignorans rem fuiſſe eccleſiæ liberatur, licet ille cõtrahens nõ ſit ſoluendo, ſicut dicitur de minore, cui eccleſia temperatur, vel æquiparatur, vt l. filiæ. ff. de ſoluti. & quod ibi no. Bart.

Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem quadraginta annor. per tex. clem. 1. de reſti. in integr. licet Ioan. And. ibi dicat contrarium in 4. gl. in fin. mal. quia text. loquitur generaliter de præſcrip. aduerſus temporis lapſum, nunc diſtinguit, an ille lapſus ſit 10. 20. 30. vel 40. ann. & ita tenẽt, ibi Pau. ſte. gen. & Franc. de Zabar. idem tenet Dom Ant. in c. auditis. de reſti. in integ. Item etiã ante dictam cle. reſtituatur eccleſia aduerſus talem præſcriptionem, per text. in c. 1. eod. tit. vbi dicitur, quod eccleſia læſa ſemper vtitur iure minoris, quod intellige, quo ad reſtitutionem concedendam, nõ quo ad curſum præſcriptionis ipſo iure impediendum, vt no. Dom. Ant. in c. 1. de præſcrip. & illud verbum importat, quod omni caſu l. 1. & ibi no. ff. ſolut. matrimo. Sed minor contra talem præſcriptionem reſtituitur. C. in quibus cau. reſti. in integ. non eſt neceſſa. l. fin. de præſcrip. 30. ann. l. ſicut. §. penul. iuncta l. at prætor. in princ. ff. de mino. ergo & eccleſiæ. fateor, quod verbum ſemper ſupponitur pro regula, & reſeruantur caſus excepti, vt dicit gl. & Barr. in l. 1. Sed in aliqua lege, vel decretali, non reperitur exceptum, quod eccleſia non reſtituatur aduerſus talem præſcriptionem. §. reſtituitur. & ita tenet. Io. And. in d. c. 1. & Anton. in d. c. auditis. & Hoſt eod. tit. in ſumma. 2. par. §. quando. ver. vltimo. & §. in quibus. ver. in præſcrip. & in c. continetur. de tranſac. nec ob. ratio glo. in d. c. auditis. quæ dicit, quod fruſtra canones permitterent talem præſcriptionem contra eccleſiam, ſi deſtitueretur, quia argumentum non valet, nam & contra minorem permittit lex talem præſcriptionem, & tamen contra eum reſtituitur, & ſimiliter canones permittunt aliquas præſcriptiones minoris temporis contra eccleſiam, & tamẽ aduerſarius reſtituitur, vt in c. corã. de reſti. in integ. & no. Hoſt. & Ioan. And. in c. 1. in fin. eod. tit. nec dici iura ſic permittentia fruſtratoria, quia ſi reſtitutio, non ſiniatur in quadriennium petens reſtitutionem amplius non auditur. C. de temp. in integ. reſti. pe. l. fin. & in clem. 1. eod. tit. niſi in certis caſibus, qui notantur, in tex. & gl. in c. 1. de reſti. in integ. lib. 6.

Eccleſia parochialis quæ dicatur vide Ioan. Andr. de cler. non reſid. c. quia nõnulli ſuper verbo parochialis, & Hoſtienſ. in ſumma de paroch. dicit quod parochialis ſit, quæ perficit ea quæ ſi. a prælat. & actu parochianos habet. not. in c. licet canon. de elect. lib. 6. ſuper verbo parochialis.

Eccleſia parochialis debet regi per rectorem, nec poteſt eam regere per alium, niſi in contrarium ſit conſuetudo, vt not. Io. And. in c. extirpãdæ. de præben. vel niſi ſit beneficio annexa, quo caſu poteſt regi per Vicarium perpetuum, quem habet rector præſentare, vt dicto c. extirpandæ. §. quæ vero. puto tamen, quod ex conſuetudine poſſit regere per Vicarium temporalem, per ea quæ dixi in principio, & de facto reperitur ita ſeruari ſuper quo vide ſupra verbo conſuetudo §. conſuetudo per Vicarium.

Eccleſia parochialis ſi eſt per ſe principalis, & alteri beneficio non annexa, tenetur rector per ſe, & non per alium, in eadẽ reſidere, quod ſi non facit poteſt monitione præmiſſa priuari per ſententiam, vt in c. quia nonnulli. de cler. nõ reſid. debet etiam infra annum ſe facere promoueri, quod ſi non facit priuatur ipſo iure, etiam ſine monitione, vt in c. licet canon. de elect. lib. 6. vbi autem eccleſia parochialis alteri beneficio non curato eſt annexa, tunc licet vicaria perpetua eiuſdem eccleſiæ, quæ regitur per vicarium perpetuum in eadem eccleſia ſit curata, & incompatibilis cum alio curato. vt no. Ioan. And. in c. ſi de offic. vicarij. & patet ex tex. clem. 1. eo. tit. Cum ipſa eccleſia reſpectu principalis rectoris cenſetur non curata, quo ad hoc vt ſit compatibilis cum alio curato. Hoc eſt verum ſiue ſit alteri beneficio annexa, vt in extrauag. execrabilis. § quantum autem. ver. vbi autem eſt annexa non tenetur rector in ea reſidere, nec propter eam facere ordinem ſacerdotij promoueri, vt in c. extirpandæ. §. quæ vero. de præbend. tenetur tamen in ea facere deſeruire per Vicariũ perpetuũ per epiſcopum, aut per eius præſentationem inſtituẽdũ quod ſi non facit priuatur ipſo iure, monitione tamen præmiſſa, ſine qua priuatio non ſequitur, ſecundum Innocent. & Ioan. Andr. in dicto c. extirpandæ. vide omnino ſupra verſic. cura. §. curatum. beneficium obtinens.

Eccleſia vna plures poteſt habere ſacerdotes quorum quilibet exerceat curam animarum in ſolidum. Poteſt etiam inter eos eſſe diuiſa cura, vt vnus exerceat curam animarum in ſolidum in aliquibus, alter in alijs, nec iſta ſunt contra ius, vt no. Innoc. & Ioan. And. in dicto c. extirpandæ. de præb. c. cum ignoras. vide omnino Oldr. conſ. 66.

Edere non tenetur actor, nec reus inſtrumenta, ſeu priuilegia ſua propria, poteſt tamen iudex partem compellere exhibẽdo illã ſibi, & ille habet videre, an ſint propria, vel communia, vel ad cauſam facientia. Not. Rota concluſ. 708.

Edere ſicut quis compellitur ſua propria inſtrumenta fauore fiſci, ita & fauore matrimonij, vt no. Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de inſtru. edit. §. videndum. ver. ex præmiſſis. & de probat. c. 1.

Edere quilibet tenetur collitigans cum fiſco inſtrumentũ proprium petente. Idem ſi inſtrumentum eſt commune. Quod autem dicatur commune, vide Innoc. Io And. & Do. Anto. in c. 1. de probat. vbi pulchre loquitur ſuper hoc. Secus ſi proprium eius a quo petit edi, & penes quem eſt ex aliquo facto, vel quaſi inter partes, & poteſt nocere illi a quo petitur, & quia ſolutum eſt debitum, vel quia caſſata eſt ſententia lata pro eo, quia habet inſtrumentum ſententiæ hoc caſu poteſt peti editio. Si vero petitur inſtrumentum edi, vt fiat inutile, vt quia peto ceſſari ſententiam, & peto, vt in cauſa appellationis adhibeatur, dic vt in eo. cap. §. perpetuus. de fide inſtrum. Si autem inſtrumentum eſt vtile, nõ ſurgit hoc ex aliquo facto, vel quaſi inter partes, tunc ſi actor petit edi ad ſuam intentionem fundandam, nõ auditur, niſi reus ſit vſurarius. Fallit in fiſco, cui quis tenetur edere inſtrumentum proprium, & ad intentionem fundandam.

Digitized by Google

dam. Pallit etiam in caſu matrimoniali. Et hoc operatur fauor fiſci, & matrimonij, & etiam propter peccatum reſpectu matrimonij. Idem poſſet dici in dotibus, & alimentis, in legatis ad pias cauſas in eccleſijs in hoſpitalibus, in libertatibus, & in omnibus alijs multũ priuilegiatis, ſaltem vbi aliter non habetur copia probãdi. Idẽ poſſet attentari, vbicunque manifeſtum arguitur peccatum in retentione inſtrumenti, & alia fides, vel præſumptio non poſſet fieri de inſtrumento habito, vel ſaltem ex officio, vel denunciatione Euangelica quis edere compellatur. Immo plus dicit Rota quod in omni caſu poteſt iudex ex officio partem compellere, vt inſtrumentum exhibeat altera parte iurante, quod editionem non petit calumnię cauſa. Tu dic quod de iure non poteſt hoc iudex facere, niſi ex magna cauſa, & magna cauſa eſt, quando parti deeſt copia probandi, alias, & maxime ſi ei non poſſit aliter imputari, quare inſtrumentum non habuit. Vbi autem actor petit ſibi edi inſtrumentum ad appellationem probandam auditur, quia in replicatione reus eſt, quia reo ſemper fit editio etiam ad exceptionem fundandam, ſeu iuuandam, vt ſi petam a te fundum, quem mihi vendidiſti, & eſt contentio in quantum fundus ſe extendit, cogitur reus actori edere ad illam intentionem iuuandam. Idem ſi pro actore eſſent violẽtæ pręſumptiones, quo caſu eſt compellendum reus edere inſtrumentum, vbi vero petitur editio non a pte a, litigante, ſed a tertio habente inſtrumentum proprium ipſius tertij tũc regula eſt, quod compellitur edere, niſi talis petitio petatur contra fiſcum. nut. Dom. Anton. de proba. c. 1. in 2. & 3. columna.

Aedificium ſi fiat de pecunia eccleſiæ in ſolo alieno, ſolum cedit ædificio in fauorem eccleſiæ, vt not. gl. 7. q. 2. c. apoſtolicos. Idem no. Spec. de emp & vend. §. tertio loco. ver. quid ſi clerici. quod eſt verum, quando ædificans eſt dominus ſoli. Et ita loquitur ibi. Sed Io. And. dicit in ver. quid ſi clerici. quod potius dicendum ædificium, quod ſit eccleſiæ, & ſolũ eſt primi domini. Et idem dicit D. Ant. in c. inquirendum. de pecu. clericor.

Electio ſi fiat prælato ad eccleſiam non cathedralem. ſed regularem, non habet locum in tali electione, vt in c. quid ſi. de elect. lib. 6. nec in ea ſeruanda eſt forma. c. quia propter de elect. licet Ioan. And. dicat contrarium, vt no. Rota concluſ. 296. & an talis electio debeat fieri inter ſemeſtre, vel trimeſtre. Vide Ro. concluſ. 433. & vide §. collatio, confirmatio, diſpenſatio, poſſeſſio, nominatio.

Electio habet vim confirmationis, quando ad eligendum ſpectat electio, & confirmatio, eodem iure, ſecus ſi diuerſo not. de elect. c. vt circa. in gl. 2. idem no. Ioan. Mon. eo tit. & lib. c. 1. Idem tenet Archid. in d. c. 1. & Be. 3. Dyn. & Synod. & Compoſt. de electioo. c. cum inter canonicus. vbi omnino vide.

Electio licet caſſetur, ſi tamen per ſuperiorem electus confirmatur, ſ[illegible] confirmatio tuetur poſſeſſorem, & omnia facta per eum. Not. Rot. concluſ. 189. & ideo electo confirmato obediendum eſt, licet electio fuerit nulla, dummodo confirmatio teneat. not. Innocent. de exceſſ. prælatorum. c. inter clericos.

Electus confirmatus, licet non conſecratus, habet legitimam adminiſtrationem, ratione cuius poteſt excommunicare, iudicare, & ſuſpendere. Not. Rota concluſione 419. tamen ante conſecrationem non dicatur epiſcopus, vt ibi not.

Electus, & non confirmatus, non poteſt beneficia conferre. de electio. c. noſti. & c. tranſmiſſa. niſi eſſet in partibus, valde remotis a loco, vbi peti poſſet confirmatio. de elect. c nihil. in fin. vel niſi electus eſſet in bona fide in electione prælaturæ, vt no. in d. c. nihil.

Electus & confirmatus, a cuius confirmatione appellatum eſt, beneficia non poteſt conferre. not. glo. de elect. c. auaritiæ. lib. 6. vide ſub verbo pœna. §. pœna decretalis.

Electus ſi electioni conſenſit, dicitur etiam ante confirmationem ſpirituale, & coniugale vinculum cum eccleſia contraxiſſe. de electio. c. cum inter canonicos. & de tranſla. c. inter corporalia.

Electus nõ habet ius in re per ſolam electionem. Sed demum per confirmationem. de accuſ. c. ſuper his. Habet autem ius ad rem per ſolam electionem, no. gl. in clem. 1. vt lite pend. ſuper verbo collato. & per Dom. Ant. de reſcri. c. in noſtra. circa fi. & de iſto iure in re ad rem, & in beneficio, vide tex. & gl. in c. fi. de conceſſ. præbend. c. ſi tibi abſenti. & c. ſi is. & c. quædam. eo. lib. & in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ.

Electus non confirmatus ſi adminiſtret non ſolum priuatur iure ſibi competenti ad rem, ſed etiam efficitur ineligibilis ad omnia beneficia, vt no. Io. And. de elect. c. auaritiæ. lib. 6. in gl. fin. in nouella. Ratio eſt, quia priuatur propter delictum, & vitium ſuum. ergo &c. vt in c. ſuper eo. de elect.

Electio ſub conditione facta, an valeat, vide de election. c. 2. libro ſexto.

Electio rectoris in eccleſia collegiata, vel conuentuali pertinet ad collegium, vel conuentum, niſi in fundatione aliter ſit actum, vel conſuetudo aliter ſe habeat de iur. pa. c. nobis. & no. gloſ. de elec. c. 1.

Electio quando fit, etiam abſentes vocandi ſunt, ſi ſine periculo vocari poſſunt niſi conſuetudo ſit in contrarium, de præbend. c. cum in eccleſijs. lib. 6. & no. de offic. ord. c. quamuis. eod. lib. Et vide quod no. 7. q. 1. c. facto. ſi tamen fiat electio a maiori parte Capituli, licet alijs non vocatis non propterea eſt ipſo iure nulla. de elec. c. quod ſicut. & not. eod. tit. c. quia propter. & c. auditis. Et quando valet facta etiam a minori parte, licet alijs non vocatis puta, ſi inſtet finis temporis præfixi ad eligendum, vt no. Io. Andr. de elec. c. cum nobis. & ibi vide.

Electionis decretum quam formam habere debet, vide de elec. c. innotuit. quæ ſunt de ſubſtantia, & forma electionis, vide per Innoc. & Ioan. And. & Dom. Ant. eod. tit. c. eccleſia noſtra. §. 2. denique. & an in dubio præſumatur electio ſolenniter facta, vide ſub verbo præſumptio. §. præſumitur quis.

Eligere an poſſit ſuſpenſus, & vtrum ipſe poſſit eligi, vide de cleric. excommun. min. c. fin. & vide ſub verbo ſuſpenſus.

Eligendi facultatem habens nõ poteſt ſeipſum eligere, vt not. per gl. & Bar. in l. planc ff. quod cuiuſque vniuerſit. & in l. ſi tibi man lauero. §. ſi tibi. ff. manda. & no. per gl. & Doct. de elect. c. cum in iure.

Eligentes licet indignum eligant, vt homicidam, illegitimum, vel alias irregularem, nõ propterea deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem ex negligentia, quia non eſt negligẽs, qui eligit, licet male eligat, niſi omnino incapacem, vt infamem, vel infantem ſed poteſt bene deuolui ex malitia, ſi ſcienter indignum eligit. no. Inn. Ioan. And. de conceſſione præbendarum. c. cum noſtris. in princ. Ad hoc vide Rotam concluſ. 193.

Electores etiam mortuo electo, qui de ſua electione litigabat cum poſſeſſore, in iudicio poſſunt comparere ratione ſui intereſſe, & petere declarari ius eligendi ad eos pertinere, & aduerſarium admonendum fore. No. Rot. concl. 109.

Electio an ſit nulla, ſi illiteratus ad dignitatem eccleſiaſticam eligatur, vide ſub verbo epiſcopus. §. epiſcopi. & alij.

Electiones quando tractãtur, an poſſint electores variare poſt ſcrutinium publicatum, vide in c. publicato. de elec. quod intelligitur, quando in ſcrutinio reperitur quis a maiori parte nominatus, quo caſu eſt ſibi ius quæſitum compellendi electores ad ſatisfaciendum de communi, ſecus ſi in ſcrutinio non ſit aliquis a maiori, ſed a minori, vel media dũtaxat parte nominatus, quo caſu ex tali nominatione non ſit nominato ius quæſitum, & compellendi non ſunt electores, ſed poſſunt variare quia nulli iniuriam faciũt ex variatione prædicta, & ſic ceſſat ratio c. publicato. & cõſequẽter ceſſat eius diſpoſitio, vt no. Io. And. in d. c. publicato. ſuper text. in ver. nequeunt. & in 18. quæſt. Ad quod facit, quod no. Io. Andr. in c. cum in iure. de elect. in gl. fi. facit etiam quod ipſe not. in c. publicato. in 1. quæſt. vbi dicit, quod ante illud. c. tenebãt omnes Doctores poſſe variari. Cum in ratione ſui prohibeat variationem ſolum in caſu, quo Doctores poſſint cõpelli ad electionem de perſona nominati faciendam, quod eſt verum, quando fuit nominatus a minori, vel media parte, & tunc ſeruabantur iura antiqua, nec aliter reperitur expreſſe ſtatutum, vide omnino inf. §. prox.

Ele-

**Electio** quando tractatur, & electores diſcordant in nominatione partis eligendæ, an vna pars poſſit ad aliam accedere, dic quod de acceſſu, & eius effectu poteſt quæri ad triplicẽ finem. Primo vt ſi per acceſſum accreſcat numerus vſque ad duplum maioris partis poteſt fieri electo confirmatio alia exceptione non admiſſa. Secundo, vt ſi creſcat numerus, vſque ad maiorem partem, licet non duplo maiorem, poteſt primo electus adminiſtrare ante confirmationem. Tertio vt ſi creſcat numerus vſque ad maiorem partem, poſſit communis electio valida fieri quo ad duos primos fines. Certum eſt in electione virorum non habere locum acceſſum, quia ſi ab initio vir electus fuiſſet a duplo maioris partis, & tamen minor pars excipiendo, & probando aliquid, quod vota maioris partis redderet nulla, confirmationem impediret, vt in c. ſcriptum. & in c. ſi quando. de elec. lib. 6. licet etiã vir ipſe ſit ab ipſo initio a maiori parte electus, tamen ante confirmationem adminiſtrare non poteſt c. qualiter. & c. auaritię. de elect. lib. 6. non eſt ergo mirum, ſi quid non poteſt per acceſſum. In electionibus autem mulierum, licet abbatiſſa a duplo maioris partis ab initio electa debeat nulla exceptione admiſſa cõfirmari, etiam ſi fuerit a maiori parte, licet non duplo maiori electa poſſit ante confirmationẽ adminiſtrare, non poteſt tamen per acceſſum, ex poſt facto fines, & effectus conſequi, vt in c. indemnitatibus. §. ſi qua vero. de elect. lib. 6. qui text. de his duobus effectibus debet intelligi, quia in præcedentibus de illis effectibus loquitur, & præcedentia declarant ſequentia l. talis ſcriptura. de leg. 1. Quo ad tertium finem, quando iuxta c. publicato. poterat fieri acceſſus de minori ad maiorem, & econuerſo de minori ad mediam partem Capituli, & e conuerſo de pari ad parem numerum, notat Ioann. Andr. in dicto c. publicato. de elect. & c. ſtatutum. quod poſt ſcrutinium publicatum non poſſunt electores, videlicet vna pars alteri accedere, & variare in præiudicium illius, qui in ſcrutinio reperitur nominatus a maiori parte, immo talis nominatus poteſt petere, quod electores compellantur facere electionem de eo in cõmuni. Si ergo in ſcrutinio nullus reperitur nominatus a maiori, vel minori, & media parte Capituli, poterit vna pars alteri accedere ſecundum iura antiqua quæ hoc caſu non apparent immutata, & quia ceſſat ratio c. publicato. quia nullus a maiori parte Capituli nominatus poteſt petere, quod electores compellantur eligere eum in communi. Si ergo his caſibus aliquis nominatus a minori, vel media parte deueniatur per acceſſum ad maiorem partem Capituli illi petere poterit vt electores compellantur electionem facere de eo in communi per iura prædicta & hoc voluit Io. Andr. in dicto c. publicato. q. 7. non ob. c. indemnitatibus. §. ſi qua vero. de elec. lib. 6. quia ibi loquitur de acceſſu, quo ad duos primos fines, & effectus duntaxat, vt prædixi. Et cum ille ſit textus corrigens iura antiqua, ſic debet intelligi, vt quo ad minus poſſit lædat, & corrigat iura priora, dummodo aliquid operetur, de elec c. cum expediat. lib. 6. Sed ſi quis pertinaciter diceret, dictum §. ſi qua vero indifferenter, & generaliter intelligendum de omni fine, & effectu acceſſus, vt illo non poſſit fieri etiam quo ad finem faciendi electio valida, licet per acceſſum deueniatur ad maiorem partem, tamen nemo negabit, vt ſi contra actum electionis quis fuit a media parte Capituli nominatus, nõ poſſit illi mediæ parti acceſſus fieri, quia ille §. ſi qua vero. prohibet acceſſum ad minorem, vel maiorem partem duntaxat, ergo ad mediam partem poterit accedi ſecundum iura antiqua, quæ in hoc non reperiuntur correcta. Et ita firmat Ioann. And. in c. quorundam. de elec. lib. 6. ſuper verbo a maiori. in nouella. Et idem voluit in dicto §. ſi qua vero. in princ. gl. quæ licet prima facie videatur facere contra, tamen recte intelligẽti facit pro, quia ibi finaliter dicit, iura antiqua illæſa, illo caſu manere incorrecta, tamen eodem caſu concludit mediæ parti non poſſe acceſſum fieri. Et concluſionem hanc probat per rationem dicẽs, quod electio facta a media parte duntaxat nedum de religioſo, ſed de alio quocunque eſt ipſo iure nulla, & ſecũdum iura antiqua eo ipſo, quod eſt facta a maiori parte, vt patet in c. quia propter. & in c. eccleſia veſtra. 1. & 2. de elect. ergo non poteſt per acceſſum ratificari, ſicut nominatio, licet ſit facta non a maiori, vt in regula, nõ firmatur. Hic aduerte, quod recte intelligenti reſponſio patet. Illa gl. loquitur in electione, nos loquimur in nominatione, quæ electionem pręcedit. Fateor, quod electio eo ipſo, quod non fit a maiori parte, eſt ipſo iure nulla, ſed pendet ab euentu acceſſus. Et conſequenter non poteſt per acceſſum ratificari. Sed nominatio licet facta non a maiori, ſed media parte, nõ eſt ipſo iure nulla, ſed pendet ab euentu acceſſus. Et ſi per acceſſum accreſcat vſque ad maiorem partem incipit valere, & ex ea poteſt ad electionem accedi ſecundum iura antiqua de quibus ſupra, & vide omnino ſub verbo nominatio. & ſup. §. proximo.

**Electio** quando ſpectat ad epiſcopum, & Capitulum ſimul, & epiſcopus ſolus etiam cum maiore parte Capituli eligit vnum, & maior pars Capituli eligit aliũ, quę electio valeat, vide ſub verbo epiſcopus. §. epiſcopus eſt cap.

**Electio** tunc demum requirit obſeruare formam. c. quia propter. quando fit de epiſcopo, vel abbate, vel principali rectore in eccleſia collegiata, non autem requiritur illa forma in canonicatibus, & præbendis, nec in alijs dignitatibus. vt no. gl. Compoſt. Innoc. & Io. And. & Dom. Ant. in dicto c. quia propter. de elect. nec etiam requiritur illa forma in epiſcopatibus, quãdo electio fit per viam compromiſſi. vt no. Cal. & Do. Ant. in c. cum inter. de elect.

**Electio** quando nõ requiritur ſeruari formam. c. quia propter. conſequenter non requiritur de neceſſitate, quod fiat collatio votorum, quia illa collatio inducta eſt ex forma prædicta, no. Comp. & Io. And. de elec. c. in Geneſi. in verbo collatio. & etiam requiratur, quod fiat collatio per vnum vice omnium, ſicut no. Io. And. in c. ſicut cum. de elect. in gl. ordinaria. Et idem tenet Compo. & Innoc. in dicto c. in Geneſi. vt ibi no. Io. And. ſuper verbo apparent. licet Cald. & Dom. Ant. contrarium ſentiat. in c. cum in iure. de elec. Sed idem ſtat cum Inn. in d. c. in Geneſi.

**Eligere** poteſt quis vt conferat pinguius beneficium ex pluribus beneficijs vacantibus ſimul, quando habet facultatem conferendi plura beneficia, vſque ad certum numerum. Et facta collatio de illo numero de percepto vno, ſi vacãt duo alia ſimul, quorum vnũ eſt pinguius alio, poterit pinguius conferre, & illud eligere, vt no. de præb. c. quamuis. il 2. lib. 6. ſuper verbo decentium. in fin.

**Eligere** an poſſit expectans alterum ex pluribus beneficijs per eum ſimul, vel diuerſo tempore acceptatis, vide ſub verbo acceptatio in princip.

**Emphyteura** an poſsit dare emphyteuſim in dotem pro filia ſua, vide Ro. concluſ. 144.

**Emphyteuſi** finita per generationem finitam poſſunt deſcendentes petere, quod eis refirmetur, & ſi non refirmatur fit eis iniuria, & poſſunt appellare ad ſuperiorem, & petere, vt eos cogat, vt eis refirmatio fiat, vt no. Bar. ff. de priuil. cred. l. 1. in fi. & de aqua quot. & æſtiua. l. 1. §. permittitur. Opinio Bar. videtur reſtringẽda ſecundum leges, in quibus ſcribit, per quas monere videtur, videlicet quando dominus vellet alteri in emphyteuſim dare, vel quando princeps rem conceſſam certæ perſonæ, non vellet ſucceſſori rei confirmare, nec ad vſus ipſius principis conuertere, ſed rem in ſtatu primo dimittere, vbi autem dominus non vellet alteri in emphyteuſim dare, ſed pro ſe, & ſua menſa retinere, vel princeps rem certæ perſonæ conceſſam ad proprios vſus conuertere, videtur hoc fieri pro ſe poſſe, quia prima charitas incipit a ſeipſo, & nemini iniuriã facit, qui vtitur iure ſuo, & ſic ceſſant argumenta, & rationes prędictorum. videatur etiam Bar. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.

**Emptor** re euicta non agit de euictione contra venditorem, ſi ei non denunciauit, vt veniret ad defenſionem litis, licet vẽditor ſciuerit litem motam. Not. Bar. in l. quæ vxori. §. quid ergo. ff. ad leg. Iul. de adult.

**Emptor** ſi agit ad rem emptam poteſt repelli ad exceptionem pretij non ſoluti. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empt. quæ exceptio ſi non fuit oppoſita ante ſententiam, poteſt opponi in executione, vt no. Spec. in tit. de execut. ſentent. §. fin. ver. item pone emptor. Si tamen emptor non confidit de venditore, tunc poteſt pretium deponere penes perſonam

idoneam,

Digitized by Google

idoneam.quod ſufficit, ſecundum Bart. in l. ſi ſoluturus.ff. de ſolu.ſed gl.tenet in dicto §.offerri. quod debet precium tradere,& ita tenet Azo in ſumma.de act.emp.ad fin.quam ibi allegat.

Epiſcopus non poteſt cōferre neque committere alteri, quam Vicario ſuo generali poteſtatem conferendi beneficia vacatura. No. Rota concluſ.386.& vide ſub verbo dignitas, diſpenſatio,electio,prælatus,ſtatutum.

Epiſcopus licet ex conſuetudine, vel priuilegio habeat collatiunem certi beneficij, ſiti in diœceſi alterius epiſcopi, non poteſt tamē reſignationem eiuſdem beneficij recipere a volente illud permutari, & ſic licet ad eum pertineat collatio, non tamen inſtitutio, nec deſtitutio. Not. Rota concluſione 381.

Epiſcopus licet ſit extra diœceſim poteſt beneficia ſuæ diœceſis conferre.de præben c.ſtatutum.lib.6.& ibi no.glo.pen. & probatur in c.poſt electionem.de conceſs. præben. & ibi not.per Ioann.And.ſuper verbo in mandatis.In cōtrarium facit,quia conferre beneficia eſt iuriſdictionis, vt no. infra ſub verbo iuriſdictio.§.iuriſdictionalis actus.& illa quæ sūt iuriſdictionis,non poteſt epiſcopus facere extra ſuam diœceſim,vt no.inf.§.proximo.

Epiſcopus etiam extra ſuam diœceſim, poteſt in Pontificalibus celebrare,& prædicare,etiam ſine licentia diœceſani loci,ſecundum Hoſt.quod approbat conſuetudo,licet Innoc. cōtra.ſed illa quæ ſunt iuriſdictionis,& officij,ſicut eſt chriſmare, degradare,ordinare, & ſimilia facere non poteſt epiſcopus extra ſuam diœceſim, ſine licentia epiſcopi loci, cui licentia competit,vt no.gl.in clem. fin. de priuil. ſuper verbo eiſdem.

Epiſcopus regulariter habet diſpenſare,& conferre omnia beneficia in ſua diœceſi exiſtentia. Not. Rota concluſione 424.

Epiſcopus fundat ſuam iuriſdictionem de iure communi in ſubiectione eccleſiarum ſuarum in ſua diœceſi. Et eodem modo archiepiſcopus in ſitis in ſua prouincia quo ad archiepiſcopalem poteſtatem, & in ſitis in eius diœceſi quo ad epiſcopalem. not. Dom.Anton.de cauſa poſſeſ.c. final. prima col.

Epiſcopus probat ſubiectionem eccleſiæ per duo ſigna. Primo ex eo,quod conſtat prælatum accedere ad Synodum epiſcopi. Secundo ex eo,quod præſtat ſibi cenſum. Aduerte tamē quia non ſufficit probare cenſum ſolutum, niſi probetur in ſignum ſubiectionis,vt no.eo.tit.2.col. quod eſt verum quo ad vniuerſalem ſubiectionem reſpectu ipſius cenſi ſoluendi ſufficit probare ipſam cenſus ſolutionem, vt not. eod.c.18. coll.ver.nunc autem reſtat.

Epiſcopus non poteſt aliquem ſibi non ſubiectum ordinare, ſine licentia ſui epiſcopi. de temp.ord.c.ſi.lib.6.

Epiſcopus non poteſt habere eccleſiam cathedralem cum præpoſitura.nn.Do.Ant.de iud.c.cauſam.

Epiſcopus an poſſit concedere indulgentiam celebrandi, & celebrari faciendi ſuper altari portatili, vide ſub verbo Miſſa.

Epiſcopus qui ex conſenſu Capituli poteſt ex iuſta cauſa rem vnius eccleſiæ concordare, concedere poteſt ad tempus, & etiam perpetuo,no.Ioan.And.de reſcrip.c.ſi propter. lib.6. in nouella,ſuper verbo eccleſiæ tuæ fabricæ. Et idem no.de reb.eccl.non alien c.dudum.lib.6.in gl.verbo videbatur.& no.de relig domib.c.conſtitutus.

Epiſcopus poteſt cum conſenſu Capituli, & diuidere eccleſias & perpetuā ſubtractionem vni eccleſię facere,& alteri dare. No.Fed.de Senis in tracta.permut.q.24.ſine conſenſu non poſſunt,vt probatur 16.q.1.c.præcipimus.§.licut.& no.Archid.ea.q.c.& temporis qualitas. & Hoſtienſ. in ſumma de his quæ fi.a præla.§.1.ver.ſed nec.& Ioan.And. in clem.ne in agro.& §.ad hæc aſcen. de ſtatu monach. & in clemen. ſi vna.de reb.eccleſ.non alien.in verbo non conſentiente nec poteſt etiam præſcribere,nec ſine conſenſu Capituli vnire, vt ibi dicit Ioan.Andr.

Epiſcopus poteſt parochialem eccleſiam vnire epiſcopali, vel alteri dignitati ex cauſa rationabili no Ro.concluſ.114.Tu dic,quod epiſcopus cum conſenſu Capituli non poteſt aliquod beneficium vnire, vel donare menſæ ſuæ epiſcopali, nec menſæ Capitulari coniunctim,vel diuiſim, vt not.Rota concluſ.de reb.eccl.non alien.in clem.2. ſuper verbo menſæ.niſi eſſet beneficium de menſa epiſcopi, quia illud poteſt donare Capitulo auctoritate ſua, licet tutius ſit auctoritate ſuperioris,vt no.glo.in eadem clem. ſuper verbo Capitulo. Sed ſine conſenſu Capituli non poteſt vnire, nec donare vnam eccleſiam alteri,vt no.gl.in eadem clem. ſuper verbo conſentiente.

Epiſcopus ſine conſenſu Capituli non poteſt quem beneficio priuare, vt no.de conſuetudine c.3.& de exceſſ. prælat. c.1. hoc verum quando procedit iudiciario ordine, aliter ſecus, vt quando clericus citatur,& monetur,vt reſideat,vel vt titulum ſui beneficij oſtendat, vt colligitur ex notatis per Io. Andr. in addit.Spec.ſuper rubrica.de cleric.non reſid.vide inf.§.epiſcopus poteſt clericum.

Epiſcopus etiam in ſpectantibus ad eum non iure proprio,ſed deuoluto,habet requirere conſilium Capituli. not. Domin. Ant.de elect. c.ne pro defectu. quod eſt verū de honeſtate, vt no.ibidem per eum & per gl.& vide, quod not.eod.tit.c. cum in cunctis.

Epiſcopus an poſſit facere ſtatuta contra ius,etiam de conſenſu Capituli, vide ſub verbo ſtatutum contra ius commune.

Epiſcopus an ea,quę facit,præſumitur in dubio facere de conſenſu Capituli,vide ſub verbo prælatus. §. prælatus præſumitur.

Epiſcopo quando incipiat currere ſemeſtre ad conferendum beneficium ad eum deuolutum per negligentiam patroni non præſentantis,vide ſub verbo patronus.

Epiſcopo ad quem primo,& ei, ad quem ſecundo pertinet collatio beneficij, currit tempus ſemeſtre conferendi a notitia vera, & qui eam allegat probet illam, quia ignorantia præſumitur ſecundum Innocēt. tamen non concludit,quod archiepiſcopo, quia ſingulis annis tenetur celebrare cōcilium prouinciale,& inueſtigare ſtatum beneficiorum ſuorum ſuę prouinciæ currit tempus a die deuolutionis, non attento, quod illam dicat ignoraſſe. Si tamen probabilem ignorantiam allegarent,ſtaretur de hoc iuramento eius. Sed Ioann. And.dicit relinquendū hoc arbitrio iudicis,cōſiderata qualitate beneficij,& modo vacationis,ac loci diſtātia, & fama, no.Rot.concluſ.298.

Epiſcopus debet eligi infra tres mēſes, a die electionis ſuæ debet confirmationem petere,alias caſſatur electio, & infra alios tres menſes a die pacificæ poſſeſſionis adeptæ debet cōſecrationem petere,quod ſiue fiat,ſiue non, priuatur ipſo iure prioribus beneficijs dicto trimeſtri lapſo.Not.de elect.c. cum in cunctis.& c.commiſſa.lib.6. Et niſi infra aliud trimeſtre,iuſto impedimento ceſſante,ſe fecerit conſecrari priuatur epiſcopatu. Et ſic in effectu dantur ad conſecrationem ſex menſes,vt eſt tex.de tranſl.epiſc.c.inter corporalia.licet in c.cum quædam.dicatur de quinque menſibus tantum.vide gl.de elect.c.ſi electio.libro 6.in gloſ.penult. Et priuatio prædicta fit per ſententiam non ipſo iure,vt dicto c.cū quædam.in tex.& ibi per Archid.& probatur etiam 76. diſtinc. c.quoniam quidā.nec requiritur, quod alia monitio præcedat,ſed ſufficit ſolus lapſus temporis ad hanc priuationem, vt in dicto c.cum in cunctis.& ita no.per Compoſt.& Ioan. Andr.& de hoc vide per Innoc.quod no.& Ioann.And.de præbend.c.extirpandæ.& per Dom.Ant.in d.c.cum in cunctis.vbi vide.

Epiſcopus poſtquam eſt conſecratus, non poteſt deponi, nec ab adminiſtratione,vel ab epiſcopatu remoueri, niſi per ſolum Papam habentem ab eo mandatum. Sed excommunicati,ſuſpendi,& interdici poteſt per archiepiſcopum, & per eius officialem archiepiſcopo abſente. Not. Dom.Anton.de iud.c.1.ver.op.vero.vbi plene videas, per quos contra epiſcopum procedi poteſt.

Epiſcopi appellatione in materia iuriſdictionali comprehenditur electus confirmatus, ſed in materia proportionabili, vel indifferenti comprehenditur ſolus conſecratus. no.Do. Anton.de iudic.c.at ſi clerici.§.de adulterijs.ver.2.ex parte perſonæ. De quibus autem cognoſcere poſſit electus.& confirmatus,nondum conſecratus.vide Dom.Anton.eo.§.ver.

venio

Digitized by Google

venio ad declarãdum. Sed Rota ſimpliciter dicit, quod ille, qui non eſt conſecratus, nec dicitur epiſcopus, nec pro epiſcopo ſcribitur, licet ſit electus, & confirmatus. Not. Rota concluſ. 419.

Epiſcopi, & alij qui ad dignitates rogantur, vel promouentur, debent eſſe literati, aliter remouentur, & priuantur, de ætat. & qualit. c. fin. & de elect. c. ſi forte. lib. 6. Et vide quod not. Doct. de elect. c. cum in cunctis. in princ. Et defectus ſcientiæ reddit electionem nullam, & poteſt pronunciari nulla probato defectu, non tamen ſufficit contumacia pro probatione, ſi citatus ad ſubeundum examen non veniat, vt no. in d. c. ſi forte.

Epiſcopi & archiepiſcopi non debent a clero exactiones indebitas facere, alias puniuntur, de exceſ. prælat. c. 1. ſed debent ſolum procurationes, & debita ſubſidia exigere, de cenſi. c. cum Apoſtolicæ. Et debitum eſt, quando epiſcopus ad Papam, vel ad Regem, vel ad Synodum vadit, & quando facit expenſas pro communibus negotijs diœceſis, ſecũdum Innocent. vt no. Io. And. de ſtat. mon. c. 1. Item vbicunque epiſcopus indiguerit ſine culpa ſua. vt no. Io. Andr. de Iudæ. c. ad deliberandum.

Epiſcopi & ſuperiores prælati habent merum, & mixtum imperium, & quæ ſunt meri, & mixti Imperij, vide Ro. concluſione 399.

Epiſcopus & inferior epiſcopo an poſſit abſoluere ab excommunicatione, vide ſub verbo excommunicatio. §. excommunicatum poteſt.

Epiſcopus eo ipſo, quod epiſcopus eſt, habet ius canoniæ annexum, vide gl. de conceſſ. præbend. c. poſtulaſti. Ille tamen canonicus non requirit præbendam, quia ſatis præbẽda eſt de menſa ſua, niſi conſuetudo aliter ſe habeat, vt no. Io. An. ſuper dicta gl. & vide aliam glo. optimam, melius declarantem in c. irretragabili. §. exceſſus. de offi. ord. Licet Hoſtien. dixerit, quod epiſcopus non poteſt eſſe canonicus, quia idẽ non poteſt eſſe pater, & filius, quod Ioann. Andr. reprobat. de præben. c. cum in eccleſia. lib. 6. in nouella. & vide illum textum.

Epiſcopus eſt caput Capituli, & canonici ſiue Capitulum ſunt membra, & faciũt vnum Corpus, & vbi in electione, vel collatione diſcordat epiſcopus cum Capitulo, ſtatur diffinitioni epiſcopi, ſi habet vocem in Capitulo, vt prælatus, niſi aliud rationabile obſiſtat. Si vero habet vocẽ vt canonicus, ſtatur diffinitioni ſanioris partis Capituli, niſi aliquod rationabile obijciatur. no. Io. And. in c. 1. de exceſſ. prælat. alibi etiam dicit, hoc caſu ſtare diffinitioni epiſcopi, niſi recuſetur, vt ſuſpectus, vt no. Ioan. And. de conceſſ. præben. c. poſtulaſti. ſuper verbo nobiſcum. Et quod dixi ſtare diffinitioni maioris partis Capituli. verum eſt quando epiſcopus habet vocem vt canonicus, nunc enim illa cẽſetur ſanior pars, quæ cum epiſcopo concordat, licet ſit minor numerus, vbi alia pars, licet ſit numerus maior, aliquid opponat, vt not. Io. And. ſecundum Hoſt. de his quæ fi. a prælat. c. quanto Super hoc vide, quod pulchre no. Dom. Ant. de conceſſ. præb. c. poſtulaſti. vbi concludit, quod ſi epiſcopus habet vocem, vt prælatus, & in Capitulo ſunt viginti canonici, non valet quod faciat epiſcopus cum decem, quia nõ habet maiorem partem Capituli, ſecus ſi vocem habeat vt canonicus. Idem tenet Compoſtel in c. cum eccleſia Vulterana. de elect. Idẽ Archid. 20. diſt. in princip. Idem Ioan. Andr. in c. 1. ne ſede vac. lib. 6. ſuper verbo aſſenſu. & ex his reprobatur opinio. Hoſt. recitata per Ioan. Andr. in locis præall. qui concludit vocem Capituli facere minorem partem Capituli, cui adhæret, & pro qua diffinit præualere, quod falſum eſt, & eam reprobant Doctores præfati. Et Fede. de Senis conſil. 2 2 2. qui etiam tenet non valere, quod facit maior pars Capituli epiſcopo contradicente. Et ſic poſſet ſemper epiſcopus etiã ſolus, qui debet, vt prælatus intereſſe. Sed contrarium ſentit in hoc Io. And. in c. a collatione. de app. lib. 6. in nouella. dicens, quod ſecundum hoc nũquam eſſet dare maiorem partem epiſcopo contradicente. Et ſic ſemper poſſet epiſcopus etiam electiones, & collationes impedire, quod eſſet abſurdum, & iura ſic debent intelligi, quod non ſonent in abſurdum.

Epiſcopus in dubio præſumitur eſſe in Capitulo vt prælatus, non vt canonicus, & per quos actus appareret eum ibi ſtare, vt prælatum, vel vt canonicum, vide gl. de appell. c. a collatione. lib. 6. & ne ſe. vac. c. 1. eod. lib. & tex. in c. conſtitutus. de maio. & obed. Sed qualitercunque ſit, in Cap. non habet niſi vnam vocem, & plene diſputat Ioann. And. in d. c. a collatione. in nouella.

Epiſcopus ſi prouidet de beneficio auctoritate iuris, quod ei non competit, an valeat ſi auctoritatem alterius iuris, & ex alio capite ius ei competet, vide ſub verbo prouiſio. §. prouiſio facta.

Epiſcopus nõ poteſt eſſe procurator alterius, niſi in cauſa amici epiſcopatus, & eccleſiæ ſuæ, vt no. Innoc. & Dom. Ant. in c. 1. & 2. de re iudic.

Epiſcopus non conſecratus, licet electus, & confirmatus, an poſſit cauſas criminales diffinire, & cognoſcere, vide ſub verbo, Vicarius epiſcopi licet.

Epiſcopus conſecratus non poteſt exercere illa, quæ ſunt ordinis, vt no. Hoſt. & Io. And. de elect. c. tranſmiſſam. & Archid. 19. q. c. peruenit.

Epiſcopus poteſt facere ſtatutum contra antiquiorem conſuetudinem eccleſiæ, ſed non cõtra ius commune ſtatuere poſſit, & rationem differentiæ ponit Dom. Anton. de conſtit. c. cum M. Ferrarienſis. 7. coll. ver. no. quod canonici. vide quo ad epiſcopum, quod no. ſuper verbo ſtatutum. §. ſtatutum. contra ius commune. Et vide ſub verbo canonicus. §. canonici an, & quando.

Epiſcopus ſolus fundat intentum ſuum de iure communi ſuper iuriſdictione puniendi exceſſus in ſua diœceſi excluſo quolibet alio prælato inferiore, & ſi inferior talem iuriſdictionem habeat, habet ex conſuetudine, vt not. Dom. Anto. de for. comp. c. cum contingat. in quarto notabili. Idem no. gl. in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ord. Et quod dictum eſt de cauſis criminalibus, idem in matrimonialibus, vt eſt caſus in c. accedentibus. de exceſſ. prælat. Et idem in omnibus dignitatem talem concernentibus, quorum aliqui ibi exprimuntur, & aliqui ſupplentur per Ioann. And. in nouella. Scias tamen quod conſuetudo, non poteſt dare iuriſdictionem inferioribus ab epiſcopo deponẽdi clericos, vt no. Ioann. And. in c. cum contingat. ad fin. & idem tenet Dom. Anton. ibidem.

Epiſcopus poteſt de iure communi iuriſdictionem exercere, & tota ſua diœceſi, etiam in cauſis in quibus inferiores prælati habeant ordinariam iuriſdictionem, & inter epiſcopum, & alios inferiores eſt locus præuentioni, & ſi non conſtat quis præuenerit, præfertur epiſcopus ratione maioritatis. no. Ioan. And. in c. paſtoralis. ſuper prima gl. de offic. ordin. & Dom. Ant. in c. cum contingat. de for. comp.

Ex conſuetudine poſſet tamen inferior ſolus excluſo epiſcopo iuriſdictionem habere in certo loco, vt no. Io. An. in c. cum epiſcopus. de offic. ord. lib. 6. & Dom. Anton. in c. cum contingat. 6. col.

Epiſcopus debet creari, & deputari in ciuitatibus, non in caſtris, vt patet in c. 1. de priuileg. & debent deputari in ciuitatibus honorabilibus, non in paruis, vt patet 80. diſtinct. c. epiſcopi.

Epiſcopus poteſt priuare clericum beneficio ſi monitus non oſtendit titulum beneficij, vt no. Ioan. And. in addit. Spec. ſuper rubrica de cleric. nõ reſid. quod intellige in beneficio recenti, ſecus in vetuſto, in quo ſufficit clericum innuere ſe habuiſſe titulum ab alio, qui dare potuit, vt not. Innoc. de ſimo. c. licet Heli. & Feder. de Senis conſil. 234. vide ſupra. §. epiſcopus ſine conſenſu.

Epiſcopus non poteſt illegitimare filium illegitimum. Sed poteſt diſpenſare contra illegitimantem habilitando eum, vt no. Dom. Anton. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. 20. coll. vet. numquid autem poſſit epiſcopus.

Epiſcopus non poteſt præſcribere, quod etiam in caſu illicito poſſit rem alienare, ſine conſenſu Capituli, vt not. Ioann. Andr. in clem. ſi vna. verbo conſentiente. de rebus eccl. non alien. & hoc probat tex. & no. Inn. de re iud. c. cum cauſa. & de app. c. Romana. ad fin. ſuper gloſ. de præſcrip. lib. ſexto, in nouella.

Episto-

Digitized by Google

Epiſtola, vide ſub verbo abſens.

AEquipollens. vide ſub verbo indefinita.

AEquitas quando præferatur rigori, vel econtra. vide Ro. concl. 29.

AEquitas quando præfertur iuri ſcripto eſt ſeruanda per iudicem, vt not. Ro. concluſ. 40. vide pro hoc bonum tex. in c. 1. de confeſſ. lib. 6.

Error in nomine eius, contra quem fit exequutio citationis, vel alterius actus, non vitiat actum, ſi de perſona conſtat per circumſtantias. Et idē ſi fuit error nominis in teſte. No. Ro. concl. 129. & no. in c. ſignificante. & Hoſt. pleniſſime in Summa de teſtib. qui ponit in 1. & 2. col. & per Spec. in tit. de teſtib. c. præſentata. §. ratione autē. ver. quid de dubitante. & quod no. ibi Io. An. in addit.

Error iuris excuſat, quādo propter varias opiniones Doctorū eſt dubium iuris probabile, vt no. Io. An. de poſtulat. præla. c. 1. ad fi. & vide ſub verbo ſnīa lata expreſſo iuris errore.

Error ſi eſt commiſſus per procuratorem in dādis poſitionib. per iuramentum poteſt corrigi per principalem, ſine expreſſa reuocatione erroris, ſed principalis poſitionem ab eo datam, per iuramentum reuocare non poteſt, vt no. Rota. concluſ. 92. quod intellige niſi allegat errorem, maxime in facto alieno, quem vult probare, & reuocare iuxta not. in c. cum poſitionibus. de iureiur. lib. 6. quod allegato dicta deciſio, & ſecundum iura, quæ allegat, debet intelligi.

Errorem ſuum poteſt procurator reuocare, & contrarios articulos, ſiue contrariam materiam dederit per iuramentum, licet de errore ſuo non doceat aliter, quam per iuramentum ſuper errore præſtitum, quod procedit magis de ſtylo quā iure, & hæc verba in cauſis beneficialibus & matrimonialibus, in prophanis autem non poteſt reuocare, quod cū iuramento dedit alteri. Sic not. Ro. concl. 291.

Error communis habetur pro veritate, in iuriſdictione ordinaria, ſecus in delegata, in qua non ſufficit probatio cōmunis reputationis. No. Ian. de reſcrip. c. cum dilecta. quod limita quando error ſiue vitium eſt circa commiſſionem delegantis, quæ eſt actus priuatus, ſecus ſi vitium ſiue error eſſet delegati, per tex. c. ad probandum. de re iudic. vt no. Dom. Anto. in dicto c. cum dilecta. vide omnino. Cald. in dicto c. ad probandum, cuius dicta ponuntur ſub verbo excommunicatio. §. excommunicatus non poteſt eſſe iudex.

Error confeſſionis licet poſſit reuocari vſque ad ſententiam, tamen ſecus, ſi allegetur error in ſcriptura inſtrumenti producti. Not. Innocen. de caſibus. c. cum olim. ad fi. & Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & vide omnino. inſ. §. error tacite. Quod limita quo ad verba diſpoſitiua in inſtrumento contenta, non quo ad narratiua, quia confeſſio, quæ inſurgit ex productione inſtrumenti, non trahitur ad ea quæ inſtrumentum non probat, vt not. Bart. in l. poſt legatum. ff. de his, quibus vt indig. & idem Ro. concluſion. 220. Sed verba narratiua non probant, niſi contra contrahentes. Propterea dicit Do. Anton. quod producens inſtrumentum poteſt poſtea dici illud non ſolenne, & non facere fidem. in cap. cum venerabilis. de excep. 5. columna. ver. opp. quod contra. Et prædicta procedunt in confeſſione tacita quæ inſurgit ex productione prædicta, ſecus ſi pars expreſſe confiteatur dando articulum de contentis in inſtrumento, quia tunc verba narratiua inſtrumēti ſunt traducta in diſpoſitiua per expreſſam confeſſionem, & tunc illa confeſſio concordans cum inſtrumento reuocari non pōt nec admittitur pars ad probandum contrarium. Et probatur confeſſio ſub commemoratione inſtrumenti facta, licet inſtrumentum de ſe in verbis narratiuis, vel etiam alijs non approbaret, & hoc voluit Innoc. in dicto c. cum venerabilis in gloſ. non eſt verum. ver. ſed ſi confiteatur. licet Bart. in dicta l. poſt legatum. dicat, quod poteſt probare contrarium. Sed loquitur quando inſtrumentum eſt de ſe nullum. Adde quod articulus datus per modum obiecti non poteſt reuocari text. not. de elect. c. ab eo. lib. 6. & vide ſub verbo producens. §. producens inſtrumentum. & vide omnino ſub verbo confeſſio. §. confeſſione. & §. confeſſio in deliberate, &c.

Error communis non iuuat, nec pro veritate habetur, quando ſententia lata eſt communi errori, ſcilicet communi opinioni contraria, quia talis communis opinio non eſt probabilis. Secus ſi ille, qui vult ſe ex communi opinione iuuare, ſciebat, ſcilicet veritatem eſſe contra communem opinionem. Not. Cal. de re iudi. cap. ad probandum. & Dom. Anton. de præben. cap. dilectus. il 2. penultim. columna.

Error communis an faciat geſta valere. Vide Innocen. de offic. dele. c. cum ſupra. & de elect. c. cum dilectus. & cap. nihil vbi plenius loquitur, & ibi vide Io. An. poſt Compoſtel. & Do. Anton.

Error etiam in facto proprio toleratur, vbi agitur de damno vitādo. l. ſed & ſi me putem. in principio. & §. cum iter. ff. de condi. indebi. & l. ſi tibi libertum. ff. de action. empti. & no. Bar. in d. l. ſed & ſi me putem. per Do. & Io. An. in nou. & regula ignorantia. lib. 6. & talis error probatur eo ipſo, quod probatur rem aliter ſe habere, vt not. gloſſ. in l. cum de indebito. ff. de proba. & eſt text. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ign. & per Bart. & Bald. in dicta l. ſed & ſi me putem. Et prædicta ſunt vera in errore adhibito extra iudicium, idem ſi adhibetur in iudicio, videlicet circa præparatoria, ſed circa deciſoria non præſumitur error, licet probetur rem aliter ſe habere, niſi probentur aliæ circumſtantiæ ex quibus error præſumitur. vt not. Bartol. in l. non fatetur. ff. de confeſs. verſicul. ſed quæro qualiter.

Error iuris tolleratur, vbi agitur de damno vitando. l. iur. ignorantia. ff. de iuris. & fac. ignoran. & not. Bart. & Bal. in l. 2. C. quod met. cauſa. & probatur talis ignorantia ex qualitate facti, & perſonarū, puta ſi dicit ſe erraſſe, quia groſſus, & illiteratus, vt not. Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſs. vel ſi in negotio, in quo erratur, variæ & probabiles ſint opiniones Doct. vt not. Ioan. in cap. 1. de poſtu. in nouella. in fin. prædicta limita in errore iuris adhibito extra iudicium, ſecus ſi in iudicio adhibeatur, quia illa reuocari non poteſt, vt not. Bart. in l. non fatetur ver. aſſero vnā quæſtionem.

Error iuris non impedit præſcriptionem, vide ſub verbo præſcriptio. §. præſcribere volenti.

Error tacitę confeſsionis, ſurgens ex productione inſtrumenti non poteſt reuocari, nec admittitur quis ad probandum talem errorem, ſecus in ſimplici confeſsione abſtracta ab inſtrumento, quia primo caſu producens inſtrumentū potuit, & debuit antequam produceret deliberare, an ſibi expediret confeſsio, quia memorabilis. Et item plus eſt habere tacitam confeſsionem, & inſtrumenti probationem, quam contra confeſsionem tantū, & inſtrumenti, vt no. Innocen. & Ioan. And. de cenſi. c. cum olim. in fi. prædicta limita, quando errore reprobetur inſtrumentum directe ſecus ſi indirecte puta produxi inſtrumentum, in quo apparet me eſſe debitorem in decem producendo confiteor tacite, quod ſum debitor, volo probare quod ſolui, & feciſti pactum de non petendo, & conſequenter quod non ſum debitor, in effectu debeo admitti, quia iſta probatio non repugnat veritati inſtrumenti. Item nota dictum Dom. Anton. in dicto. c. cum olim. Ex prædictis apparet, quod illi, qui per dictam theoricam. Innocen. concludunt, confeſſionē deductam in inſtrumento, vel aliam ſcripturam reuocari non poſſe ratione alicuius erroris, non bene allegant, quia Innocen. hoc dicit, quod confeſſio tacita quę ſurgit ex productione inſtrumenti non reuocatur quia duo concurrunt, ſcilicet confeſſio, & inſtrumentum, ſecus ergo, vbi eſt alterum tātum, ſecundum eum. Ideo ſi aduerſarius produceret inſtrumentum in quo contineretur confeſſio mea poſſem illam confeſſionem reuocare ratione erroris perinde, ac ſi de illa nulla fuiſſe ſcriptura, ſiue inſtrumentum, quæ vel quod de ſe non facit plenam probationem, ſecus in productione ſcripturæ in qua contenta in ea aliunde probentur, vt patet in probatione articulorum, vel poſitionum. Nam ratione erroris poteſt talis articulus reuocari, vt not. Ioan. An. in c. in poſitionibus. de iureiur. lib. 5. ſuper verbo iuſta cauſa. & vide ſupra error confeſſionis.



Digitized by Google

Et iſta dictio eſt ampliatiua. No. Bart. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & propria natura iſtius dictionis eſt, diuerſa coniungere, quando tamen copulatiue ponitur inter duo adiectiua, non requirit in eodem ſubiecto concurſum vtriuſque, ſed verificatur in alio tantum, vt not. Dom. Anton. in dicto cap. penult. de vita & honeſt. cler. Et de natura huius dictionis vide plene per Dom. Anton. de cohabit. cler. & muli. c. veſtra. ver. nota, quod materia. & per Bar. in l. ſuc. quæ. in §. vtrumq; de inhibit. ibi pleniſſime loquitur, & vide omnino per eum in l. 1. ff. de pac.

Et cetera, hoc verbum denotat temporis continuationem. Not. Ro. concluſ. 29.

Etſi hoc verbum licet communiter ſignificet aduerſaturam vt patet in c. quamuis de præben. lib. 6. tamen quandoque ponitur conditionaliter ad modum proferentis. Not. Do. Anton. de excep. cap. cum venerabilis. 2. colum. ver. not. ſecundo.

AEtas vide ſub uerbo annus.

Euidens, & euidentiſſima probatio quæ dicatur. vide ſub verbo probatio. §. probatio indubitata.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. de priuil. c. ſi Papa. lib. 6. & ff. de penu lega. l. nam quod liquide. in fin. Not. Ro. concluſ. 316. & vide ſub verbo Articulus.

Exceptio licet firmet regulam tamen nunquam ampliat eam. No. Bartol. ff. de vſufructu leg. l. generali. §. vxori. de fun. inſtruct. leg. l. quicquid. §. denique. & ſi. Vide Bart. in clem. 1. de præben. & Pe. More. in c. licet. de offic. Vicar. lib. 6. licet Lapus ibi dicat contrarium. in vltima concluſ.

Exceptio licet debeat ſpecialiter opponi, tamen quicquid deducitur ad iudicium per reum licet non dicat, quod excipiendo deducit, tamen in vim excipiendi intelligendum eſt, & præſumitur eſſe deductum. Not. Rot. concluſ. 314. licet autem non ſit neceſſe, quod exceptio ſpecifice, & in forma opponatur, tamen inepte excipiens ſuccumbit. Not. Bart. in l. 1. §. Labeo. de flumin. & in l. 1. ff. de except. & in l. domum. C. de rei vendicat.

Exceptio dubia quæ poteſt includere, & non concludere, debet admitti, cum poſtea poſſit in proceſſu detegi, & declarari. no. gloſ. de procur. cap. ex inſinuatione. & Io. An. de reſti. ſpol. in cap. literis. 14. columna. ver. ex his deducitur.

Exceptio ſpoliationis factæ per tertium, licet poſſit opponi executioni, tamen non proceſſui nec diffinitioni. Not. Ro. concluſ. 419. Not. Dom. Anton. de reſtit. ſpoli. c. in literis. 8. columna. ver. op. quod agenti.

Exceptio ſpoliationis rerum priuatarum non poteſt opponi contra agentem ſuper eccleſiaſticis, nec econuerſo. No. Ro. concluſ. 419.

Exceptio ſpoliationis factæ ab alio quam ab actore, quæ non mandauit, nec ratam habuit, non poteſt opponi, niſi in cauſis criminalibus, vel niſi ſpoliatio concludat inopiam. Not. Ro. concluſ. 419. & no. Dom. Ant. de reſtit. ſpol. c. in literis. 8. col. ver. op. quod agenti.

Exceptio aliqua an poſſit opponi contra executionem gratiæ, vel contra inductionem in poſſeſſionem, vide ſub verbo exequutio.

Exceptio banni, vel excommunicationis, quæ obſtabat cedenti, an obſtet ceſſionario. Vide per Ioan. An. de iur. pa. c. 1. lib. 6. in nouella ſuper gloſ. penult.

Exceptiones etiam nullitatis, ſi reiiciuntur per reſcriptum, vel conſtitutionem, an intelligantur etiam de defectib. iuriſdictionis procedentibus, vide ſub verbo reſcriptum. §. reſcriptum per quod. & ſub verbo lex, ſiue conſtitutio excludens.

Exceptio an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem actiue, vel paſſiue. Vide plen. per. Dom. Anton. de iud. in ver. venio. ad ſecundum. & ver. venio ad quartum.

Exceptio contra actorem oppoſita quod priuandus veniat iure, quod habet in re, quam petit, eſt admittenda, licet non ipſo iure, ſed per ſententiam priuandus ſit, vt not. de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap. paſtoralis. in gloſſ. penultima. quod intellige, ſi excipiens petat actorem condemnari & priuari per ſententiam, & ſic abſolui per ſententiam ſuper iſta priuatione. Not. Dom. Anton. de foro compet. cap. ſi diligenti. 11. columna. verſic. ſed expoſito quod requirat.

Exceptionem habens poteſt aduerſarium conuenire implorando officium iudicis, ne ab eo inquietetur, licet ab ipſo non conueniatur. vt no. per Dom. Anto. de iureiur. c. Quintauallis. ver. quo ad ſecundum, & quo iur. Et aduerte notabiliter quod tale officium imploratur a iudice ipſius implorãtis, nõ a iudice eius, cõtra quẽ imploratur, quia hoc caſu ille cenſetur iudex competens ad dictum iudicis officium, quod venit loco exceptionis, quia eſſet competẽs ſuper ipſa exceptione, ſi actor ageret. vt no. eo. §. ver. venio. ad quartum.

Exceptio ordinis, vt prius de vna cauſa quã de alia cognoſcatur, & omnis exceptio, quæ non perpetuo, ſed ad tempus impedit, eſt dilatoria. Not. Bartol. in l. 3. ff. de excep. Et idem in exceptione præiudiciali ad aliam. Ideo talis exceptio poteſt opponi poſt litem conte. Not. Bal. C. de probat. l. exceptionem. 3. col.

Exceptio dilatoria, habens cauſam ſucceſſiuam. & multiplicatiuam, non conſumitur per litis conteſtationem, ideo exceptio, quod quis non conueniatur vltra duas dietas cum ſit exceptio fori, poſſet opponi, poſt litem conteſtatam, ſi reus de nouo citatur, quia de nouo grauatur, quę exceptio prodeſt quo ad futuros actus, non quo ad præteritos. Not. Dom. Anton. de reſcript. c. dilectus. 11. & Spec. in titul. de appellat. §. reſtat. ver. & not. eod. tit. de cita. ver. quid ſi reus. & vide infra. §. excep. competens ex ſtatuto.

Exceptio declinatoria iuriſdictionis non poteſt opponi per illum, qui ante lit. conteſtationẽ interrogatus, an coram tali iudice vellet litigare, reſpondet, quod ſic, quod eſt verum, quando ſciuit vel ſcire debuit exceptionem ſic competere, alias ſecus. Item hoc verum, quando reſpondet ſe velle litigare. Si autem conſtituat procuratorem ad reſpondendum, ſaluis exceptionibus ſuis, tunc ſecus. Not. Dom. Anton. de iud. cap. 1. ver. oppo. quod locus, & ver. ex his deciditur.

Exceptio declinatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam, ſicut poteſt opponi non obſtante pacto, quia pacti & renũciatio reſtringitur ad cauſam ſubſiſtentem ſecundum tempus pacti, & renunciationis, & idem in exceptione recuſatoria, propter ſuſpicionem. Notat Dom. Anto. de iudi. c. 1. ver. opp. primo, quod hæc.

Exceptio declinatoria iuriſdictionis non tollitur, per ſatisfactionem de iudicio ſiſti, vel de iudicato ſoluendo de mandato iudicis factam quia illa ſatiſdactio recipit intellectum, promitto ſiſtere prout debes de iure. Not. Dom. Anton. de iudi. cap. 1. ver. ex his deciditur per Bart. de re iudicata in l. quidam conſulebant. Et adde tex. & Bar. in l. non videtur. ff. de iudic. nec etiam tollitur per alium actum quem pars coram iudice faciat ante litem conteſtatam. Not. Dom. Anton. de re iudic. & vide infra §. renunciatione. ſub verbo renunciare non intelligitur exceptioni.

Exceptio excommunicationis continet procuratorem excõmunicatum, licet ſit dilatoria, & poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam propter periculum excommunicationis quia cauſa opponendi eſt ſucceſſiua. Not. Dom. Anton. de proba. c. poſt ceſſionem. penult. columna. & dicta exceptio operatur contra iudicem coram quo probanda. vide Ioan. An. de excep. c. pia. lib. 5. ſub verbo iudex. in nouella. & probatur in l. quidam conſulebant. de re iudi. & Dom. Ant. de offi. deleg. c. cum ſuper. & per Dom. in dicto. c. pia.

Exceptio competens ex ſtatuto, quod bannitus non audiatur, non poteſt opponi contra bannitum in cauſa appellationis ſi in cauſa principali bannitus fuerit reus originarius, ſiue ſit appellatus. Sed ſi fuerit actor originarius in principali in qua non fuit oppoſita exceptio banni, tunc ſi eſt appellatus, non poteſt opponi in cauſa appellationis, quia in alia reus cenſetur, ſi appellatio non auditur oppoſita excep. niſi etiam appellans appellationem ſuam proſequatur. Not. Dom. Anton. de excep. capit. ſignificauit.

Digitized by Google

ficauit.6.col.ad finem. & vide ſup. §.exceptio dilatoria habens.

Exceptio præiudicialis an ſit prius tractanda, & facienda, quã cauſa principalis, & an proceſſus ſimul ſuper vtroq; valeat, vide Dom.Ant.in c.tuam.de ord.cogn.in prima,& ſecunda op.per Bar.in l.fundum.ff.de excep. licet Bart.ibi loquitur in pluribus actionibus priucipaliter intentatis,quarum vna eſt ad aliam præiudicialis.

Excipiens de delicto an teneatur exprimere locum,& tempus delicti,ſicut fit in accuſatione.vide ſub verbo tempus.§.tempus non ſolum.

Exceptio peremptoria de qua conſtat per inſtrumentum, poteſt opponi in vim dilatotiæ, ad proceſſum impediendum. Et idem in qualibet alia quę ſit notoria,quod eſt ſingulare, vt no.Spec.in tit.de excep.§.edicto. ver. ſed an reus.& ver. vt autem. Et idem notat Anton.de reſcript. c. ſuper literis. 18.columna.Taciturnitas tamen dictæ exceptionis, de qua conſtat in inſtrumento,non vitiat reſcriptum tanquam ſubreptitium,ſed taciturnitas notoria ſic. vt not. decima octaua coll.

Exceptio in beneficialibus poteſt opponi,non ſolum ad merita,ſed etiam ad proceſſum, & contra literas, quia ſurreptio non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum vitiat gratiam, & reſcriptum, & pariter officit vtrique, vt no. Ioann. Andr.de except.c.paſtoralis. ad fin.gloſs.magnæ. & de reſcrip.c.conſtitutus.quod eſt verum,quando ſimul in literis creatur ius,& iuriſdictio. Vbi autem primo per literas creatur ius,& iuriſdictio,poſtea ex interuallo dantur literæ ſubreptitiæ,ſunt nullæ, & contra illas poſſit opponi, & contra reſcriptum,quod in poſſeſſionem ducatur,non poteſt dicta ſurreptio opponi,vt no. Innoc. in dicto c. 1. de litis conteſt. lib.6.& ibi Io.And. in nouella. Et idem dicit Dom.Anton. de reſcrip.c.conſtitutus. penult.columna. Sed aliter diſtinguit.in c.ſuper literis.eod.titu. 18.col.vbi etiam dicit.Idem in priuilegijs,quod in beneficialibus. Et idem dicit Ioan. Andr. ſecundum Compoſt. in c. ad audientiam. 2. de reſcript.

Exceptio pacti de non agendo firmato iuramento de non agendo,eſt declinatoria fori, immo debet opponi ante litem conteſtatã ad impediendum proceſſum, poſtea autem opponi non poteſt,ſecus in exceptione pacti de non petendo nõ firmato iuramento,quia illa eſt peremptoria, & non debet opponi poſt litem cõteſtatam, ſed ante. Vbi autem pactum eſſet iuramento firmatum, vel ſimpliciter quis iuraſſet non petere,tunc etiam ante litem cõteſtatam poteſt opponi exceptio,& impedietur periurium,vt not.Innoc.& Io.And.in nouella,in c. 1.de lite conteſt.libro 6.Idem in pacto, vel iuramento de non conueniendo,quod in pacto de non agendo,vt no.Ioann.Andr.de reſcrip.c.ad audientiam ſecundo. in fine.

Exceptio pacti, vel iuramenti de literis non impetrandis, debet opponi cõtra reſcriptum ante litem conteſtatam,poſtea opponi non poteſt,vt no.Innoc.& Io.And.de reſcript.c.ad audientiam 2.circa fin.

Exceptio doloſe,& ſcienter omiſſa in cauſa principali,non poteſt opponi in cauſa appellationis, & ſic limita l. per hanc. C.de temp.appellat. ſed exceptio ignoranter omiſſa in cauſa principali,etiam ſi ſit dilatoria poteſt opponi in cauſa appellationis,& ſic limita c.in noſtra.de procura.vt no. Dom. Anto.in dicto c.ad audientiam.2.& 3.columna.de reſcript. & admittitur excipiens,qui probabilitatem ignorauit, petita reſtitutione ex clauſula, ſi qua iuſta cauſa eſſe videbitur.

Exceptio dilatotia ſuperueniens poſt litem conteſtatam, ſi erat orta ante, ſed eius notitia deuenit ad partem poſt litem conteſtatam poteſt opponi,vt no. Io.And. de conſtit.c.cum M.Ferrarienſis.penul.col. ver.venio ad ſecundum. vide inf. §.exceptio dilatoria.

Exceptio quælibet, quæ orta eſt poſt terminũ opponi poteſt. Idem ſi ante terminum citationis orta erat, ſed poſt terminum ad notitiam partis deuenit,ſed hoc vltimum mirabiliter limitatur, ſecundum Hoſt.in exceptionibus dilatorijs, quæ poſt terminũ opponi non poſſunt,licet de nouo ad notitiam peruenerint. Fallit in caſibus.de quibus in c. vt circa. de electio. lib.6. iudex tamen de facili debet dictum præceptum reuocare,ex cauſa prædicta. Ita no. Dom.Anto.in c. cum M. Ferrarienſis. de conſti. 11.col.ver. venio ad ſecundum.

Exceptiones dilatoriæ permiſſæ opponi,poſt litem conteſt.intelliguntur permiſſæ, eo caſu duntaxat, quod iure opponẽdi,non eſt prouiſum. per viam agendi, alias ſecus, caſu quo permittuntur opponi,vſque ad actum, qui fit, vel fieri ſolet poſt litem cõteſtatam, vt in actu receptionis teſtiũ, vel alio ad quem non proceditur niſi lite conteſtata, poſtea autem opponi non poſſunt, vt no.Dom.Ant. de conſtit.c.cum M. Ferrarienſis. ver. ſed licet eſt vnum dubium. 10.col. Idem no.Dom.Ant.quo ad primum.in l.Pomponius.§.rati.ff.de procuratorib.

Exceptio iſta tu non habes mandatum ſufficiens,nõ poteſt opponi poſt litem conteſtatam, quia litis conteſtatio ſupplet defectum dubij mandati, ſed exceptio, tu non es procurator poteſt opponi poſt litem conteſtatam ad impediendum futuros actus,non ad annullandos actos iam factos. Legiſtę tamen indifferenter dicunt, quod ante litem conteſtatam, & poſt exceptionẽ tu nõ habes procuratoriũ repellitur, nec valeãt geſta ad præiudicium domini,vt no.Do.Ant.de conſti.c.cum M.Ferrarienſis.ver.venio ad ſecundum dic. 10.colum. vbi declarat intellectum l.Pompon.§.rati.ff.de procurat.Aduerte tamen,quod licet Io.And.in c. 1.de elect.libro 6.ſuper verbo abſentia.dixerit ſecundum Inn.quod iſta exceptio, tu non es procurator poteſt opponi quandoque ad impediendum futuros actus,ſed de iã factis ipſe nihil dixit, & citauit Inn. imperfecte, qui dixit,quod licet procurator, quo ad actus iam factos, non teneatur docere de mandato per inſtrumentum originale, tenetur tamen probare, quod illud in actis exhibuit, & ita etiam tenet Angelus in dicto §.rati.& Domin.de Sancto Geminiano.in dicto c.1.vbi Innocent. hoc dixit in gloſ.ſuper verbo in abſentia, in fin. & vide ſuper verbo procurator. §. procurator. de cuius mandato.

Exceptio iſta tu non es procurator, non poteſt opponi in executione ſententiæ,nec in cauſa appellationis, vt no. Angel. in l.Pomponius. §.rati. ff. de procurat. primum dictum eſt verum,quãdo procurator obtinuit,ſecus ſi ſuccubuit. vt no. Cyn.in l.obtinuit.C.de contrahen. & committ. ſtip. & per Bar.in d.§.rati.vide omnino ſub verbo præſumptio.§.præſumi non debet, quem eſſe procuratorem. Bald.in l.ita demum.C.de procur.pro limitatione dicti Angeli.

Exceptionem obijciens non videtur de intentione aduerſarij aliquid confiteri, vt in regula exceptionem. Secus ſi illam confiteatur, vt not.Bartol.in l.non vtique. ff.de exception. ſed alibi dicit, quod in his, in quibus pars ſibi præiudicare non poteſt, excipiens, non cenſetur confiteri. Vnde ſi ille, qui dicitur ſeruus, excipiat dicens ſe manumiſſum, per hoc non confitetur, quod fuerit ſeruus. Idem ſi ille, qui dicitur excommunicatus,dicit ſe abſolutum, quia per confeſſionem non poteſt quis ſibi præiudicare, ſi ambæ partes fatentur exceptionem. Tunc vero excipiens fatetur, ſi vna pars negat, alia fatetur,quo caſu ſi exceptio non probatur, excipiens non cenſetur fateri ad cõmodum ſuum. Sed fallit in authent.ſi dicatur. C. de teſti. & quod dictum eſt de negante procedit, ſi fiat, ſine ſolennitate in facto. Et prædicta procedunt, quando exceptio fit de eo, quod non dependet a mera voluntate excipientis. In dependentibus autem a mera voluntate, dicendum eſt, prout dicitur in vltimis voluntatibus, ita not. Bartol. in l.decem. de verborum obligation. Domin. Anton. dicit regulam eſſe, quod excipiens non fatetur, quæ regula procedit maxime, quando prius negatur intentio, vel quando excipiens dicit ſe non confiteri, vel quando illam ponit conditionaliter, quod facere cenſetur,licet verba intelligi poſſent aduerſatiue. Præcedit etiam, quando actor negat exceptionem, quo ad ius, & factum, quia non poteſt ſe ex negato fundare. Fallit primo hæc regula, quando intentio ponitur ſeparatim ab exceptione, vt ſi dico credo, per quod datur intellectus regulæ. Et illa procedunt quando



Digitized by Google

actor ex verbis exceptionis cõſecutiue, & intercluſiue præſupponeret intentionem, vel fundaret intentionem, ſecus ſi ex alio ſeparato, quia ex alio fundat licet nõ ex exceptione. Fallit ſecundo quando intentio trahitur ex verbis exceptionis non intercluſiuæ, vel prægnantis, vel tacitæ, quia non licet fateri intentum incluſum in exceptione. Fatetur tamen ipſam excep. Fallit tertio quando factum eſt intercluſum in exceptione, & actor fundat ſe in facto, prout eſt in facto, ſed non prout eſt in iuris effectu. Et tunc excipiens videtur fateri factum, ex quo infamatur. Et ſic habetur finaliter ratio, quare excipiens non fatetur, quia intentionem intercluſam poteſt dupliciter ponere, primo vt in facto, ſecundo vt in iure. In dubio autẽ videtur fateri vt in facto, nõ vt in iure, vt verba pro ea interpretentur, ideo ſi ſuper facto fundat actor, fatetur reus, ſi ſuper iure non eſt confeſſata actoris intentio ita no. Domin. Ant. in c. cum venerabilis. de excep. ver. op. quod excipiens.

Exceptio de re iudicata tranſacta vel finita, poteſt opponi ad impediendum proceſſum, de litis conteſt. c. 1. lib. 6. & expone iudicata efficaciter, tranſacta firmiter, & finaliter finita rationabiliter, ſecundum Ioan. Mon. & Dom. Ant. in dicto c. 1. ſuper gl. ſufficiebat. in nouella. & ſuper illo verbo finita includit exceptionem iuramenti de non agendo ſuper eo, quod iam deductum cauſat in lite prius mota. Item includit exceptionem arbitrij homologati, & oritur actio, & exceptio, ſicut ex ſententia, vt no. Ioan. And. ſuper glo. prædicta in nouella.

Exceptio præſumptionis poteſt poni ad proceſſum ſecundum Bart. in l. 1. ad fin. ff. ad Tertull. & Anton. in l. vir bonus. ff. iudicatum ſol. contrarium tenet Io. And. in c. 1. de litis conteſtatione, ſuper verbo ſufficiebat, in nouella. Dic plenius, vt not. Bartol. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condiction. indebit.

Exceptio ſolutionis, & acceptilationis, & quælibet alia, per quam declaratur, actori actionem ipſo iure non competere, poteſt opponi ad impediendum proceſſum, vt no. Bar. in l. cum quærebatur. in princ. ff. iudicatum ſol. & Ang. in l. vir bonus. eod. tit. & Bal. in d. §. ſi quis poſt.

Exceptio quælibet peremptoria, ante litem conteſtatam non debet admitti ad proceſſum impediendum, ſi tamẽ fuit admiſſa, & probata impedit proceſſum, vt circuitus litium euitetur, vt no. Io. And. in c. fin. de libell. obla. & in c. exceptionem. de except.

Exceptiones quæ de ſummario habent impedire proceſſum, ita demum debent admitti, ſi earum probatio offertur in continenti parata. Si enim requirent altiorem indaginem, non debent impedire proceſſum, vt not. Bald. in l. nam poſtea. in princ. ff. de iureiur. & Dom. Ant. in c. ſi. de libel. obla. & Aut. in l. vir bonus. ff. iudic. ſol.

Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra perſonas eccleſiaſticas etiam poſt lapſum biennij, quandoque etiam prælatus renunciando dictæ exceptioni non præiudicat eccleſię, nec ſucceſſori, & dictã exceptionem poteſt opponere vſque ad quinquennium non poſtea. Ratio eſt, quia dicta exceptio fuit ab initio per leges indulta, & immutata, ad quinquennium, quod non potuit poſtea per legem Imperialem decurtari ad biennium in præiudicium eccleſiarum.

Exceptio pretij nõ ſoluti, an poſſit opponi exceptioni, vel exequutioni ſententiæ latæ contra venditorem, ad rem cedendam. Vide ſub verbo emptor. §. 1.

Exceptio, & excipere an poſſit quis de iure tertij. Vide plene per Ioann. Cald. de reſcript. c. mandatum. ver. item quæritur. quinta charta.

Exceptio quando fit in lege, vel canone datur per hoc intelligi, niſi id fiat exceptum includeretur, vt not. Io. And. de reſcript. c. ſi propter. ſuper verbo morte, in nouella. libro ſexto.

Excommunicatio, vt valeat non requirit de neceſſitate contumaciam nec culpam, quia talia non ſunt de ſubſtantia iuſtæ excõmunicationis, quia ſi proferatur etiã iniuſta ligat, text. de ſent. exc. c. Romana. §. fi. lib. 6. & vide ſub verbo citatio partis ſicut. & vide ſup. §. proximo. in princ.

Excommunicatus ſi petat abſolutionem ad cautelam aſſerens ſe exemptum a iudice, qui excommunicauit, eum non debet abſolui aliqualiter, licet non plene doceat de exceptione, ne illudatur ordinariæ poteſtati. Not. Rota concluſione 296. & 219.

Excommunicatus cum petat abſolutionem ad cautelam, neceſſe habet probare excommunicationem, ad quam probandam, quo ad effectum dictæ abſolutionis ſufficit probare, quod fuit denunciatus. Immo ſecundum quoſdam ſufficit ſola confeſſio, dicentis ſe excommunicatum, vt not. Rota concluſ. 343.

Excommunicatus petẽs abſolutionem ad cautelam habet neceſſe duo probare, ſcilicet ſe ex cauſa legitima appellaſſe, & poſt appellationem excommunicatum fuiſſe. Not. Rota cõcluſ. 383. Qui autẽ appellationi ab alio interpoſitæ adhæſit, & poſt adhæſionem excommunicatus fuit, non debet audiri petens abſolutionem, niſi doceat infra decendium, quo appellare potuit, adhæſiſſe, illamque adhæſionem ordinario intimaſſe. No. Rota concluſ. 221.

Excommunicatus ſi petat ſe abſolui ſimpliciter, vel ad cautelã, ſufficit volenti impedire opponere exceptionem manifeſtæ iniuriæ, vel offenſæ in genere, oportebit tamen poſtea probare in ſpecie. No. Rota concluſ. 48.

Excommunicatus petens abſolutionem ad cautelam contra quem opponitur exceptio rei iudicatæ, vel manifeſtæ offenſæ ex eo, quod rei iudicatæ non paruit, debet abſolui, ſi dicat excommunicationem latam poſt appellationem legitimã, vel niſi alleget nullitatem ſententiæ ex defectu iuriſdictionis, quia vtroque caſu redditur excommunicatio, & ſententia dubia, & tunc habet locum abſolutio ad cautelã. Si enim de iuriſdictione conſtaret abſolutio ceſſaret. Idem ſi non conſtaret de non iuriſdictione, quia tunc certum eſſet excõmunicationem non valere, nec eſſet opus abſolutione. Tũc ergo fit dicta abſolutio ad cautelam, quando eſt dubium de iuriſdictione, & videtur dubium, quando negãs iuriſdictionem, licet habeat fundatam ſuam intentionem de iure communi, vel ſi habebat, probatum eſt de iuriſdictione per vnũ teſtem, & ſic facta eſt dubia iuriſdictio, & hoc eſt verum niſi aduerſarius ex aduerſo perfecte probat iuriſdictionem, non etiam deducat, & probet notorietatem iuriſdictionis, vel ſaltem communem opinionem, ſeu publicam vocem, & famã eſſe de ipſa iuriſdictione, quia ſi debet induci manifeſta offenſa ex ſententia, cui non paretur, oportet, quod etiam iuriſdictio iudicantis manifeſta ſit, quod tene menti. No. Rota concluſ. 319.

Excommunicatus cum petit abſolutionem ad cautelam ad quam impediẽdam opponit aduerſarius manifeſtam offenſam ipſo iure, ſine hominis aſſignatione, incipit currere terminus vni dictum ad probandum, a die exceptionis propoſitæ, & currit tempus de momento ad momentum. Not. Rota concluſ. 203.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa, non auditur, nec abſoluitur antequam ſatisfaciat, ſed ſi offenſa eſt dubia, & conqueritur de nullitate ſententiæ excommunicationis non eſt neceſſaria abſolutio, & auditur proſequens iudicium, niſi petat ſe abſolui præſtita cautione, de ſatisfaciendo.

Excommunicatus autem pro contumacia manifeſta non abſoluitur, niſi prius contumaciam purget. & de expenſis ſatisfaciat. Si vero contumacia eſt dubia, tunc ſi contendit ſuper nullitate ſententiæ, non abſoluitur ex neceſſitate, licet poſſit petere ad cautelam. Sed ſi contẽdat in iniuſtitiam ſententiæ non abſoluitur ex neceſſitate, licet poſſit petere, alias nõ auditur in cauſa, in qua contumax fuit. Prædicta procedunt niſi quis eſſet excommunicatus, quia iacet in peccato, & ſolus fuit abſolutus, quia ſi poſtea excommunicaretur, nõ abſolueretur ad finem iudicij. No. Dom. Ant. de iudi. c. 1. ver. venio ad gloſ. in verbo, quod autem dictum eſt, excommunicatum pro contumacia non abſolui, niſi de expenſis ſatiſfecerit, intellige, vel de ſatisfaciẽdo fideiuſſorem dedit. No. Rota concluſ. 69.

Excommunicatus ex manifeſta contumacia non abſoluitur, antequam ſatisfaciat, idem ſi pro manifeſta offenſa. No. D. Ant. de iudic. c. 1. ver. ponitur ſecundo excommunicatum.

Ex

Google

Et hæc de contumacia. Vide tex. in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſen. excom. lib. 6. nec liberatur excommunicatus ſola ſatisfactione, niſi actualiter abſoluatur. No. D. Ant. in d. capit. ver. tertio nota excommunicatum.

Excommunicatus propter contumaciam, quia citatus non cõparuit, ſi anno in excommunicatione perſeuerauerit, habetur pro conuicto de delicto, pro quo conuenitur, & poteſt priuari epiſcopatu, & beneficio abſque alio iudicio, ſi ante annum non priuatur, ſi celebrauerit, quo caſu priuari poteſt propter irregularitatem, & propter contemptum in celebrando, no. Dom. Ant. de iudic. c. 1. circa fin. & per eum vide in c. paſtoralis. §. verum. de appell. & vide infra §. proximo.

Excommunicatus nõ poteſt priuari titulo beneficij, per quem priuetur reditibus beneficij, niſi excommunicatio præceſſerit, ex cauſa priuante ipſo iure, no. Do. Ant. de iudi. c. 1. ver. nota ſexto excommunicatum. Vide plenius de ętate, & qualitate c. cum bonæ. circa fin.

Excommunicatio inducitur per hæc verba ab habente poteſtatem excommunicandi, videlicet iubemus talem, vt excommunicatum vitari, & illa dictio vt, vel ſicut, non notat improprietatem, ſed veritatem. Idem ſi per hæc verba, ſis a cõmunione hominum alienus, & ſic verba referuntur ad partem. Item ſi dicatur nulli communicet talis donec abſoluatur ſatisfactione præmiſſa. Secus ſi ſimpliciter dicatur nullus communicet tali. Nam talia verba non inducunt directam, ſed potius indirectam excommunicationem, ex quo tres ſequuntur effectus. Primo, quod talis indirecte excommunicatus non peccat communicando cum alijs. Secundo, quod nec ipſe, nec communicantes cum eo, ſunt excommunicati maiori excommunicatione. Tertio, quod talis indirecte excommunicatus, non incurrit irregularitatem. Not. D. Ant. de iudi. c. 1. ver. op. quod per hæc verba.

Excommunicatio, & anathematizatio, differunt ſecundum Io. And. quia prima eſt ſine ſolennitate. Secunda cum ſolennitate, ſed ſolennitas anathematis eſt, quod epiſcopus imponens cum 12. epiſcopis eam facit cum candelis accenſis, quia in fine anathematis, debet proijcere, & cum pedibus conculcare. No. D. Ant. de iudic. c. cum non ab homine. ver. op. cum gl. in verbo.

Excommunicatio per edictum contra incertam perſonam, vt quando ponitur edictum per ordinarium, quod omnes clerici ſuæ diœceſis ſoluant charitatiuum ſubſidium infra certum terminum, ſub excommunicationis pœna &c. quo caſu ligantur contrafacientes, qui erant pręſentes in loco edicti, quando fuit propoſitum, non illi qui erant ita diſtantes, quod ad eorum notitiam, non potuit edictum veriſimiliter peruenire. No. Ro. concluſ. 419. vide bonum tex. de iſta excommunicatione in genere conſtituta de ſen. excom. c. Romana. §. caueant. lib. 6. & quod no. gl. ſuper verbo nominatim. in c. ſi ſacerdos. de offic. ordin.

Excommunicatus minori excommunicatione debet excommunicari maiori, ſi participat ex contemptu. no. Dom. Ant. de cleric. excomm. miniſtr. c. fin.

Excommunicatio poſt legitimam appellationem non valet, etiam ſi appellans non proſequetur appellationem. No. de ap. c. ſæpe. in gl. ſuper verbo rata.

Excommunicatus iuſte dicitur, qui eſt ad fructus perceptos generaliter condemnatus, ſi per exequutorem fuit monitus, vt infra certum tempus dictos fructus reſtitueret, & nõ fecit, nec aliud infra terminum oppoſuit, non abſoluitur, niſi ſatisfecerit. No. Rota concl. 128.

Excommunicatio an probetur ex eo, quod pateat aliquem ab excommunicatione abſolui gl. dicit quod ſic. de elect. c. venerabilem. §. ſunt enim. vide Ioan. And. de ord. cogn. c. cum dilectus. ſuper gl. penult. & de homic. in dicto c. exhibita. & Bar. de verb. oblig. l. decem. & Ioan. And. in dictis locis concludit, quod ſi petatur abſolutio in iudicio, probatur excommunicatio, niſi expreſſe dicatur, quod petit ad cautelam. Et idem dicit Bar. in d. l. decem. ff. de ver. oblig.

Excommunicatio non probatur per denunciationem, quando exceptio excõmunicationis opponitur in vim perẽptoriæ, ſed in vim dilatoriæ, & tunc eſt dubium. No. Rota concluſione 244. Alibi dicit, quod licet non probetur per denunciationem, quantum ad repetendum illum, qui dicitur excommunicatus, probatur tamen quoad effectum obtinendæ abſolutionis ad cautelam ab excommunicatione, vt not. Ro. concluſ. 383. vide Ioan. And. pro, & contra. de iudic. c. 1. ver. oppo. quod per hæc verba. circa finem. quod no. Ioann. And. de ſent. excomm. lib. 6. ſuper verbo denunciari, & de excep. c. pia. ſuper verbo nomine proprio. Hoſt. dicit, quod per denunciationem probatur denunciatio facta per ordinarium in capitulo prudentiam. §. ſexto. de offic. delegat. & idem tenet ibi Do. Ant. & idem dicit Archid. 11. q. 3. c. nemo contemnat. & d. c. pia. & tenet Dom. Ant. Io. de Imo. vt recitat Dom. in d. c. licet. dicit tamen dicta deciſione, quod curia ſeruat contrarium.

Excommunicatio non probatur per hoc, quod quis excipiendo dicat, ſe ab excommunicatione abſolutum, licet nõ probet abſolutionem, quia per hæc non fatetur ſe de præſenti excommunicatum, vt not. Bart. in l. decem. ff. de verborum obligat.

Excommunicatus ſi fuit abſolutus, licet male, non debet tamẽ in eandem excommunicationis ſententiam remitti, ſiue reduci, niſi canonica præmiſſa monitione, vt ex noua cauſa iuſta, & approbata, puta ex contumacia. Ad hanc tamen reintruſionem non requiritur monitio perſonalis, ſed ſufficit citatio per audientiam, cum trina monitione, ex quo ab initio ante primam excommunicationem fuit perſonaliter apprehenſus. no. Rota concluſ. 382.

Excommunicare nõ poteſt ille, cui certum miniſterium eſt cõmiſſum, ſi impeditur expedire, vide ſub verbo iudex. §. an iudex certum.

Excommunicare poſſunt etiam inferiores prælati, immo quilibet clericus ex conſuetudine præſcripta. Hoc patet ſecundũ Innoc. vt no. Rota concluſ. 344. Nam excommunicandi poteſtas poteſt acquiri, & haberi, ne dum per prælatum, ſed etiam per inferiorem clericum habentem iuriſdictionem, vel per eminentiam in aliquos ſubiectos, vt no. Domin. Ant. de cauſa poſſ. c. fin. 26. collatione. ver. ex his deciditur. Adde, quod nullus excommunicare, nec ab excommunicatione abſoluere poteſt, nec pęnitentias iniũgere, niſi ſit ſacerdos, & ſi non ſacerdoti talia committuntur, debet illa per alium ſacerdotem idoneum expedire. quin immo ſi talia quandoque committuntur, nil obſtat quin illa per alium ſacerdotẽ adminiſtrare poſſit, vt no. Io. And. in c. ſi. ſuper verbo iniungere pænitentias. de legat. Et vide ſub verbo iudex. §. iudex quilibet.

Excommunicatum non poteſt epiſcopus, & etiam inferior niſi a iure abſoluere, ſaluo quod ab excommunicatione iuris inferior non abſoluit, niſi a iure ſpecifice ſibi ſit conceſſum, vel niſi habeat epiſcopalem iuriſdictionem. no. Do. Ant. de iud. c. at ſi clerici. ff. de adult. penult. & vlt. colum. vide ſupra §. proximo.

Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum poteſt abſolui per ordinarium, ſimiliter eſt in illis qui non ſunt ſui iuris. tex. de ſent. excom. c. mulieres. Idem in quolibet alio, ex cuius iniectione non enormis, ſed leuis iniuria eſt illata, tex. eo. tit. c. peruenit. Et dicitur enormis, vel leuis iniuria eſſe illata in text. eo. tit. c. peruenit. quando ſequitur membri mutilatio, vel magna ſanguinis effuſio, vt patet eo. tit. c. cum illorum. Ab alia enim enormi, & atroci, poteſt legatus abſoluere, vt not. D. Ant. de ſententia excommu. c. ad audientiam.

Excommunicationem an incurrat laicus, capiens delinquentem, vide infra ſub verbo laicus. §. laicus capiens.

Excommunicationem non incurrit, qui pro defenſione perſonæ, vel rerum manus violentas in clericum mittit. no. gl. in c. olim cauſa. de reſt. ſpol. & in c. ſi vero alicuius. §. ſi vero clericum. de ſen. excom. c. licet in d. §. ſi vero. videatur tex. in cõtrarium, in eo, quod dicit talem non debere ad Summum Pontificem tranſmitti, vt abſoluatur per quod innui videtur, eum eſſe excommunicatum, non tamen quod arctetur pro abſolutione ire ad Summum Pontificem, vel tranſmitti vt abſoluatur, per quod innui videtur, eum eſſe excommunicatum, non tamen quod arctetur pro abſolutione audire

Summum

Summum Pontificem,quia poteſt abſolui per ordinarium. Sed dic,quod per rationem illius tex. concluditur, eum nõ eſſe excommunicatum, & conſequenter nõ tenetur pro abſolutione adire Papam,nec inferiorem. Ratio enim ibi ponitur, quia vim vi repellere omnia iura permittunt. Ergo quia lege permittente,ſic pœnam,non meretur.C.de adult. l.Grachus.

Excommunicationem incurrit, qui violentam manum in clericum excommunicatum, vel monachum, licet bigamum, iniecit. No.Io.And.de re.iur.c.delictum.lib.6.

Excommunicationem incurrit, qui clericum inuitum retinet, vel detinet,licet eum in perſona non lædat. de ſent.excom. c.nuper.in princ.

Excommunicationem incurrit non ſolum, qui violentas manus iniecit in clericum,ſed etiam qui mandauit vinci.tex.de ſent.excom.c.mulieres.Idem etiam in eo,qui conſentit, vel conſulit locutione,vel literis,id eſt verbo,vel ſcripto.vt no. gloſ.in c.quanto.de ſent.excom.

Excommunicationem vnicam incurrit, qui vno impetu plures clericum percuſſit, quia illæ plures percuſſiones pro vna habentur. not. Ioann. Andr. de re iudicata, libro ſexto.

Excommunicatus de pluribus cauſis, ſi in abſolutione vnam tantum exprimit, manet pro alijs excommunicatus. de ſententia excommunicat.c. cum pro cauſa. & de offic.ordin.c. ex parte.

Excommunicari non poteſt pro debito, qui bonis cedit, quia ceſſat contumacia,quæ eſt excommunicationis cauſa,no.Io. And.de ſolut.c.Odoardus.ſuper gl.fin.

Excommunicatus minori excommunicatione, ſcilicet quia cũ excommunicato ſcienter participat,ſuſpenſus eſt, quo ad ſe tantum,nõ quo ad alios,& ſic quo ad commodum alienum poteſt eligere, & non eligi, quia inhabilis eſt ad beneficia, & omnia ſpiritualia reſpicientia fauorem ſuum, non alienum. de ſententia excommunic.c.nuper. & c. fin. & ibi per Dom. Anton.

Excommunicatus occultus non eſt vitandus,ſecundum Innocent.vt not. Dom. Ant.de cohab.cler.c.veſtra. in 5.col. Imo talis excommunicatus occultus,qui communi opinione habetur pro libero,poteſt beneficia, alias ad collationem ſpectantia conferre, & ſi confert,vel confirmat valet collatio, vel confirmatio. Sciret enim excommunicatum,vt no. Cal. de re iudic.c.ad probandum. Et idem ſentit Dom. Anton. de præben.c.dilectus.2.vlt.colum. in princ. & vide infra §. excommunicatus non poteſt de priuilegio in iudicio agere, vt infra in §. excommunicatus minori. nec excommunicatum abſoluere,vt no.Cald.in dicto c.ad probandum. Vide omnino Lap.alleg.97.col... vbi tenet contra.

Excommunicatus maiori excommunicatione poteſt beneficiũ acceptare,ſed non poteſt de illo ſibi prouidere. No.Rot.cõcluſione 199.prædicta limita,niſi excommunicatus ignoret probabiliter ſe excommunicatum, vt no.gl. de cler.excom. c.apoſtolicæ. & diſtinguit inter excommunicatum manifeſtum,& occultum,vt ibi recitat Ioan.And. quem videas, & quod non poſſit eligere, nec alium ſpecialem actum facere, vt no.de iureiur.c.Quintauallis.ver.24.vide infra, §.excommunicatus poteſt aliquid.

Excommunicatus poteſt matrimonium contrahere, & teſtamentum condere,& contractus inire,& æquiparatur deportato,no.Ro.concluſ.290.& de contractu,no.Dom.Ant. de iureiur.c.Quintauallis.col.4.& 5.Sed de contractu, & alijs extraiudicialibus,an excommunicatus poſſit illa facere, vide plenius per eundem Dom.Ant.de dol.& contum.& per Bald.in l.1.C.de iur.& fact.ignor.& per Io.Andr.in c.1.de off. Vicar.lib.6.in nouella.in fin. vbi dicit ſecundum Hoſt. contractum excommunicati claudicare,ſicut dicitur contractus pupilli, & ſemper valet ad eius vtilitatem, ſi notorius eſt excommunicatus, vel ſi non dicit ſententiam excommunicationis nullam,vt ipſe no.de ſen. exc.c. ſolet. ſuper text. ad fin.lib.6.in nouella.

Excommunicatus minori excommunicatione poteſt eſſe in iudicio.Secus in excommunicato maiori ſiue ſit excõmunicatus publice,ſiue occulte.no.D.Ant.de iud.c.intelleximus.

Excommunicatus poteſt acquirere ius patronatus de conſenſu epiſcopi, ſi non habet exercitium ante abſolutionem, vt not. Ioann. Andr. de iure patron. c. nobis. ſuper verbo ſi quis.

Excommunicatus non poteſt iuriſdictionem delegare,de re iudic.c.ad probandum.no.in c.1.de offic.vicar.lib.6.

Excommunicatus non poteſt priuilegium aliquod impetrare. Lap.de reſcrip.c.1.ver.de offic.vicar.lib.6.quod limitari poteſt,niſi probabiliter ſe excommunicatum ignoret,vt no.gl. de cler.excommu.min.c.apoſtolicæ. Sed Hoſt. ibi diſtinguit inter excommunicatum manifeſtum, & non omnino occultum,vt ibidem refert Io.And.quem videas.Dom.Anto. tenet,quod impetratio non eſt ipſo iure nulla, ſecus impetratione reſcripti, vt ipſe not. in dicto cap.ver.quid in priuilegijs.Lapus autem aliter dicit 80.alleg.coll.7. & vide ſup.§. excommunicatus occultus.

Excommunicatus licet non poſſit impetrare reſcriptum ad agendum extra curiam,non poteſt tamẽ impetrare in curia, & ſunt potius diſtributiones,cum quilibet etiam inhabilis admittatur ad impetrationem talem. No.Ro.concluſ. 248. Ratio huius conditionis procederet in reſcripto impetrato ad auditorem Rotæ,qui alias habet iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo. Secus in impetrato ad alium iudicẽ, etiam in curia, licet non valeat reſcriptum impetratum ad agendum extra curiam, valet tamen ſi ex motu proprio ſit conceſſum, & abſolutione facta poterit ex illo agere. Not. Lap.de reſcrip.c.1.lib.6.Item valet indiſtincte, ſi eſt impetratum ab ignorante ſe excommunicatum, ſi eſt probabilis ignorantia,vt no.gloſ.de cler.excommun.miniſt. c.apoſtolicæ. Sed Hoſtienſ. ibi diſtinguit inter excommunicatum omnino occultum, vt ibidem refert Ioann.Andr. quem videas.

Excommunicatus ſi non auditur excipiens, poteſt impetrare reſcriptum,ſuper quo auditur,in quantum impetrat ad eundem iudicem,ſed ad alium impetrare non poteſt, not. Domin. Anton. de exception. c. ſignificauerunt. vltima columna.

Excommunicatus ſuper appellatione ſua interpoſita proſequenda poteſt petere reſtitutionem ad appellandum. Not. concl.424.& vide inf.§.prox.

Excommunicatus non poteſt petere reſtitutionem principaliter aduerſus ſententiam, niſi in cauſis matrimonialibus, & beneficialibus,ſecundum Hoſtienſ. Not.Rot.concluſ.424. Vide Dom.Ant.de iudic.c.intelleximus. Dic quod ſi petitur reſtitutio ex clauſula generali,quia probata niſi ſubueniretur,damnum pateretur innocens,vel periclitaretur,& tũc auditur reſtitutionem petens. Sed ſi petitur reſtitutio, ex ſolo fauore dependens,tunc non auditur, ſi petit principaliter reſtitutionem ad appellandum, quia illa ordinatur in finem defenſionis,ideo excommunicatus admittitur.no.D. Ant.de excep.c.ſignificauerunt.ver.ex his deciditur.penultima columna.

Excommunicatus non poteſt agere de nullitate ſententiæ,nec alium reconuenire.not.Rota concluſ.424.Quo ad nullitatẽ vide Dom.Ant.de iudic.c.intelleximus. Dic quod non poteſt de nullitate agere ſecundum Ioann.And.quia poteſt ſe defendere per exceptionem ſi exequutio petatur.Hoc intellige niſi nullitatem proſequeretur per viam appellationis, quod poteſt, vel niſi ſententia aliqua eſſet,quo ad opinionem, licet nulla,quo ad veritatem,tunc enim auditur, quia tunc contra opinionem, quæ ipſum ſtimulat, ſe defendit. not.Domin. Anton. in dicto c.ſignificauerunt. vltima columna.

Excommunicatus non poteſt iudicialiter agere. Fallit quando agit ex l.diffamari.vel per authen.qui ſemel.quia neceſſario agit tunc,vt no.Dom.Anton.in c.ſignificauerunt.7.col. Et circa hoc vide.inf.§.excommunicatus licet poſſit eſſe. Item fallit in cauſa appellationis a propria excommunicatione, ſed conueniri poteſt, ne ex ſuo delicto commodum reportaret. Et quamuis non debet per alium ex neceſſitate reſpondere, tamen poteſt ſi vult per alium ſe defendere, quod ſibi permittitur,& licet cum eo participare.no. Dom. Ant.de iudic.c.intelleximus.Dic quod non ſolum in appellatione

lationc auditur excommunicatus, quia licet fuerit actor originarius in prima inſtātia cenſetur reus, & defenſor in appellatione, propter ſtimulum ſententiæ contra eum latę. ſecundum Inno. Io. An. & Archid. vt not. Dom. Anton. de excep. c. ſignificauerūt. vlt. col. verb. opp. quod non debuerit. Hoc verum, in quantum petit ſententiam, contra ſe latā caſſari, ſed in quantum peteret, vltra hoc fieri pro ſe adiudicatoriam, non auditur, quia illo caſu actor eſt, ſecundum Rom. & La. licet. Io. An. & gl. contrariū dicant quando appellatur a diffinitiua. Opinio Io. An. procederet, quando ante conditionem, non fuiſſet oppoſita excommunicatio, alias procedit, opinio hæc. Et prædicta procedunt in actore appellante. Sed ſi eſt appellatus, nō auditur volens proſequi appellationem, ſi de excommunicatione opponitur, niſi appellans, etiam proſequeretur, quia primo caſu actor cenſetur in appellatione, ſecundo reus originarius, ſiue ſit appellatus, ſiue appellans, auditur indifferenter in cauſa appellationis ſicut in principali non obſtante appellatione, vel exceptione, qua ſemper pro eo habetur, vt not. Dom. Anton. in dict. cap. ſignificauerunt ver. quæro. in 6. colum. prædicta intellige, in appellatione iudiciali ſecus in mere extraiudiciali, quia in illa excommunicatus indifferenter non admittitur, cum illa ſit prouocatio ad cauſam. Sed ſi non eſſet mere extraiudicialis, vt in eo, qui appellat, ab excommunicatione alias exequutus, qui vult prouidere admitteretur. Not. Io. An. de excep. c. pia. lib. 6. ſuper verbo iudiciorum in nouella. Item prædicta intellige, quando excommunicatus appellat a ſententia, vel ex eo denegatur defenſio, ſed ſi appellat ex eo, quod ſibi audiētia ſimpliciter denegatur, non auditur ſecūdum Archid. quod eſt notabile, vt no. Dom. Ant. in dicto. c. ſignificauerunt ad finem.

Excommunicatus licet poſſit in cauſa appellationis agere, habet tamen neceſſe abſolutionem petere ante ingreſſum iudicij, ne contemnere videatur. No. Dom. Anto. de offic. deleg. c. prudentiam. §. 6. ver. octauo, quid in cauſa appellationis, quod eſt verum, quando litigat per ſeipſum, ſecus forte ſi per procuratorem litigaret. Not. Dom. Anton. in dicto c. intelleximus. Item primum dictum verum in appellatione, interpoſita a ſententia, nec hēt neceſſe ſe petere abſolui, quia primo caſu, quando appellat a ſententia excommunicationis, fatetur ſe litigare, merito contemnit, ſi non facit ſe abſolui, & quia non ſtimulat ſententia excommunicationis, quæ non tranſit in rem iudi. vt no. Dom. An. de except. c. ſignificauerunt. 4. col.

Excommunicatus licet poſſit eſſe in iudicio, vt reus conuentus, tamen non poteſt vt reus eſſe in iudicio agendo ex l. diffamari. vel petendo, quod actor cōpellatur perſiſtere, ſecundum formā. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. quia hoc eſſet ad eius commodum voluntarium. no. Dom. Ant. de Iudi. c. intelleximus. vide ſupra §. excommunicatus non poteſt iudicialiter. Aduerte tamen, quia ea quæ pro excommunicato iudicialiter fiunt, valent, ad eius præiudicium in fauorem partis recipientis. vt no. Io. An. in c. 1. de offic. vica. lib. 6. in nouella.

Excommunicatus poteſt vt tertius pro ſuo intereſſe comparere ad cauſam, quia non dicitur actor. ſed reus neceſſitatis prouocatus, not Doct. de except. c. cum inter. vide plenius per Dom. Ant. in c. dilecti. eo. tit.

Excommunicatus duabus excommunicationibus, ſi impetrat abſolutionem ſuper vna, non poteſt repelli propter aliam. vt no. Ioan. Ant. de recep. cap. 1. lib. 6. ſuper ver. excommun.

Excommunicatus non poteſt regulariter in iudicio agere, & iudicium agitatur, coram delegato ab eo impetrato. Eſt nullus ſi coram ordinario repellitur. no. Dom. Ant. de iudi. c. intelleximus.

Excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio, tanquam iudex, vel teſtis nec vt aduocatus, vel Notarius cauſæ, nec vt aſſiſtens actioni, nec vt cauſam ſolicitans, nec vt accuſator pro publico intereſſe, nec vt proſequens inquiſitionē, vel vt cauſam promouens, nec pro iniuria ſibi illata. not. Do. Ant. de iudi. c. intelleximus. nec etiam poteſt, vt tutor vel curator decretum interponere, & prædicta vera in publico excommunicato ſecus in occulto. Not. Bar. de iur. & fac igno. l. 1.

Excommunicatus in omnibus caſibus, in quibus poteſt eſſe in iudicio vt tutor, vel vt alias legitimus adminiſtrator vt patet pro filio, etiam ſi ſit nullius, niſi conſenſus primo requireretur in ſignum repudiationis. no. Do. Ant. de iudi. c. intelleximus.

Excommunicatus non poteſt eſſe in iudic. compenſando, vel rectum petendo, vel extraiudicialiter appellando, vel voluntarie excipiendo. Vide Dom. Anton. de iudic. c. intelleximus.

Excommunicatus licet repellatur ab agendo in iudicio, tamē ſecus in ſuſpēſo, vel interdicto, ſiue alio crimino ſo, qui non repelluntur. vt no. Do. Anton. de iudic. c. intelleximus.

Excommunicatus in quibus caſibus poteſt eſſe in iudicio, in omnibus illis ſi impeditur, poteſt agere pro iniuria ſibi illata circa caſum etiam permiſſum, not. Dom. Anton. de iudi. c. intelleximus.

Excommunicatus in omnibus caſibus, quibus poteſt eſſe in iudicio, ſi impeditur, poteſt agere pro eiſdem, & poteſt procuratorem conſtituere, quia poteſtas procuratoris conſtituendi regulatur a poteſtate agendi, & ſufficit talem procuratorem habere generale mandatum, licet Archidiac. dixerit, quod requiratur ſpeciale. Not. Dom. Anton. de iudic. c. intelleximus.

Excommunicatus licet non poſſit conſtituere procuratorem ad recipiendum abſolutionem ab excommunicatione, poteſt tamen litem ſuper abſolutione, per procuratorem agitare. no. Dom. Ant. de iudic. c. intelleximus. primum dictum limita ſecundum Inn. vt no. ſuper verbo procurator non poteſt conſtitui. Et vide. §. excommunicatus poteſt per procuratorem.

Excommunicatus an poſſit eſſe in iudicio tanquam procurator vniuerſitatis, vel alterius. Dom. Anton. de iud. c. intelleximus. & plenius per eundē. in c. poſt ceſſionem. de probat. & de except. c. ſignificauerunt. & dic. vt §. excommunicatus non poteſt.

Excommunicatio ſicut poteſt fieri ad tempus, ita & abſolutio ab excommunicatione poteſt eſſe temporalis, & elapſo tempore ſtatim, quis reincidit in excommunicationem, quicquid dicant. Archid. & Cal. vt no. Dom. Anton. de reſtib. c. veniens. a. in c. fin.

Excommunicatus non poteſt eſſe procurator alterius in iudicio ex parte rei, ſi erat excommunicatus tempore conſtitutionis, & tempore ſuſceptionis, ſed ſi tantum erat excommunicatus tempore conſtitutionis, licet tempore quo mandato, vtatur, ſe reperiat ab excommunicatione abſolutum, non valet, quia mandatum, ab initio fuit vitioſū, ideo poſtea non reconualeſcit, niſi noua, & expreſſa voluntas domini ſuperueniat, tempore, quo procurator eſt abſolutus, & habilis effectus. & eſt aduertendū. quod proceſſus cum tali procuratore eſt capax, licet poſtea ſuperueniat inhabilitas, quia excommunicatorum tunc procurator valet, ſed donec excommunicatus manet, non proceditur cum illo, proceſſus tamen factus valeret hoc caſu, ſi non apponeretur, quia habet fundamentum poteſtatis, licet non exerceat niſi ſuperueniente capacitate, quia abſolueretur, & vtetur procurator priuilegio, & ſic excommunicatus non poteſt eſſe procurator. ni cauſa omnino committatur ſibi ab illo cuius vult eſſe. No. Dom. Ant. de proba. c. poſt ceſſionem. in vltima charta. In caſibus tamen, in quibus dixi excommunicatum non poſſe eſſe procuratorem, poterit aliū ſubſtituere, ſi ad hoc habet mandatum, quia actus ſubſtitutionis, extraiudicialis eſt, & per viam contractus expeditur. vt ibidem. no. Dom. Ant. circa hoc vltimum. Vide ſub verbo procurator excommunicatus non admittitur in prima. Ita & ſi poſt ſententiam contra ſe in prima inſtantia latam, & poſt appellationem ab eo interpoſitam excommunicatus non auditur, in proſecutione appellationis, not. Dom. Ant. de except. in c. ſignificauerunt. 7. col. ver. ex hoc deciditur.

Excommunicatus nomine ſuæ dignitatis, non poteſt contrahere, quia eo ipſo, quod eſt excommunicatus eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione, quod procedit, ſiue ſit nominatus, &

publice

Digitized by Google

appellatio. Et idem vult do. Ant in dicto c. 1. in princip. & in ſecunda colum. vbi concludit quod quandoque permittitur excommunicato, vt poſſit ſcriptum impetrare, ſed primum verius, quia hodie non poteſt excommunicatus aliquod reſcriptū, iuriſdictionis collatiuū, impetrare, niſi in duobus caſibus, vt eſt expreſſum, in c. 1. ſupra allegato. ſecus in reſcripto iuriſdictionis excitatiuo, vt eſt dictum.

Excommunicatus ſi abſoluitur, an recuperet fructus medio tempore ex benefitio ſuo perceptos, & integrum ſtatum ſuum, vide gl. fi. de teſt. c. veniens. il 2. & de ele. c. quia diligentia, & quod ibi no. do. Anto. in c. teſtimonium de teſtibus. & vide gloſ. 4. q. 1. in ſumma. ver. quòd non recuperet alienata medio tempore. per text. de reſcript. capit. quamuis lib. 6. & quod ibi no Ioa. And. in regula ſine culpa. in Mercurialib. & per Bar. in l fi. C. de ſen. paſ.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus, an propter vnam generalem abſolutionem poteſt dici ab omnibus excommunicationibus, abſolutus, vide de ſen. excommun. c. cum pro cauſa. & c. officij & c. ex parte. & quod no. Bar ff. de non. oper. nun. l. de pupillo §. ſi pluribus.

Excommunicationis ſuſpenſio, & interdictum, in quib. conueniant, & in quibus differant, vide Ioa. And. in c. 1. de ſent. exc. ſuper verbo. obſeruari in nouella.

Excuſator etiam ſine mandato admittitur in criminali, ad allegandum, cauſas abſentiæ. No. Imo & Ioan. And. de accuſ. c. veniens. Sed in ciuili non admittitur ſine mandato, vt no. de procur. c. querelam.

Execuio ſententiæ, cõtra quam petitur reſtitutio in integrum non poteſt fieri pendēte cauſa reſtitutionis, niſi detur cautio. No. Ro. concluſ. 361. & ſub verbo, reſtitutio in integrum ſi intentatur. Sed ſi detur cautio, non debet fieri exequutio de iuris rigore ſecundum quoſdam, concluſ. 429. & hoc tenet. Bald. quando non eſt præſumptio contra petentem reſtitutionem, ex qualitate cauſæ, vel perſonæ pronunciantis. C. de in integ. reſtitu. l. 2. & C. de tranſa. l. ſi cā cognita Pro quo facit tex ff. de minor. l. præſes. licet idem. Bal. aliter dixerit. C. de precib. Impe. offerend. Autheo. quæ ſuppli. & de ordi. cognit. l fi. Ioan. And. dicit, quod quando aduerſus ſententiam petitur reſtitutio, ex diſpenſatione iuris communis, illa impedit exequutionem fiendam, ſed non reuocat iam factam, vt no. in additio. Spec. in tit. de ſuppl. §. differt. Et ſecundum hoc poſſunt cõcl. Rotæ concordari. Et illa quæ dicit exequutionem non fieri, etiam data cautione, intelligitur, quando petitur de gratia a principe, non a lege conceſſa, vel etiam ſi vtramque intelligas, quando petitur reſtitutio de iure communi. Tunc diſtinguo, quod aut eſt præſomptio calumniæ contra petentem reſtitutionem, & tunc fit executio, aut nō eſt præſumptio calumniæ contra petentem reſtitutionem, & tunc etiam detur cautio, nulla tamen fit exequutio. vt no. per gl. Inno. Io. Andr. & do. Ant. in c. ſuſcitata de reſtit. in integ. & ita poſſunt reddi concordes, dictæ concluſiones Rotæ. Vel diſtingue ſecundum Bal. in d. l. 2. aut executio eſt irretractabilis, & tunc ſi ſtatim offerretur probatio, iterum diſtingue, aut eſt præſumptio calumniæ, aut non. Adde duos caſus, in quibus pendente cauſa reſtitutionis, eſt commiſſio facta per Papam, quia tunc videtur ſe ad totum negotium reuocaſſe, vnde inferior non poteſt ſe intromittere, alias quādo Papa non cõmiſit, tamen iudex cauſæ reſtitutionis mittit exequutioni inhibitoriam, vt no. dom. Ant de reſtit. in integ. c. ſuſcitata. in fi. Et idem deducit dicta deciſio. Sentit Ro. concluſ. 362. Sed quoad primum caſum deciſio ſentit, contra concluſionem 422. Et vide in § exequutio ſententiæ ſuſpenditur, & vide infra §. proxi. & vide ſub verbo exequutor per totum.

Executio trium ſententiarum conformium fit, licet contra eas per minorem, vel etiam eccleſiam reſtitutio petatur, vt dicit Bal. in l. vnica. C. ne in vna eademque cauſa liceat tertio prouoc. Contrarium tamen ſenut. Lau. vt recitat Franc. Zabar. in clem. de re iudi. q. 22. fauorabilior eſt enim cauſa reſtitutionis, quam nullitatis, quod patet, quia contra petentem reſtitutionem, non fit exequutio niſi detur cautio, ſed contra allegantem nullitatem fit executio etiam nulla data cautione, vt no. Lau. & Fran. in cle. prædicta. Si vero quis dicat, rationem dictæ cle. quando eſt præſumptio calumniæ contra litigantem poſt tres ſententias, non habere locum, etiam in petente reſtitutionem, contra eas obtentā, dic quod ſicut allegans nullitatem non auditur. Et idem voluit Innocen. in allegante iniquitatem, in c. cum Bertoldus. de re iudic. Si dicatur, quod illa cle. ius nouum inducat, vt ibi gl. dicit, non videtur ſecundum præmiſſa, quid nouum indicare, cum & ante illam fiebat exequutio ſententiæ læſione non obſtāte, niſi etiam de nullitate ſtatim conſtaret, vt l. 4. § condemnatum, ff de re iud. & ibi no. Bar. Ratio quod cle. duo inducit, primo quod licet quis velit ſtatim probare nullitatem aliter, quam ex actis, non auditur, nec admittitur ad probandum propter præſumptionem calumniæ, quæ inſurgit ex tribus ſententijs, vt in clem. prædicta. olim audiebatur, vt no. in d. § condemnatum. Sed ibi probatio nullitatis fit ex actis, & non extrinſecus. Illa eſt probatio probata, quæ includit præſcriptionem calumniæ, ideo hodie etiam admittitur. Secundo inducit illa clem. quod licet olim nullitas, cuius probatio requirebat altiorem indaginem, non impediebat executionem, tamen propterea, non impediebatur iudicium nullitatis, ſed vtraq; ſententia in rem iudicatam trāſibat, quia non erant proceſſus contrarij, ſed hodie per cle. impeditur proceſſus, donec integre ſit partum, & licet pars hæc non opponeret, poteſt iudex ex officio ſupplere, & procedentem, ſuper nullitate repellere, vt no. gl. in prædicta clē. Sed dicetur, quod licet de nullitate notorie conſtet, tamen exequutio non impeditur, quod patet, quia ſententia lata pro appellante ſuper appellatione, & grauamine, notorium inducit, & ſententiam diffinitiuam poſt appellationem notorie nullam oſtendit, ideo eius exequutionem non impedit, vt no. Io. And. in dicta cle. in gl. ſuper verbo pendere. Reſponderi poteſt, quòd illa nullitas, non conſtat ex actis antiquis, ſed ex nouis poſt diffinitiuam ſecutis, & aliud eſt poſſe ex actis conſtare, de nullitate ſententiæ tempore quo fertur. Aliud quod poſtea ex interuallo per acta noua nullitas detegatur. Et licet ſit aduerſitas rationum, quare ratione inſpecta dici poſſet, in illa gl. clem. male dici, quia ceſſāte ratione debet ceſſare diſpoſitio eiuſdem. Ratio cle. fuit præſumptio calumniæ, quæ ceſſat ſi aliud appareat, quòd calumniam excuſat. vt not. Fran. Zabarel. in clem. 3. q. 1. Si quis autem velit potius terminos Ioan. Andr. in gloſſ. prædicta, quam rationem tex. inſpicere, tunc dicam quod ſumus extra terminos illos, & ſumus in terminis, quādo petitur reſtitutio, quæ ita datur contra plures ſententias, ſicut contra vnam probata læſione, vt eſt caſus in ca. cum ex literis, de reſtit. in integ. & in l. minor autem, ff. de minor. & hoc verius videtur, quia cle. ius nouum inducit, vt dicit Io. An. in 1. gl. & ius antiquum corrigit, quod permittebat nullitatem opponi, ſi ſtatim offerebatur propterea probatio, & ius corrigens extendit ad alium caſum, etiam ſi ſit eadem ratio, vt no. Ioan. And. i clem. dudum, de ſepul. ſuper verbo de iure. Item in caſibus in quibus fit extenſio, per eandem rationem. oportet quod omnino eadem ratio, vt no. glo. i. c. 1. de tempor. ordinat. lib. 6. ſed non eſt eadem ratio, in faciente executionem contra petentē reſtitutionem, quæ eſt contra allegantem nullitatem, quia fauorabilius prouident iura in ſuſpendenda exequtione, quando petitur reſtitutio, quā quando allegatur nullitas, quod patet, quia etiam ante clem. ſi contra petentem reſtitutionem, non erat præſumptio calumniæ, ſuſpendebatur exequutio licet ſtatim, non offerretur prompta probatio vt no Ioa. And. in §. prædicto, differit & Bal. in d. l. vnica. C. ne in vna eademque cā tert. appel. lic. Sed allegans nullitatem, non audiebatur, niſi ſtatim ſe probaturum offerret, vt no. Bar. in d. §. condemnatum. Item & ſi calumnia erat, cōtra petentem reſtitutionem ſuſpendebatur executio, niſi daretur cautio, quòd non erat in allegante nullitatem. Et ſi dicatur, non eſt dare caſum, in quo non ſit præſumptio calumniæ contra petentem reſtitutionem, quia petit reſtitui contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro qua præſumitur, de elec. c. bonæ reſpondetur, quod ad hoc vt dicatur eſſe præſumptio calūniæ contra petentem reſtitutionem oportet, quod illa præſumptio ſurgat aliunde, quā ex ſententia, vt patet in dicto c. ſuſcitata. vbi dicit tex. quod ex pluribus præſumptionibus, calumniæ, & malitiæ apparebit, puta ſi ex ſola ſententia inferretur præſumptio calumniæ fruſtra diſtingueret glo. & hoc in d. c. ſuſcitata, an contra petentem reſtitutionem, eſſet præſumptio calumniæ, vel non, & tamen ſic omnes diſtinguunt. vide ſub verbo reſtitutio in integrum non datur.

Executio ſententiæ contra quem quæritur reſtitutio ad appellandum, non poteſt fieri pendente cauſa reſtitutionis alioquin reuocatur per modum attentati. Idem multo fortius ſi fiat poſt reſtitutionem conceſſam, & ante appellationem interpoſitam, ante tamen tempore appellandi, no gl. concluſ. 262. Sed contrariū primi dicti no. Rota. concluſ. 427.

Exequutio ſententiæ ſuſpenditur, quando ille contra quem lata eſt, iter arripit, vel mittit ad Papam cauſa petendi reſtitutionem contra ſententiam, vbi inferior non poteſt reſtituere, & expectatur Nuncius, nec prius fiat exequutio no. Io. Ant. de appel. c. vt debitus. 2. col. in fi.

Executio ſententiæ latæ contra poſſeſſorem in cauſa beneficiali poteſt impediri per tertiū appellantem, ratione ſui intereſſe, ne ſi nouus, & durior aduerſarius conſtituatur, nō poteſt tamen impedire ſequeſtrationem poſſeſſionis, & fru-



Digitized by Google

ctuũ No. Rota. concluſ. 393. Sed plenius dic, quòd executio ſententiæ poteſt per tertium impediri, ratione ſui intereſſe, quando tertius, a ſententia appellata, vel appellationem per principalem interpoſitam proſequitur, & tunc ſi procedit in ſolam executionem, impediendam, ſufficit ſummarie docere de iure ſuo quoad modum probandi. Sed ipſa probatio debet eſſe plena. Si autem vltra hoc intenditur, quod ſuper iure ſuo pronuncietur, & ſuper ſententia, vel nullitate, tunc oportet litem conteſtari ſuper vtroque. Si vero ſententia non ſuſpenditur, nec ſuſpenſa præſtatur, de nullitate tunc contendit, & ſententia lata eſt contra illum, qui potuit te ducere ad iudicium, in præiudicium tertij ſcientis tunc ſecus impedire non poteſt executionem ſententiæ latæ eo ſciente. Sed ſi lata eſt eo ignorante, vel ſciente, vel ſi lata eſt ẽt, quando principaliter litigans non potuit rem in iudiciũ deducere ad præiudicium ipſius tertij, vt ſi ſubditus, vel colonus litigat de re domini, tunc aduerte, quod ſi executio fiat in alia re, quam petita, poteſt tertius eam impedire, idem ſi fiat in re petita, cuius poſſeſſio eſt vacans, quia res eſt tertij, vt res remaneat vacans, ne grauaretur onere probationis. Secus ergo ſi res petita poſſidetur per victum, quia tunc ſiue tertius principaliter agat, ſiue contra ſententias de iure ſuo diſcutitur, præſtita cautione. victo per victorem, vbi autem ipſe tertius rem petitam poſſidet, tunc fit executio in præiudicium victi, non præiudicium ipſius tertij poſſeſſoris. no. do. Ant. de reſti. ſpo. c. veniens, il 2. 2 col. ver. opp. quòd non impediat.

Executio ſententiæ, quando petitur, & poteſt per tertium ratione ſui intereſſe impediri, oportet quod ſaltem, ſummarie doceat ſua intereſſe. Et idem ſummarie intelligitur, quoad modum probandi, non quoad ſpeciem probationis. Nã non requiritur litis conteſt. & datur ad hoc probandum, vnica & breuis dilatio ex iudicis arbitrio, quæ non excedat tempus. Contra quod debet eſſe plena per teſtes, vel inſtrumenta, nec ſufficit probatio per mandatum. Sufficit tamen, quod quis probet, ſe electum, licet non probet electionem canonicam, quamquam ſi peteret confirmationem, haberet neceſſe probare ſe canonice electum No. do. Ant. de teſti. c. veniens. 2. 4. col. ver. venio, ad declarationem.

Executio ſententiæ latæ in genere contra omnes, quorum intereſt, non poteſt fieri contra poſſeſſorem, qui non fuit ſpecialiter vocatus ad cauſam no. Ro concl. 410.

Executio ſententiæ poteſt fieri contra vniuerſalem ſucceſſorẽ, quæ eſt eiuſdẽ cõditionis, cum præceſſore, ſed ſi eſt aduerſæ conditionis, vt quia laico ſuccedit pupillus, vel eccleſia, tunc dubium eſt, ſed ſolutio pendet ex illo, an priuilegiatus ſuccedens priuilegiato priuilegio vti poſſit. Item primum dictum verum, niſi mutetur iudex, per ſucceſſorem, quo caſu eſt dubium, tamen ſatis dici poteſt, quòd tranſit in ius exequendi, ſi actu non poſſet executio fieri per primum iudicem, niſi in eius territorio haberem ſuper qua in reali ſententia, lata eſſet, ſed tunc fieret per alium, no. do Ant. de iudi. c. quia V. ver. venio ad vltimum.

Executio ſententiæ latæ in actione perſonali, vel alterius iuris perſonalis, non fit contra ſingularem ſucceſſorem ex cõtractu, ſed ſi eſt ſucceſſor ſingulare ex vltima voluntate, tunc diſtingue aut doloſe eſt res in eum alienata, & tranſit executio in eum ſine dubio, aut non, & tunc ſecus ſine dubio.

Executio trium ſententiarum conformium licet non poſſit impediri per victum, etiam ſi alleget nullitatem earum, tamen tertius comparens pro ſuo intereſſe poterit impedire, ſecundum formam eorum, quæ habentur in c. cum ſupra in prin. & idem no. do. Ant. ibidem in ſecũdo notabili & idem not. tenet Fran. in cle. 1. de reſcrip.

Executio autem iuris realis non fit contra ſingularem ſucceſſorem, non habentem cauſam ab eo. Tunc ſi ius exequendi tempore alienationis erat in eſſe productũ, quia ſententia erat lata, vel erat in actu producendi, quia erat lis mota, trãſit executio in ſucceſſorem, ſi per litem, res erat facta litigioſa, & per conſequens, inalienabilis vt quia erat quæſtio de ſola hypotheca. Vbi vero ius exequendi tempore rei alienatæ non erat in eſſe productum, nec in actu producendi, tunc executio litis, poſtea exequutæ, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. Prædicta vera, niſi ſingularis, per ſuam ſcientiam, vel patientiam ſibi præiudicarat. Et aduerte vbi dixit exequutionem tranſire ad ſingularem ſucceſſorẽ, quod verum ſit ſi res etiam alienaretur, ĩtõ ſuppoſitum, ſed qui eſſet alterius territorij, nam contraxiſſerem in alia diœceſi, fieret exequutio, ita tamen ſi res erat in territorio ſui anteceſſoris, ſecus ſi res tranſiret ad aliam diœceſim. no dom Anto. de iudic. cap. quia, ver. venio ad vltimum, & idem. Bar in l. creditoris C de pign. licet alibi ſimpliciter dixerit, quod exequutor ſententiæ latæ contra alium, non fit contra alium ſingularem ſucceſſorem, vt no. per eum, ff. vt in poſſ. lega. l. 1 § qui in poſſeſſionem. Sed Inno. & do. Ant. in d. c. quia V. in glo. vltima in fine concludit, quia in reali, etiam in beneficialibus fit executio contra ſingularem ſucceſſorem, niſi eo vocato, & præcedente ſũmaria cognitione, ſi ipſe, vel alius vellet contradicere.

Executio ſententiæ an poſſit fieri pro illo, cui ceſſa eſt actio in factum, & officium iudicis datur pro executione ſententiæ. vide ſub verbo ceſſio § cedi poteſt actio iudicati.

Executio ſententiæ declaratoriæ latæ aduerſus actione reali cõuentum, & non poſſidentem, habet executionem paratam, contra ſi poſt ſententiam ad ipſum ſuperuenit, no. do. Ant. de iudi. c. dilecto in fine, & in c. examinata. 3. colu. ver. venio ad gloſſ.

Executio vnius ſentẽtiæ licet impediatur exceptione nullitatis, ſi in continenti probetur, non tamen, ſi nullitas in continenti probata deducitur, videlicet per viam actionis coram alio iudice, quam illo inhibet, ne executio fieri poſſit. Sed ſi agens de nullitate obtinebit in cauſa nullitatis, executio retractabitur. No. Ro concluſ. 268.

Executio trium ſententiarum difformium non poteſt impediri prætextu alicuius nollitatis, niſi opponatur nollitas ex defectu iuriſdictionis. No. Rota. conclut. 109. & vide omnino. concluſ. 310. Secundum do. Ant etiam nullitas notoria, ex defectu iuriſdictionis, non impedit talem executionem, vt ipſe no. in clem. 1. de re iudi. in glo. ſuper verbo. pendere. Dicit tamen ibi finaliter in addit. quod dictum ſuum procedit, quando allegatur defectus iuriſdictionis habitu, & actu tunc impedit iuriſdictionem. Sed Lapus, in ead. cle. 1. dicit, quod exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis impedit executionem prædictam, quando allegatur defectus iuriſdictionis ab initio, ſecus ſi ille defectus dicitur ſuperueniſſe ex poſt facto Oldrad. autem in conſilijs ſuis, tenere uidetur, quòd omnis exceptio nullitatis notoria, uel quæ ex actis appareat, impedit executionem prædictam. Vide ſupra in uerbo executio. §. executio trium ſententiarum. Vide omnino ſub uerbo appellatio. §. appellans a grauamine, & in uerbo inſtantia.

Executio ſententiæ latæ ſuper attentatis debet fieri antequam cognoſcatur de principali No Ro. concluſ. 99. Et ſi eſt lata ſuper poſſeſſorio, debet fieri executio, antequam de petitorio cognoſcatur, quia ſapit naturam veri poſſeſſorij. No. Ro. concluſ. 109.

Executio ſententiæ latæ in poſſeſſorio debet fieri ante ingreſſum petitorij No. Ro. concluſ. 109.

Executio ſententiæ non impeditur propter appellationem, ſi appellans non certificat iudicem a quo de proſequutione, appellationis in termino ſibi aſſignato illa tamen executio, veniet reuocanda per viã attentati, ſi appellans obtinebit in cauſa. No. Ro concluſ. 10. & ſic patet, quod dicta exequutio, non reuocetur per viam attentati.

Executio literæ id eſt inductio in poſſeſſionem, non poteſt impediri per aliquam exceptionem, vel appellationem, niſi opponatur crimen, vel infamia. No Ro concluſ. 422.

Executio ſententiæ, ſi pars eam facit auctoritate propria ingrediendo poſſeſſionem, ſicut exequutor, poteſt conueniri interdicto vnde vi ad intereſſe, & non priuatur iure ſuo, ſi nullam violentiam commiſit. Not. Ro. concluſ ver. ſed pone. Dic quod victor, qui victum auctoritate propria, & ſine executione ſpoliauit, poteſt conueniri interdicto vnde vi, ad intereſſe, non ad reſtitutionem poſſeſſionis ſecundum Innoc. & Io. An in c. cum olim il 2. de priuileg. quod eſt verum in beneficialibus. Sed in profanis poteſt conueniri tam ad reſtitutionem poſſeſſionis, vt no. do. Ant. in d. c. cum olim.

Executio ſententiæ ſuper notorio latæ, poteſt etiam fieri, pendente decendio, alias ad appellandum dato, quia cum non poſſit appellari fruſtra differtur. No do. Anto. de cohabit. cler. & mul. c. veſtra. pen. charta 3. col.

Executio ſententiæ non poteſt fieri per iudicem a quo, licet ipſa elapſa fuerint fatalia proſequendi appellationem, niſi prius citetur pars ad dicendum de diligentia, & ad alleganda impedimenta, propter quæ dicere vellat ſententiam non eſſe exequendam, vt in l. 1 in fine, ff nil nou. appel. pend. licet Inno. dicat, quòd aliqua citatio non requiratur, ex ratione l. 1. ff. de appel. vide etiam quod no. Barto ff de appel. l. ſi expreſſim. ver. quarto quando iſta dao iudicia. & vide ſub verbo, iudex appellationis a diffinitiua ſi videt.

Executio ſententiæ condemnatoriæ ad quantitatem incertam ſola verbali oblatione differtur, videlicet quod condemnatus offerat ſe paratum iudicato parere, no Bald. C. ne lic. in vna eademque cauſa. l. 1. ſed verius dic, quod vltra verbalem oblationem requiritur, quod condemnatus det fideiuſſorem de ſoluendo quãtitatem, quæ liquidabitur, & ita tex.

quem

Digitized by Google

quem Bal. allegat. ff de ſtatu lib l non & pro hoc probat optime alius tex in l ſeruus ſi habetur, in ſi. eo. n.

Executio ſententiæ, de cuius iniquitate conſtat per partis confeſſionem poteſt impediri, licet tranſiuerit in rem iudicatam, ut no. Innoc. in cap. quia plerique. de immunitate eccleſiarum, quòd eſt uerum, etiam ſi uictus iuraſſet ſentẽtiæ parere. ut not. Ioann. Andr. in capitu. quia plerique. titu. allegato.

Exequutio facta pendente appellatione deſert fieri poteſt, etiamſi executio fuit directa, ſecus ſi indirecta. ut no. Ioann. Andr in c. licet. de ſent. excomm. lib 6 in nouella, ſuper gl. antepen. Vide ſub uerbo attentata §. 1.

Executor non poteſt ut ſuſpectus recuſari, cum non habeat cognoſcere, ſed ſolum exequi, quod eſt commiſſum. No. do. Anton. de iudi. capit. cum ueniſſent. uer. inferior autem, & uide ſub uerbo iudex. §. iudex delegatus a Papa, ſi non eſt exequutor annexus, puta ſententiæ, non licet taxare fructus, in quibus pars etiam extitit condẽnata, quia licet poſſet aliquas probationes recipere ad ſui inſtructionem, ſuper exceptione, uel oppoſitione coram eo, nunquam tamen ſuper his poteſt iudicare, uel diffinire, ſed habet ad ſuperiorem remittere. no. Rot. concluſ 363. Et ſi habet poteſtatem taxandi, an teneatur partem citare in taxatione. uide ſub uerbo taxatio, § citari debet pars.

Exequutor datus ad exequendam ſententiam, vſque quo fiet exequutio. No Rot. concluſio. 330. per quam fuit victus, in fructibus, & etiam de perceptis, poſt ſententiam, vſque quo fiet exequutio. No. Ro. concluſ 330.

Exequutor ſententiæ per quam quis eſt generaliter condemnatus ad reſtituendum etiam fructus perceptos, poteſt generaliter, monere condemnatum, ut dictos fructus infra certum terminum ſub excommunicationis pœna reſtituat, quod ſi non fecerit, erit iuſte excommunicatus niſi infra terminum allegauerit, ſe dictos fructus non percepiſſe, vel in utilitatem beneficij conuertiſſe. Not. Rot. concluſione 129.

Executor datus ad ſententiam exequendam, & ad prouidendum de beneficio, non requiritur, quod ſit in dignitate, nec quod ſeruet ea, de quibus habetur. in capit. ſtatutum. de reſcript. libro 6. ſecundum Ioan. Andr quod eſt verum in exequutore mero, ſecus in mixto, aſſumente iuriſdictionem, & procedente, cum cauſæ cognitione. vt not. Rot. concluſione 389.

Executores tã gratiarum, quam ſententiarum, delegati ſunt, & delegata iuriſdictione vtuntur, non ordinaria, Not. Rot. concluſio 236.

Exequutor Apoſtolicus, non poteſt ante literas Apoſtolicas ſibi præſentatas, aliquem proceſſum facere, no. Rot concluſ. 441. tribus tamen exequutoribus datis in beneficialibus in clauſula, quod ſi non omnes, poſſunt duo gratiam purificare, & prouidere tertio impedito, licet eis non conſtat de impedimento, ſecus in aliis, quam in beneficialibus. not. Rot. concluſio. 162. per hoc uidetur, quod in beneficialibus ſufficiat exequutorem ſe putare executorem licet in veritate neſciat, videlicet d. concluſ. 162. ſufficit ergo, quod opinio executoris cũ ueritate cõcordet, ut ibi patet, quod notabilis. Sed ad intelligentiam huius uide omnino ſuper uerbo iudex. §. iudex delegatus ſi ignorat.

Executor Apoſtolicus, licet alteri committat uices ſuas in omnibus cauſis, in quibus eſt uel erit executor, tamẽ illa commiſſio nihil ualet quo ad cauſas, quæ non erant tunc ſibi cõmiſſæ, licet præterea cõmittantur, no. Ro. concl 438 in prin.

Executor habens poteſtatem purificare gratiam in forma pauperum, datis aliis duobus executoribus in caſu, quo ipſe nollet, cæteri duo non poſſunt procedere ſi iſte committit alteri uices ſuas, & qui hoc facit, ualet huiuſmodi commiſſio, ita quod purificatio facta per alios duos, non ualeat quia cõmittendo uidetur mandatum adimplere, & ſic ceſſat poteſtas aliorum No. Rot. 182.

Executori ad prouidendum, non eſt certum tempus a iure ſtatutũ, uel præfixum, etiam quod ſibi prouideri debeat, not. Fred. in tract. permut. 429.

Executori Apoſtolico, cui committitur certæ perſonæ prouiſio, videntur etiam præambula commiſſa, per quæ peruenitur ad illam, & ſine quibus ipſa prouiſio expediri nõ poteſt. No Rota. concl. 414. circa finem.

Executor gratiæ Apoſtolicæ, quando ſe informat per teſtes, de vita, & moribus, & conuerſatione impetrantis ac de ſcientia eius, an teneatur ipſum citare. Vide ſub verbo citatio. § citatio non requiritur executori. Quando executor, cui committitur abſolutio certæ pœnitentiæ, vel iniũctio, poteſt alteri ſubdelegare, non ſolum prouiſionẽ, ſed etiam informationem ne dum circa vitam, mores, & conuerſationem impetrantis, ſed eius etiam ſcientiam, i. lecturam, conſtructionem & cantum eius. no. Ro concl. 426. & vide inf prox. §.

Executor Apoſtolicus, cui committitur ſola, & nuda examinatio teſtium, non poteſt alteri ſubdelegare, quia meri facti eſt. Secus ſi communiter, receptio teſtium committatur, quia habet illa facere cũ cauſæ cognitione. Ideo ſubdelegare poteſt No. Ro. concluſ 420. & vide ſub verbo iudex delegatus committit.

Executor vltimæ voluntatis an poſſit cogi, ut exequatur officium ſibi a teſtatore datum. Dic vt no do Ant. de iureiur. c. Quintauallis. ver. 16. differentia.

Executor teſtamenti poteſt eſſe femina, & minor vigintiquinque ann. no. gl de teſta c ſi lib 6.

Executor teſtamenti eſſe nõ poteſt religioſus, niſi petita, & obtenta licentia, ſuperioris de teſta. c ſi. lib 6. ſaluo eo quod dicitur. in clem. 1. § cęterum. de verb. ſign. tenetur tamẽ dictus religioſus de ſuſceptæ excluſionis officio. cle. vnica. de teſta.

Executore teſtamenti mortuo non tranſit eius officium ad hęredes, vel ſucceſſorem, niſi fuerit datus ſub nomine dignitatis, quia tunc tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, vel niſi datus in teſtamento, ſub nomine dignitatis fuiſſet propinquus teſtatoris, quia tunc propter affectionem perſonæ videtur datus, & eſt perinde, ac ſi ſub nomine proprio, & non dignitatis foret datus de teſta. c. ſi lib 6. in tex & gl.

Executores teſtamenti ſi ſint plures dati ſine clauſula, quod ſi non omnes, ſi vno mortuo, vel in remotis agente alter velit exequi voluntatẽ defuncti, tunc poteſt illud facere, niſi teſtator expreſſe vetuerit, quod vnus non poſſit exequi ſine altero, quo caſu altero mortuo epiſcopus exequetur, niſi teſtator aliter ſibi prouiderit. de teſta. c. ſi. in tex. & gl.

Executor Apoſtolicus an poſſit conferre beneficia reſeruata, & deuoluta. vide ſub verbo beneficiũ. § beneficia deuoluta.

Executor datus ad vendendum, & pretium confitendum, non poteſt confiteri pretium, recepiſſe. No. Bar. in l. a Diuo Pio. § ſed emptor. ad fin. ff. de re iudi. vide ſub verbo procurator. § procurator habens mandatum, ad recipiendum.

Executoris poteſtas an expiret mortuo Papa ſiue mandante re integra. Vide ſub verbo gratia facta licet nondum. Vide etiã ſub verbo mandatum, & ſub verbo executoris iuriſdictio.

Executoris poteſtas an expiret &c. vide in verbo poteſtas.

Executor per ignorantiam iuris, & nullitatis ſi nulliter prouidet, vel de alieno facto prouidet, vel procedit, geſta per illum reſciſſione per ignorantiam iuris, & nullitatis egent, ſecundum Innocent. in capitulo primo, de re iudic. Et hæc vera in actu executiuo gratiæ, vel beneficij a principe collati, ſecus in aliis actis executiuis, etiam per ignorantiã facti nulliter geſtis, vt patet in c. ſi compromiſſarius § ſi vero. de ele. lib. 6 & ita no. do. Ant in c. in literis de off. deleg. Vide Lap. in d. c. ſi compromiſſarius. §. ſi ver. & Io. And. in glo. ibidem approbat, & ſuper ea in nouella.

Executor an poſſit excommunicare impedientes, & rebelles, vide ſub verbo iudex, cui certum miniſterium.

Executoris poteſtas durat perpetuo, donec negotium ſibi commiſſum plenum etiam ſortiatur effectum, & hoc verũ, quando illud negotium non requirit ſententiam, & in litera executoriali ponitur clauſula contradictionis, &c. Vbi autẽ ſententia requiritur, tunc poteſtas exequendi nõ durat, niſi vſq; ad vnum annum poſt ſententiam latam, vt no. Inno. & Ioa. And. in c. quærenti. de off. dele c pro illorum, de præb. & vbi ſemel facta eſt executio, expirat poteſtas executoris, ut not. Io. And. in c quærenti. de off. deleg. niſi in litera executoriali eſſet clauſula deſendens inductum &c. quòd dic, ut not. Io. And in d. c. pro illorum, & plenius. per Io. Cal. in c. cum noſtris de conceſ præb in 24 q vide Io. And. de off deleg. c. ſi lib. 6. ſuper gl. quaſi dicat, in nouella.

Executoris iuriſdictio ſiue poteſtas, per quem actum perpetuetur, & deſinat re eſſe integra, vide Io. Andr. in nouella, & do. in c. ſi cui de præb lib. 6. & vide ſup. §. prox.

Executor ſi procedit in vim gratiæ ſurreptitiæ, an proceſſus, ſit nullus ipſo iure. vide ſub verbo, gratia beneficialis quando vac.

Exemplum reſcripti delegationis inſertum in citatione iudicis delegati an fidem faciat, & ei credendum ſit, vide ſub verbo citatio. §. citatio nõ requiritur ad dicendum contra reſcriptum, &c.

Exemptus an ſuſpendi, vel excommunicari poſſit per ordinarium, ante quam ad ipſum exemptum perueniat notitia exẽptionis, vide ſub verbo, epiſcopus probat, & ſub verbo priuilegium §. exiuit. cum pluribus ſeq.

Exemptio viſitationis, & correctionis an poſſit præſcribi, vide ſub verbo præſcriptio § præſcribi non poteſt exemptio.

Exemptionis priuilegium an tollatur in eo actu contrario, vide ſub verbo priuilegium § priuilegium perditur.



Digitized by Google

Exemptus ab ordinario, de iure communi, non tenetur citatus coram ordinario comparere allegaturus exceptionem ſuam, ſecus ſi ſit exemptus per priuilegium no. Archid. 15. q 4. c. 2. in fi & Spe. in ti de citat. §. 1. verſ. ſed ponc. in fi. & vide ſub verbo citatio. § citatus an teneatur. Item quando exceptio eſt notoria non tenetur citatus comparere. de verbor. ſignificat cap ex parte, el primo. aliàs ſecus. de priuileg. cap. cum perſonæ. lib 6. Bald. dicit, quod exemptus ipſo iure non tenetur comparere, ſecus in exempto ope exceptionis, vt ipſe no. in verbo generaliter. C. de epiſc. & cler.

Expenſæ compenſantur hinc inde quando actor, & reus, a ſuis mutuis petitionibus veniunt abſoluendi. Not. Rota concluſio. 12. Et vide quod no concluſ. 292. Item quando actor pro parte vincit, pro parte ſuccumbit. Not Ioan. And. & do. Anto. de dolo, & contum. cap. finem. & vide ſub verbo intereſſe.

Expenſas non tenetur reficere ille, qui habuit iuſtam cauſam litigandi, ſed fructus ſic. No Rota concl. 127.

Expenſas litis tenetur litigans qui ſuccumbit ſoluere, & in illis debet condemnari, a tempore, quo ſciuit, vel ſcire debuit ſe indebite litigare, non ante, ſed ſi conueniatur pars ex facto alieno, in quo poteſt ignorare, non tenebitur ad expenſas factas, niſi a tempore, quo fuerunt producta iura, inſtrumenta, & teſtes, ex quibus potuit ſcire, per text ff depoſiti. l. ſi quis inficiatus ſit, & ibi no. per Bar.

Expenſarum condẽnationẽ non euitat quis in ſecunda inſtantia, quando ſententia prima pro eo lata reuocatur ex eiſdem actis in ſecunda, ſecus ſi ex nouis actis reuocetur. ſecundum Innoc & Io And no. gl 243.

Expenſæ & fructus, in quibus ſpoliatus poſſeſſorio recuperandæ fuit condemnatus, debent ſolui, & reſtitui, antequam ipſe condemnatus audiatur in petitorio, ſed eſt contra ſi ſpoliatus in poſſeſſorio, per eum intentato, ſuccubuit, & in expenſis condemnatus fuit, non repellitur, ideo à petitorio, quia dictas expenſas non ſoluit, ratio primi dicti eſt odium ſpoliantis. No Ro. concluſ 30a.

Expenſæ alimentorum, & litis debent ſubiecto litiganti, contra prælatum ſubminiſtrari, quando ſubiectus aliunde non habeat, & prælatus eſt ſoluendo. no gl. in l. fi. C. de ordin. cognit. vide plenius. in c ex parte. de accuſat.

Expenſæ litis, an teneatur procurator Notario cauſæ ſoluere pro vt tangunt principalem ſuum. Vide ſub verbo procurator conſtitutus ad cauſam.

Expenſæ quæ fiunt in electionibus, & confirmationibus quis eas ſoluere debet, & cui ſolui debeant. Vide de elec. vt prætenitæ, per gl. Inno. & Io. And. eo. c. cupientes. li. 6. in gl. fi. & pleniſſime. per Hoſti. in ſumma de elect.

Expreſſe quando hoc verbum profertur a lege non ſufficit tacite agere. Not. Ro. concluſ. 363. & quando expreſſe debet de re aliqua mentio fieri, verba generalia non ſufficiunt, no. Io. An de ſent excomm. c. quia periculoſum. ſub verbo, expreſſa in nouella lib 6. contrariũ no. Bar. in l. prætor. in prin. ff de ope. nou. nunc. vbi de tex. & gl. ſuper verbo clauſula. §. habentes clauſulæ tenorem.

Expreſſe ſeu expreſſa exceptio in lege, vel in canone, dat intelligere, quod ſi non fuiſſet expreſſa, caſus exceptus remaneret ſub regula incluſus, vt not. ſub verbo exceptio. § exceptio quæ fit.

Extremum, vide ſub verbo præſumptio, iſta dictio denotat tẽporis extremitatem. Ex tunc no. Ro. concl. 124. & no. Ioan. Andr. in c. præterea de appel.

## F

Facere dicitur qui non facit, & hoc eſt verum etiam quo ad pœnas imponendas, vt no Io. And. in c. 1. de vſuris lib. 6. in glo. ordinaria & in c. inquiſitionis §. fi. de hæreticis eo. lib. in nouella. vide ſub verbo factum. &c.

Facere aliquid de facto, licet de iure non teneat, an ſufficiat, quo ad actionem, vel exceptionem quærendam, vel quo ad pœnam committendam. Vide Bart. in l. vbi pactum. in fi. C. de tranſact. vbi etiam Bal. tangit.

Factum ſuum quando quis poteſt reuocare, & contra factum proprium venire, vide dom Ant. de cler. coniugat. c. vniuerſis fallacus. & Barto. in l poſtmortem. ff de adopt. vide ſub verbo facere.

Falſi pœna punitur, qui falſum teſtimonium, ſeu inſtrumentum ſcienter produxit. Item cauſam perdit. Not. Dom Anton. de except capit. cum venerabilis. 5. columna. ver. oppo. quod contra. Et vide ſub verbo producens falſum, & ſub verbo Notarius, ſi ſcripſit, cum pluribus. §. ſequen. & ſub verbo teſtis falſum deponens & §. ſeq.

Falſitatis appellatione intelliguntur duntaxat, quæ continentur in articulis expreſſis in lege Cornelia de falſis. Ideo ſtatuta quod faciunt mentionẽ de falſitate, debent intelligi de illa, vt no. Bar. in l. quid ſit falſum. in fi ff ad l. Corn. de falſis.

Falſi pœna punitur ille duntaxat, qui falſum dolo commiſit, quod eſt verũ in eo, quod eſt vere falſum, ſed in quaſi falſo, non requiritur dolus, not. Barto. in l. Diuus. in princ. ff. ad legem Cornel. de fal ſed nec omnes, qui vere falſum dolo cõmittunt, puniuntur lege Cornel. de falſis, ſed ille duntaxat, qui falſum dolo commiſit, de quo in ead. lege Cornelia exprimitur. No Bar in dicta l. quid ſit falſum, ff. ad leg. Cornel. de falſis.

Fama differt a rumore in hoc, quia rumor ab incerto, fama, a certo procedit. Et a minori parte viciniæ fama oritur, rumor a maiori. No. dom. Anton de cohab. cler. & mul. c. veſtra 18. columna. ver. ad gradum præſcriptionis. & vide ſub verbo teſtis.

Fama non facit plenam, nec ſemiplenam probationem, ſine aliis adminiculis, quod no. Ro. concluſ. 230. in fi. melius dic, quod in factis antiquis.

Fama facit plenam probationem, & dicuntur antiqua, quæ excedunt ſpacium centum, vel quadraginta annorum. Item in non antiquis, ſi eſt res de difficili etiam probabilis iunctis quibuſcunque adminiculis. Sed ſi eſt de facili probabilis, tũc non facit plenam probationem niſi ex his quæ ſunt leuiſſimi etiam præiudicij. No dom. Ant. de teſtib. cap. veniens, & vide ſub verbo probatio. § probatur antiquum.

Fama quandoque aſſumitur a iure pro plena probatione, non quod ipſa ſit plena probatio, ſed quia talis eſt materia, in qua ſufficit præſumptio, no. dom. Anto. in d. c veſtra. ver. quo ad gradum præſumptionis. 18. col.

Fama ſi probatur, & ſi ſit alia cõtraria, quæ præualeat, vide Io. And. de accu c. cum oporteat. in gl in verb. non licet. Spe. in titulo de inquiſitionibus. § nunc tractemus ver. quid ſi plures. & Barto. ff. de quæſtionibus. l. de minore. §. tormenta. & Bal. in l. ſacroſan. C. de epiſcop. & cler. & de eden l. accuſare. & ff. de iureiur. l. admonendi. ver. quid ſi ſtatutum. Dicit quod contrarium ſit in magnate. Et vide in gl. in c. cum in tua. de ſponſalib.

Fama non probatur, niſi teſtis de illa deponens, dicat etiam interrogatus a quibus audiuit, vel ſcit ipſam famam oriri. no. Ioan. Andr de accuſat. cap. cum oporteat. ſuper verbo, non ſubito. & in capit. qualiter, & quando ſuper verbo honeſtis. Sed aduerte quod ibi non loquitur de fama, ſed de infamia, quæ non probatur, niſi teſtes exprimant perſonas, apud quas originem cœpit, vt no. dom Anto de renunciat. cap. ſuper hoc 7. columna. Sed probare famam alicuius facti ſimpliciter non videtur requiri, quod teſtes exprimant, penes quos ſit ipſa fama exorta Bart. tamen dicit contrarius in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus, quia omnis ſama debet habere originem ab honeſtis perſonis, & ſi teſtis nullam perſonam exprimit, non debet iudici conſtare, an fama ab honeſtis perſonis originem habuit. Ipſe tamen Bart. loquitur, quando teſtis fuit interrogatus, a quibus audiuit, ſed ratio Ioan. Andr. & do. Anto. & etiam. ipſius Barto. concludit omiſſa, & non facta interrogatione. Vide quòd not. Io. Andr. de accuſ. c. licet. in verbo famæ. Famoſum, quid dicatur. vide ſub verbo manifeſtum.

Fama cum vno teſte de veritate, quod faciat plenam probationem in prohibenda excommunicatione, vel de re alia, vide do. Ant. de teſtibus c. veniens, in vltima columna. vide ſupra ſub verbo fama non facit gl. in dicto c. veniens, quòd in criminali non ſufficit fama cum uno teſte. quod procedit eoã, ſi de crimine ciuiliter agatur, ut no glo. in c. tam literis eod. tit. Et idem tenet Spec vt no. do. Ant in c. veniens. licet contrarium ſentiat. Hoſt. vt not. do. Ant. in d. c. tam literis. Bart. dicit, quod ſama cum vno teſte de veritate facit plenam probationem. in l admonendi. de iureiur. Idem dicit Bal. in l. 2. in prin. ff de excu. tut. licet in contrariũ faciat, quod ipſe no. C. de teſtibus in auth. rogati. & C. de non num. pec. l. ſi cautionem q. 12.

Familiaris appellatione quis contineatur, vide tex. in capi. licet nobis. de priuiſe in §. cum conceditur. libro 6. & in capit. fi. de verborum ſignificat eodem libro, & quod no. ibi per Io. Andr. in nouella & per Barto in l. 1. §. familiæ. ff de publi. & vide tex. in l. fin. C. de verborum ſignificat. & in l. pronunciatio ff eod. tit. Aduerte tamen, quod aliud eſt, quem eſſe familiarem, & aliud eſt eſſe de familia alicuius. Nam qui eſt familiaris, eſt de familia, ſed non conuertitur, vt patet in filio, & vxore, qui ſunt de familia, & tamen ſunt familiares, prout nomen familia ſumitur ſecũdum communem vſum loquendi, ſecundum quem debent verba intelligi. l. Labeo. ff. de ſupiect. legata. Item etſi agnati ſunt inuicem de eadem familia communi eius, a cuius ſtipite deſcenderunt, ta

men

men vnus agnatus non dicitur de familia propria alterius agnati, & iſte eſt intellectus.d l pronunciatio.

Familiares quando dicuntur eſſe, vel deſinere familiares, dic quod tunc, quando dominus eos licentiauit, vel quando dominus ipſe familiaris ſe ipſum licentiat. vt not. Dom. Anto. in dicto capitulo finali, de verborum ſignificationibus, in nouella.

Femina vide ſub verbo mulier.

Feriæ non impediunt libellum offerri, cum tempore feriato libellus dari iudici poſſit non parti. Not. dom. Anton. de dilationibus, capitulo præterea. ver. opponitur ſecundo. in 3. columna. Et hoc verum etiam in ferijs, in honorem Dei inductis, vt not. dom. Anton. in capitu fina. de iudic. in vltima op. & vide ſub verbo arbiter Et ſub verbo citatio.

Ferijs repentinis renunciari nunquam poteſt, not. Ioan. Andr. in element. ſæpe, de verborum ſignificat. & dom. Anton. in capitulo finali, de ferijs, & Bald. in lege prima. Codice de ferijs.

Feriatis diebus poteſt ferri ſententia excommunicationis. no, Lap. de conſtit. c. ut animarum lib 6.

Ferijs pendētibus poteſt procedi in poſſeſſorio, ante ferias inchoato, non autem ſuſpendi tempore feriarum. Vide Ro. concluſ. 136.

Feriatis diebus etiam paſchalibus, & quadrageſimalibus, contra famoſos delinquentes, qui fuerunt exitium plurimorū, procedi poteſt. No dom. Ant de iudic. cap cum non ab homine. verſ. vlt.

Ferijs ob neceſſitatē hominum introductis poteſt cauſa beneficialis, ac matrimonialis, & vſurarum tractari. Secus in ferijs in honorem Dei inductis, vel in repētiis, quia illis renunciari non poteſt Not. Ioann. Andr. in clem. fi. de verb. ſignif. ſub verbo ob neceſſitatem & do. Anton. in capit. fin. de feriis.

Feriatis diebus etiam in honorem Dei procedi poteſt, quando res eſt tempore peritura, quando perit ſola iuriſdictio, ſecus quando perit res ipſa, uel ipſum, de quo agitur, uel actio, uel probatio. Not. Domin. Anton. de iudic. capitulo finali, in ultima op.

Feriatis diebus, ob neceſſitates hominum procedi poteſt in cauſis principalibus publicis, & dicitur cauſa publica, quando agitur de regimine publico, ut caſtri, erit etiam in cauſis eccleſiarum, quando Eccleſia agit contra laicum, licet hoc de Eccleſia non ſeruetur de facto ſecundum Hoſtien. in capit. de iudi. ſecundum Innocent. quod eſt uerum, & not. do. Anto. de iudic. c. fin. & conſequenter per eum in eiſdem feriis poteſt inuentarium confici, & adminiſtratio alicui decerni, no. Bal. C. de fer. l. actus omnes.

Feriatis diebus etiam ad honorem Dei inductis poteſt quis capi, vt ducatur ad iudicem quando imminet periculum fugæ. Not. Do. Anton de iudic. capitulo fin. & Bartol. in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudem credit. Et hoc verum etiam in ciuili, vbi debitoris conditio mutata non eſſet, quia tunc nullo tempore capi poteſt, vt not. Bartol. ff. quæ in fraudem credit. l. ait Prætor. & de fer. l. fur.

Feriatis diebus poteſt fieri executio ſententiæ, quando ſunt feriæ hominum cauſa inductæ, Not. Bartol. in l. fin §. nunciatio. de no. oper. nunciatio & l omnis. C. de feriis. Idem in repentinis. not. Archidiac. ſecunda quæſtio. prima ſicut idem in inductis in honorem Dei. ſecundum Frid. de Senis conſilio, centeſ quarantesimoquarto, & etiam Ioan. Andr. in cap. finali, de iudi. ſuper vltima gloſ contrarium dicit in hoc Bartol. in l. omnis. C. de feriis & Baldus in l. finali, eodem titulo. & eſt ibi caſus, niſi eſſet executio contra publicos latrones, quia illa fieri non poteſt etiam in feriis ad honorem Dei inductis, vt not. Baldus in l. Prouinciarum. C. eodem. & ibi caſus. Dic plenius ſecundum Ioannem Andream in addit. Specul. in titul. de libelli exceptione §. nunc dicendum, ver. 25. quòd vbi res eſt tempore peritura, tunc præceptum de exequendo non poteſt fieri in feriis, ipſa tamen exequutio in ciuilibus poteſt fieri in feriis in honorem Dei inductis, vel niſi res ſit tempore peritura, vel immineāt pericula animarum. In criminalibus poteſt fieri executio in repentinis, & cauſa hominum inductis non in feriis in honorem Dei inductis, niſi contra publicos latrones, & depopulatores agrorum. Not. Dominus Anton. in dicto capitulo finali, de iudicijs.

Feriatis diebus non poteſt interponi decretum ſuper alienatione rei minoris. No Bald. C. de ferijs, l. actus.

Feriatis diebus etiam in honorem Dei poteſt appellatio interponi, & in fatalibus appellationis omnes feriæ computātur, licèt illis non poſſit appellatio exerceri. Si tamen in fine fatalis occurrerent, quomodo procedatur, notat Baldus. C. de ferijs. l prima.

Feriatis diebus aliter quam in honorem Dei inductis, poteſt citatio per iudicem decerni, & nuncio committi, nuncius ſimiliter poteſt eam exequi duntaxat in alijs ferijs, quam in honorem Dei inductis, ſecundum Oldrad vt not Bal. in l. 1. §. nunciatio. de nou. oper. nunc. licet Cyn. & Bald. aliter dicant C. de feriis. l fin. vbi dicit Bald. quod ex conſuetudine prædicta fiunt etiam in die dominica. Et idem dicit in relatione nuncij, quod die feriata fieri poſſit etiam in Camera, ſecundum Iac. de Butrio. licet ipſe tutius putet, quod fiet in die iuridica, niſi cauſa ſit talis, in qua tempore feriato procedi poſſit.

Feudum poteſt pater dare in dotem pro filia ſua, & durat vſq; ad vitam etiam feudatarij tātum. Quid autem de re emphyteutica, vide Rota decif 144. & vide ſub verbo appellatio; iudex vaſallus.

Feudorum conſuetudines an debeant pro iure ſcripto ſeruari, ita quod faciant ius commune. Vide Ioan. Andr. in capit. a. de feud.

Feudum non perditur per alienationem, niſi dominus velit, quod perdatur. Not. Archid in capitit 2. de feud.

Feudum conſuetum dari maſculis, non poteſt prælatus concedere feminæ. Not. Bartol in authen quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccleſ. Idem no. Fran. & Matthæus, in capitulo ex parte. de feud.

Feudum reuerſum & deuolutum ad Eccleſiam, ſi Prælatus alium de illo non infeudet infra annum, efficit de menſa, ideo non poteſt infeudari ſine ſolennitate, quæ in alienatione requiritur, vt notat Archid. 35. quæſt. vnica, cap. 2 & ſeq. quod procedit etiam, ſi Prælatus eo anno fructus de feudo percepit. No. Fran de feud cap. ex parte. Bart. dicit, quod efficitur de menſa feudum. vt not. in l. vacantia. C. de bon vac. lib. vndecimo, vide Innoc. qualiter loquitur in c. vt ſuper. de reb. eccleſ. non alien.

Feudi quæſtio inter vaſallum, & dominum, ſi eſt feudalis amicus agit. feudal. & hoc conſtat quia agitur ſuper iure feudi ex conductione, ex legibus feudorum, vel agitur ex tributo, vel fidelitate debita, vel ad reddendum tributum, vel agitur rei vendi. vel alia actione. dum tamen intentatur, de iure feudi deducitur per partes curiæ. Item ſi agitur de iniurijs in feudo, vel ratione feudi commiſſis in dominum, ſi agitur ad pœnam priuationis feudi. Si verò etiam non eſt feudalis, & hoc conſiſtit, vt quia agitur perſonali, vel pignoratitia, vel depoſiti, tunc agendum eſt coram ordinario. Idem ſi agitur de alijs iniuriis factis in rebus feudalibus, dum tamen non tangant naturam feudi, vel fidelitatem, idem ſi agitur interdicto vnde vi, vel alio poſſeſſorio interdicto, dum tamen nō intentatur iure feudi, vel non agat per hoc in amiſſione feudi, ſi agitur pro iniuriis perſonalibus, vel tangentibus naturam feudi, vbi non dubitatur, an cum ſit feudalis, vel non debet per prius hoc dubium terminari, & cognoſcetur per pares Curiæ, & ſummarie, dum tamen agitur actione per quam ius feudi potuerit in iudicium deduci, not do Anto. de iudi. c. ceterum. ver. venio ad glo.

Feudi quæſtio vt deuoluat iuriſdictionem ad dominum, vel ad pares Curiæ menſibus ſuis, oportet quod in libello talia narrentur, ex quibus pateat, quæſtionem eſſe feudalem. not. do. Anto. de iud. c. ceterum. ver. venio ad gloſ. vel ſaltem, quod efficiatur dubium, an quæſtio ſit feudalis, vel non vt no. Do. Anto. in d. c. verſ. circa finem.

Feudi quæſtio inter vaſallos cognoſcitur, & deciditur per dominum, quando certum eſt, quod quæſtio tangit naturam feudi, vt quia vnus dicit, ſe in feudo ſuccedere debere, alter debet negare, vel negat, vel dicit ſe habere ius ex re feudali, quam alter tenet, quod primus dicit ſe habere ex re feudali, quam alter tenet, quod dicit ſibi conſtitutum de conſenſu tam Domini, quam vaſalli, vel agit rei vendi. expreſſa, cum quia res eſt feudalis, & dicit ſe feudatarium, alter negat: quia quilibet cum fatetur dominum feudi eſſe dominum, ipſe dominus iudex eſt. Idem ſi ſimpliciter agitur rei vendicatione non expreſſa cauſa, ſed ſi certum eſt, quòd queſtio ſine cauſa expreſſa non tangit naturam feudi, vt quia deducit dominium vtile, alias directum ex alia cauſa quam feudi, vt quia dicit ſe præſcripſiſſe, vel emiſſe à vero domino, tunc poterit dominus cognoſcere, quia iudicare non poteſt, niſi ſuper cauſa ſpecialiter deducta, & illa non tangit iuriſdictionem ſuam, & ideò quando agitur coram ordinario, niſi dominus feudi ordinariam iuriſdictionem habeat in vaſallos, quia tunc cognoſcetur non ratione feudi, ſed vniuerſalis iuriſdictionis. Si verò deductum eſt, an cauſa deducta tangat naturam feudi, vel non, quod poteſt eſſe dupliciter, vel quia cauſa agendi eſt generalis, quæ poteſt

Digitized by Google

teſt concludere, & non concludere, tamen agens rei vendicatione non expreſſa cauſa, videtur omne dominium deduxiſſe, videlicet directum, & vtile in iudicium, & tunc cognoſcet dominus feudi. Aduerte tamen, quod ſi reus in principio opponit contra iuriſdictionem, repelletur actor in additione ad libellum, vel in alia poſtea exprimat cauſam, alias caſum, vel qualitatem imprimentem iuriſdictionem in dominum feudi. Poſſet ſecundo eſſe dubium, quod licet ſpecifice agatur ex cauſa feudali, negatur cauſam eſſe feudalē, tunc ſi negatur dominium feudi, procedit dominus, & ſummarie cognoſcit, at quādo tangit naturā feudi, tunc dominus non cognoſcit, quia nemo iudex eſt. in cauſa propria De hoc ergo cognoſcet ordinarius, coram quo ſi excipiatur, quod dominus feudi ſit dominus, poterit coram eo probari ſummarie per excipientem, qua probatione pendente debet ordinarius in principali ſuperſedere, quia quando eſt præiudicialis, & eo probato, remittetur cognitio ad dominum feudi ſecundum Innocen & no. do. Ant. de iudi c. ceterum. §. venio ad ſecundum.

Feudi quæſtio, quando eſt inter vaſallos a ſecundo domino inueſtitos, an terminari debeat per ipſum ſecundum dominū, a quo immediate habuit feudum, an per primum dominū ſuperiorem, a quo ſecūdo domino fuit inueſtitus, dic ſecundum Innoc quod ſi ſecundus dominus conceſſit aliis certam ſolam partem feudi, debet ſub eo fieri id quod dictum eſt ſicut cum primo feudatario, ſiue vaſallo. Secus ſi totum infeudauit, quia tunc ſub primo domino fieri debet no. do. Antonius de iudi cap. ceterum verſ quæro. quid ſit feudatarius penul. col. & no e o. cap. circa finem.

Feudi quæſtio adeo debet per dominum feudi decidi in caſibus præmiſſis, quod non poſſit iuriſdictio cauſæ feudalis, in alium prorogari, ſed iuriſdictio, quia competit paribus Curiæ in cauſa feudali inter dominum & vaſallum, bene poteſt in alium prorogari, volente domino, & vaſallo, quia tunc nulli fit præiudicium. Not do. Anto de iudi. c. ceterum. ver. quoniam in caſibus.

Feudi quæſtio quando eſt inter vaſallum, & tertium, qui non eſt vaſallus, cognoſcitur per ordinarium, quia hic caſus non eſt de legibus, determinatus feudorum, & ſic remanet ſub regula, vt actor ſequatur forum rei. No. do. Ant. de iudi. cap. ceterum. ver. venio ad tertium.

Feudi, quæſtio quando eſt inter pares curiæ terminanda, debēt eligi vaſalli, habentes ſimilia feuda ab eodē domino. Et ideo ſuper feudo comitum dēnt vocari alii vaſalli comites, & ſup alijs feudis inferioribus debent conuocari alij vaſalli habentes ſimilia feuda, & illi dicuntur pares. No do. Ant. de iudi. c. ceterum. ver. quæro. quæ dicantur. penul col.

Fendi quæſtio quando eſt determinanda per pares, non eligentur, nec vocabūtur omnes, ſed vnum ex eis eliget dominus, alium vaſallus, ſecundum gl. decreti. Quidam tamen dicūt, quod ipſi pares ex ſe eligent tāmm duos, vel quos voluerint, quia habent iuriſdictionem a lege, eo ipſo, quod ſint vaſalli, ſed alias non haberent, ideo poſſunt dare quibus volunt, & illi electi ab eis partim ordinaria, partim delegata iuriſdictione vtentur. Sed glo. feudorum dicit, quod eligentur pares in concordia domini, & uaſalli, & ſi diſcordant eligentur pares in numero pari. Et primo eliget dominus, ſecundo uaſallus. Et prædicta procedunt nedum in feudo laici, ſed etiam eccleſiæ. No. Do. Anto. de iudi. cap. ceterum. uer. quæro qui pares, penult col.

Feudi quæſtio quando deuoluitur ad pares, ſi dominus non habet pares, eligentur arbitrii ad ſimilitudinem iudicis ſuſpecti, ſecundum Innocent. ſed gloſ. feudorum dicit, quod reuertitur ad ordinarium, quia cum iuriſdictio detur eis præter ius ceſſante modo, per quam lex dat iuriſdictionem, reuoluitur ad alueum antiquum, quod procedit nedum in feudo laici, ſed etiam clerici. No. do. Ant. de iudi. cap ceterum. uer. qui pares § penult.

Fendi quæſtio quando eſt ad dominum deuoluta, ſi negligit agnoſcere, poteſt adiri proximus ſuperior ordinarius, qui cognoſcit. Not Do. Antonius in dicto cap ceterum uer qu. d ſi dominus, penultima col. Item ſi non poteſt iuriſdictionē exercere propter uaſallorum ut no. idem Do. Ant. in principio. uer. no quod &c.

Fendi quæſtio ſi deuoluitur ad dominum, uel ad pares curiæ debent in procedendo ſeruare ordinem. Iudiciorum, ut ſunt iudices ordinarii. Not Do. Ant. de iudi. cap ceterum ut ſi.

Feudi quæſtio quando eſt de iuriſdictione domini feudi, exerceri poteſt etiam ſuper perſona Eccleſiaſtica, nec tunc ordinarius clerici pōt ſe de illa intromittere, quod eſt not. ut no, Do Anto de iudi. cap. ceterum. in princ. verſ nota quōd vbi tribuitur. Aduerte tamen quod ſi dominus feudi ſit laicus, non poteſt cognoſcere in clericum. Not. do. Antonius dec. eodem titulo, cap. at ſi clerici in prin. ver. op contra gl quod eſt verum, ſi agitur criminaliter de crimine, occaſione feudi ſecus ſi ſit cauſa mere ciuilis tangens naturam feudi, quia de illa dominus laicus cognoſcit, etiam in clericum, ſecundum communem opinionem, vt not. Do. Antonius de foro competenti. c. verum. ad fin. primæ collationis, in ſeptima columna.

Feudi quæſtio exiſtens inter vaſallos poteſt a domino feudi alteri delegari, & licet ita delegatus dicat, ſaluo iure ipſius domini, non poterit per hoc delegatus aliquid domino adiudicare Not Ro. concluſ. 119.

Feudum an tranſeat ad legitimos ex legitimatione natos, vide infra ſub verbo filius § filius legitimus.

Fictio trahens ſe retro, licet comprehendat voluntarie geſta medio tempore, tamen non comprehendit illa, quæ de neceſſitate geſta ſunt Not. Bart in l prima in princip. ff de his qui not. infam § ſequenti.

Fictio ſimplex non operatur tantum, quantum fictio coniuncta priuilegio, vt not infra ſub uerbo ſtatutum § ſtaturum non extenditur.

Fictio ſi ad eundem finem cum ueritate concurrit præualet ueritas fictioni, ſecus ſi ueritas, & fictio tendant ad contraria uel diuerſa. Not. Bartol. in l ſilio. in principio, de liberis & poſthum.

Fictio trahitur retro quo ad actus pendentes, non quo ad perfectos & conſummatos, ut not do Anton in c. præterea. de appellat.

Fictio differt a præſumptione iuris, & de iure, ut no. do Anton. de ſponſal. c. is qui.

Fideicommiſſarius uniuerſalis non tranſmittit ius petendi fideicommiſſum, uel ſaltem ius deliberandi ante reſtitutionē factam, & etiam ante aditam hæreditatem. not. Bartolus de legat. primo, l. cum filio. penul. & ultima columna quod intellige in fideicommiſſo pure relicto, uel in diem certam, & fideicommiſſarius decedens ante conditionis uel diei aduentum tranſmittit. C. de caduc. toll. l. prima, § ſin autem ſub conditione, niſi conditio tacita eſſet, ut not. Bart. in dicto §. ſin autem. & hoc de tacita conditione declara. no. Bartol. in l. conditiones, quæ extrinſecus. ff. de condi. & demon. & in l. iij. de legat. 1.

Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine hæredibus, intelligitur ſine liberis, quia alias fideicommiſſarius nunquam poſſet habere locum cū quidem hæredem habeat ſaltem fiſcum. ff. ad Trebellian l. ex facto. § fin. & idem not. Bartol. etiam de conditione ſi deceſſerit ſine filiis, alias liberis.

Fideiuſſorem ſi quis dare tenetur, & ipſum dare non poteſt, quia non inuenit volentem fideiubere, ſufficit iuratoriam cautionem præſtare. Tex de donat. inter virum, & vxorem, cap per veſtras.

Fideiuſſor ſi vult agere contra principalem, quia dicat ſe ſoluiſſe debitum, oportet veram ſolutionē interueniſſe, nec ſufficeret inſtrumentum, in quo creditor confiteatur, ſe a fideiuſſore pecuniam recepiſſe vt not Bart. ff. de iureiurā. l. duobus § a fideiuſſore. vide ſub verbo procurator habens mandatum ad recipiendum.

Fideiuſſor an poſſit eſſe teſtis pro principali ſuper cōtractu pro quo fideiuſſit, vide ſub verbo teſtis. §. teſtificari non poteſt fideiuſſor.

Filius emancipatus, licet clericus, poteſt recipere ceſſionem a patre contra laicum. Not Ro. concluſ. 122. & vide ſub verbo, negatiua an & quando præſumptio. §. præſumi an debeat quis procurator § vniuerſitas § arbitrator § cōfeſſio. §. præſcriptio § præſcribitur iuri.

Filius non poteſt inuitus emancipari, ſicut poteſt cogi inuitus niſi ex cauſa Not Bartol. in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligat. Fallit in infante, qui propter eius conſenſum emancipatur. per text. l iubemus. in fine, C. de eman. lib.

Filius naturalis, & etiam ſpurius, licet non poſſit patri ſuccedere, nec fratri ſuo ex iudicio patris, cum pupillariter ſubſtituentis, item ex iudicio hæredis inſtituti per patrem, poteſt tamen in bonis quæ fuerunt patris ſui ſuccedere not. Bart. l. is qui ff. de vulg & pup.

Filius ſpurius non poteſt ab eo, qui vendit, emere bona paterna, quia præſumitur in fraudem factum. not. Bart. ff de vulg. & pupil. l is qui.

Filiusfamilias poteſt in aliquibus caſibus vendicare rem in iudicio ſine cōſenſu patris In aliis aūt caſibus, in quibus requiritur cōſenſus, ſi ex poſt facto interueniat, validatur iudiciū habitū. No Ro. concl. 120 poteſt etiam in alio caſu fil. uſſ. in iudicio corā iudice comparere, & debitum confiteri, &

iace-

Digitized by Google

præceptum de ſoluendo recipere, vt no. ſub verbo confeſſio facta coram iudice competenti.

Filij illegitimi legitimatio pertinet ad Papam, & Imperatorē, & regem non cognoſcentem ſuperiorem. Item poteſt fieri per conſuetudinem, & per ſtatutum ciuitatis, vel vniuerſitatis. non vlterius. Ad hoc vide Inno. & do. Anto. de fide inſtrum. c. cum P Tabellio.

Filius illegitimus eſt inhabilis, ad beneficia no. Ro. 293. contra no Inno & Io An in c noſtris in prin. de conceſſ præbend.

Filius illegitimus non poteſt legitimari per inferiorem a Principe ad ſucceſſorem hæreditatū, nec etiam Papa id poteſt, niſi in terris ſibi temporali dominio ſubiectis. no. Ro concluſio. 149.

Filius legitimatus, vel nepos legitimus ex filio legitimo natus, an ſuccedant in feudo, vide Io And. in c. lator. qui filij ſint legit ſuper prima gl & Bal. in c. naturales. ſi de feu. ſue contro. vbi tex dicit, quod no. Vide aliquid per eum. in l. fi. in fi. C. de verb. ſignif.

Filius ex ſecundo matrimonio natus cenſetur legitimus, licet pater cum alia primo contraxiſſet, ſed ſecundum matrimonium fuiſſet publice contractum, & vxor ſecunda ignoraſſet primum matrimonium, ſecus ſi ſciuit, vel ſcire debuit, vel quia primum fuit publice contractum, ſed ſecūdum fuit clandeſtinum, tunc ex illo natus, non eſt legitimus, licet mater primum matrimonium ignoraſſet. Si tamen ſuper primo, eſſet lata ſententia diuortij a qua non eſſet appellatum, tunc natus de ſecundo legitimo, licet ſententia diuortij poſtea retractetur. no. Inno. & Ioa. And. in c. cum inhibitio de clandeſt. deſpon.

Filius natus ex muliere, cum qua non potuit contrahi, obſtante impedimento conſanguinitatis, & affinitatis, aut publica honeſtate, licet pro legitimo, ſi de facto fuit matrimonium publice contractum, vt vir, vel mulier, vel alter ipſorum ignorauit impedimentum, quod præſumitur, publice contraxerunt. Sed ſi clandeſtine, tunc non habetur pro legitimo, etiamſi vir, & mulier, impedimentum ignorauerunt, vt no Inno. & Io. And. de clan. deſpon. c. cum inhibitio &c.

Filius hæreditatem paternam, etiam non aditam tranſmittit ad quemlibet hæredem extraneum, vt no. Bar ff de teſtam. milit. l. ex militari. in fi. tranſmittit tamen ex beneficio abſtinendi, vt no Bar. de acq hæred. l. ſi quis filium. §. 2.

Filius licet ſit ſuus hæres, & neceſſarius patri, de iure ciuili tantum, quia de iure prætorio habet beneficium abſtinendi, nō poteſt, vt hæres a creditoribus hæredis conueniri, niſi probetur, quia ſe hæreditati immiſcuerit, licet ſe non abſtinuerit. ff. de acquir hær. l. neceſſarijs.

Filius primogenitus non poteſt ſine cauſa priuari per patrem bonis, & iuribus, quæ ex conſuetudine, vel alias iure primogenituræ ſibi debentur, vt no. Io. And. & do. Ant. in c. licet. de voto. & in regula ſine culpa. in 2. q.

Filius primogenitus ſicut excludit ſecundogenitum de bonis iuris primogenituræ debitis: ita & filius primogeniti patre defuncto, excludit patruum ſecundogenitum, no. Oldr. conſi 221. & Io And. in addi. Spec. ſuper rubrica. de feu. verſ. redeundo. licet Cyn dicat contr. C. de bon. mat l ſi viua. Idem tenet Oldrad. dicens, quod hæc opinio. eſt præſtantior de veritate iuris, in conſi. 14 Bal. tetigit C. de ope. lib. l. liberti & plenius diſputat. C. de iure delibe l. cum antiquioribus, & ibi dicit quod nepos præferatur, quando ad quod petitur iuri primogenituræ feudum eſt contrarium. in l. vt in teſtato. C de ſuis, & legi. in l tutela. §. ſi duo. ff. de teſta tut. Item tenet Bar. in auth poſt fratres C. de legi. in l tutela §. ſi duo. ff de teſta. tutela. vbi dicit, quod vis primogenituræ conſiſtit in feudo. filius ſecundogenitus præfertur nepoti. Vide omnino, quod no Bar. in l. is poteſt. ff de acquir. hæredi. 4. colu. Vide omnino ſub verbo, mores § in executiuis pro republica. Aduerte tamen, quòd non dicitur filius primogenituræ regis qui natus eſt ante dignitatem regalem, vt no. Bar. in l. cum ſatis. C. de agri. & cenſi.

Filius inſtitutus, & de reſtituendo grauatus poteſt detrahere duas quartas, ſecundum Canoniſtas, de teſta. c. Raynutius, & cap. Rayn. & legiſtæ debent hanc opinionem ſequi, vt no. Io. And & do Ant. in d c. Raynaldus, & tangunt. Bar. & Bal. in l. Pomponius. §. meminiſſe. ff de inoff. teſtamen. & Oldr, verſic. 156.

Filius non poteſt teſtari, nec codicillari, etiam patre volente, cauſa mortis poteſt donare, & conſentire no. Bart. de teſta. l. qui in poteſtate. Requiritur tamen quod ille cui donatur ſit præſens, vel publica perſona ſtipuletur pro abſente. not. Bar. in l tam is §. 1. ff. de donat. cauſa mor. patre autem non conſentiente non poteſt filiusfam. cauſa mor. donare. Poteſt ergo pater conſentire filio donanti ad commodum ipſius non autem alterius. Ideo nec conſenſus patris valeret, ſi filius donaret fratri, in eiuſdem patris poteſtate exiſtenti, in quantum ex illa donatione, quæreretur patri viuſfructus, vt no per glo. & Bar. in l. 1. ff de auct. iur.

Filius militis non debet dici, qui ante militiam natus fuit, vt dicit Bal. in l. Imperiali § 1 § illud. C. de nuptijs.

Filius an conſequatur conditionem patris, vel matris, vide ſub verbo ſeruus. §. 1.

Filius legitimatus habilior eſt ad beneficia, quā diſpenſatus, quia legitimatio vtilior eſt, & per eam baſtardus efficitur legitimus, vt no. do. Anton. in capit. 9. in commen. de elec.

Filius baſtardus non dicitur eſſe de domo, nec de familia, nec de agnatione patris, & hoc ſecundum propriam ſignificationem, Secuti ſi communis modus loquendi eſſet. quod appellatione domus, vel familiæ, aut agnationis contineretur. Item filius baſtardus dicitur nobilis, ſi pater fuit nobilis, vt no Bar. in l. fi. C. de verborum ſignificationibus, contrarium dicit Bald. in l cum legitime. de ſtatu. ho. & refert dom. Anto. in capit. per venerabilem. qui fi. ſint legitimi 29. colum. ſi ponderas verba. Bar. non contradicit, quod baſtardus ſit nobilis, ſed quod eſt natus de patre nobili. dicitur enim de parentela eſſe, & ſanguine patris, vt no. Bar in l pronunciatio §. fina. ff. eod. titu. vide plenius per eum. in l tutelas in princ. de capit. dimi. & quod dicitur de baſtardo. idem in legitimus ex baſtardo natis ut no Bal in d. l fin. ff de verbor. ſignif. Aduerte tamen, quod baſtardus licet dicatur eſſe de genere, & ſanguine patris, tamen hanc habet qualitatem, quod dicitur de genere, & ſanguine improbato. vt no. Ioan. And. in cap. ſtatutum. a. de hæred. lib 6. in nouella, ſuper gl. ſupra dict. Vide glo. in clemen. 1. de baptiſmo, & eius effectu. ſuper verbo. liberi. Sed videtur quod baſtardus non dicatur de genere patris. quia genus ſumitur pro agnatione, vt no. per glo. Bar. & Ang. in l. tu. l. 1 ff. de probat. & ſicut genus, & agnatio ſunt nomina ciuilia, quæ non cadunt in baſtardis. vt no. Bar. in locis ſupra allegatis & in l ex facto, § ſi quis rogatus, ff ad Senatuſconſ. Trebel vbi etiam Ang dicit etiam Bal. in l. generaliter. § fin C. de inſti & ſubſti. quod baſtardus non ſit de caſata, nec de domo legitimarum, nec poteſt portare ipſorum arma, niſi ei concedatur, vt ipſe no. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. ſed Ioan. Anto. dicit, quod ex communi ſeruatur contrarium licet ſtricte dicatur filius, quem nuptiæ demonſtrant, vt ipſe no. in c. per venerabilem. 24 col.

Filius eximitur a patria poteſtate, eo ipſo, quod eſt factus epiſcopus. tex. in cap. per venerabilem, qui fi ſint legit.

Filius illegitimus, an poſſit legitimari per ſtatutum ciuitatis, Bar. dicit, quod nō in l. 2. ff de teſtam. & in l. non ambigitur, ff de legi. Idem dicunt But & Bal. quod populus ad hoc habet poteſtatem a Principe conceſſam. Et tūc planum, quod poteſt legitimare. Idem ſi populus eſt in quaſi poſſeſſione legitimandi, tanto tempore cuius contrarij nō eſt memoria. Idem ſi allegat cōfeſſionem cum poſſeſſione temporis decennalis per l cum de in rem verſo. his ceſſantibus, ſi populus habet regalia, multo minus, ſi non habet, & hæc vera, quando populus vellet legitimare. Itaque filius eſſet idoneus ad iura legitimationis vbicunque locorum. Secundū autem vellet ſimpliciter habilitare filium ad ſucceſſionem, ac ſi legitimus eſſet, poteſt ad bona, quæ ſunt in territorio ſtatuentis, etiam ſi ſpurius ſit, ſecundum Bar. vt no. do. Ant. In cap per venerabilem, qui fi. ſint legitimi. ſed Bal. dicit contrarium in ſpurio, licet de naturali fateatur. in col. 18 verſic. quid autem poſſit ciuitas. ſed Bald. dicit contrar. in ſpurio. licet de naturali ſuccedendum. vt in dicta l. 1. C. de iure aureor. annul.

Filius qui eſt ſpurius, & inceſtuoſus ſimul. an poſſit legitimari ſpurios, & inceſtuoſos. Io. Cal. dicit, quòd non, quia iſtud priuilegium eſt exoſum, in quo non veniret dicta ſpecies mixta, vt refert. Io. And. in addit. Spec ſuper Rubrica. qui fi. ſint legitim. § huic quæſtioni. Bart. dicit contrarium in l. a. ff. de verborum oblig. do. Ant. dicit. opp. in Cal eſſe veram, quando fieret alteri præiudicium, vt no. in dicto capi. per venerabilem. 20. colum. verſ. numquid autem habens. Vide ſub verbo diſpenſatio. §. diſpenſandi facultas.

Filius illegitimus an poſſit legitimari per Epiſcopum, vide ſub verbo. Epiſcopus non poteſt legitimare.

Filius ſi eſt legitimatus ſimpliciter, & poſtea pater habuit filiū legitimum ex vxore, legitimatio euaneſcit, quia reſcriptū legitimationis ineſt. ſecus ergo ſi pater legitimos nō habuit, ſecundum Guil. de Suzaria, vt no Io. And. in addit. Specu. Et idem no dom. Anton in capi. per venerabilem, qui fi. ſint legitimi. 27. colu.

Filius illegitimus ſi legitimatur, poſt mortem patris, & tacet patrem reliquiſſe filios legitimos, non valet legitimatio, tamquam ſurreptitia ex taciturnitate prædicta. Vt no Ant. in addi.

Digitized by Google

in addit. Spec. de ſucceſſ. ab inteſ. §. fi. col. 1 verſ. ſed ex facto.

Filius ex duplici adulterio natus, ſcilicet ex patre vxorato, & ex matre alteri vxorata, ſi impetrans legitimatis dicat, ſe natum de adulterio tacita duplicitate prædicta, non valet impetratio, tanquã ſubreptitia. vt no. Ioa. An. in nouella. in addit. Specul. ſuper rubrica, qui fi. ſint legitimi §. nunc deſcendo. Ad ſecundum. Idem ſi Filius eſt natus de adulterio mixto, cum inceſtu, & tacuit ſe inceſtuoſum, vt no. Io. An. ſuper rubrica prædicta. ver. huic quæſtioni.

Filius ſi legitimatur, non per legitimationem iuris collatiui, talis legitimatio non trahitur retro. Secus ſi legitimatur legitimatione reſtitutiua, vt redintegramus te ad omnia iura primæ natiuitatis, ac ſi legitime natus eſſes, tunc trahitur retro vſque ad principium natiuitatis, vt no. do. Ant in d c. per venerabilem. 21. col.

Filius quando legitimatur, an ſit citandi illi, qui alias ſunt ab inteſtato ſucceſſuri. Dicit Io. And quod non valet legitimatio, niſi conſentiant illi, quibus præiudicatur quando legitimatio fit ex iuriſdictione prorogata, vt ipſe no. in d. c. per venerabilem in verbo libere, & in verbo potuit, ſed in additio. Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. ver. ſed ex facto. in ver per primam q non facit differentiam. inter iuriſdictionem prorogatam, vel non prorogatam. Sed ſimpliciter dicit Hoſt. quod ſi legitimatio fiat viuo patre ſufficeret conſenſus ſolius patris præter, quam in feudalibus, in quibus requiritur etiam conſenſus domini feudi. Sed ſi fiat mortuo patre, requiritur conſenſus omnium, quibus præiudicaretur in ſucceſſione, vt refert Io. And. in dicto cap per venerabilem, in verbo requiſiti. Et idem dixit Hoſtienſ. in ſumma qui fi. ſint legit. penul. colum quo ad hæreditatem iam deuolutam, ſed quo ad deuoluendam, non requiritur conſenſus alicuius, ſecundum Hoſtienſ. ibidem. Barto autem in l. Gallus. §. & ſi quid tantum dicit, quod ſi pater petit filium legitimari, non requiritur citatio alicuius, ſecus ſi pater nil ordinauit, quia tũc requiritur conſenſus, & citatio illorum, quibus erat ius ſuccedendi quæſitum, poſſet tamen princeps requiſitis legitimare. Et idem dicit Bald. in dicto, §. & quid ſi tantum. Et do. Anto. in hoc paſſu diffuſe, & ſatis inuolute loquitur, tamen cõcluſio ſua eſt hęc. Legitimatio aut fit poſt mortem patris, de cuius ſucceſſione agitur, aut in vita, primo caſu ſi nõ exprimitur aliquid de iure alterius quandoque valet legitimatio, ſed non ad præiudicium illius, de cuius præiudicio agitur, ſi princeps exprimat, de hæreditate, & de iure alteri quęſito. ſed valet legitimatio in terris, ſi legitimantur ad præiudicium alterius non citati, ſed in alijs terris non valet niſi cõſentiẽtibus illis quibus eſt ius quæſitum. Secundo caſu principali quando legitimatio fiat in vita patris ad voluntatem. valet etiam ad præiudicium ſperantis hæreditatem, etiam illo non vocato. Exigitur tamen, quòd fiat mentio agnatorũ, & quod dicatur, non obſtante lege, nec ſufficeret ſecundus ſine primo. Si vero fiat ad inſtantiam filij, tunc non valet, nõ conſentiens agnatis niſi princeps fuerit certificatus patrem, alios liberos, vel agnatos legitimos faciat, vt no. Anto in dicto cap. per venerabilem, 21. & 24. col.

Filius non poteſt legitimari, niſi ipſe, & pater eius conſentiat ſi viuit, vt no. do Ant in d c. per venerabilem 22 col.

Filij legitimatio poteſt fieri per procuratorem, tam ex parte filij, quam ex parte patris, vt no. dom. Ant. in dicto. c per venerabilem. t 22. col. Et idem tenet. Bar in l. Gallus §. forſitan. ff. de liber & poſthu.

Filius an poſſit emancipari per procuratorem. tam ex parte ſui, quam ex parte patris, vide ſub verbo procurator. §. procur. non poteſt conſtitui per patrem.

Filium non poteſt quis adoptare per procuratorem ff de adopt. l. poſt mortem, § ſi ibi no. Bar. Idem no. do. Ant. in dicto c per venerabilem 23. col.

Filius licet poteſt legitimari, vt filius, patre tamen petente, tamen nepos ex filio præmortuo poteſt legitimari legitimatione reſtitutiua, ſed in collatiua ſic, vt no. do. Anto. in dicto c. per venerabilem 23 col.

Filius poteſt legitimari, vt filius patris petente auo, quod eſt verum in legitimatione patre incerto, no. do. Ant. in dicto c. per venerabilem 23. col.

Filius legitimatus ſimpliciter acquirit indifferenter ius ſuccedendi agnatis, & cognatis, ſiue de illis fiat mẽtio in legitimatione, ſiue non, & hoc verum de illis, in legitimatione reſtitutiua, & idem in collatiua, ſi fiat, mentio de habente ius ſuccedendi a natura. Sed ſi fiat de non habente a natura, tũc non acquirit ius ſuccedendi, niſi inter conſentientes. vt no. do. Ant. in d. c per venerabilem. 25. col.

Filius legitimatus an comprehendatur in ſtatuto, loquente de legitimo, vide in verbo ſtatutum loquens de legitimo, & §. ſequenti.

Filius legitimatus viuente patre rumpit teſtamentum patris, in quo ipſe non fuit inſtitutus, no. do. Ant. in d. c. per venerabilem. 26. col.

Filius legitimatus excludit ſubſtitutum patri ſub conditione, ſi pater deceſſit ſine liberis legitimis. ſecundum Iac. de Are. vt no Ioan. And. in addit. Spec. in tit de ſucceſſ. ab inteſt. § 1. ver. ſed ex facto in fi. contrar. dicit do. Ant. in dicto c. per venerabilem. 26. col.

Filij appellatione non continetur baſtardus, vt quo ad honores, & commoda, nec quo ad pœnas, & damna. vt. no Bald. in l. filium ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. vide ſub verbo ſtatutum diſponens de filio.

Filius naturalis tantum dicitur ille qui natus eſt ex concubina, in domo retenta, licet ex communi vſu dicitur filius naturalis, quilibet natus ex ſoluto, & ſoluta, vt no. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. qui filij ſit legitimi. ſuper rubri. ver. qui de ſtatuto. vt not. dom. Anton. in dicto capitu. per venerabilem. 27. columna.

Filiusfamilias ſi per 20. annos ſe geſſit pro ſui iuris homine liberatur a patria poteſtate. l. 1. & ibi not. C. de pa. poteſ. ſi autem fuit emancipatus. ſed minus legitime, tunc ſi per decẽni ũ ſe geſſit pro emancipato, efficitur ſui iuris. l. poſt mortẽ. ff. de adopti. & prædicta. no. do. Anto. de cenſi. cap peruenit penult col.

Filius viuo patre non dicitur habere aliquod ius in legitima, nec viuo patre eſt ei debita, ſed quaſi debita, not. Bart. in l. fi. de liber. agno ſed Bal dicit. in l. 3. C. de iu. & fac. igno. & hoc. quo ad legitimam filij naturalis, ſed in legitima filij adoptiui, ſiue arrogati vide quod filius habeat in illa ius viuo patre, quia etiam in vita patris ſibi debetur, & dies cedit, licet non mortuo patre, ex conſtitutione, Diui Pij, quia ſtatim pater adoptiuus, tenetur, & obligatur. ad quartam, licet nõ poſſit peti. niſi poſt eius mortem. vt eſt caſus in l. 1. §. ſi impuberi ff. de colla. bon per quem tex. concluditur, quod filius decedens viuo patre adoptiuo, tranſmittit ius ſuum. & illam quartam, licet Bal. dicat contrarium. in arrogator. ff. de adopt. & male. quia contra tex. in d. §. ſi impub immo bene dicit. Et eſt caſus pro eo. ibidem. Nam ibi dicitur, quod illa quę ad hæredem trãſmittuntur, conferuntur ideo, ſi tractatur de collatione viuo patre, licet non fiat tranſmiſſio. Nec obſtat quod tex. dicat, quod quarta debetur viuo patre. Quia illud verbum debetur ſtat improprie, vel debentur in tantũ quo patri ſuccedit. alias ſequeretur quod plus iuris habebat in legitima filius adoptiuus, quam filius naturalis, contra id, quod nu glo. inſtit. adopt. §. cum autem, & in l. ſi arrogator. ff. eodem tit.

Filiusfamilias ſi recipit dotem in pecunia, vel in ſpecie, vel ex re, vt pecunia dotalis aliquid lucraturus, vtrum pater de dote, vel lucro aliquid acquirat in proprietate, in vſufructu, vide Bar. in l. cum mirum. §. 1. ff. re. amot.

Filiusfamilias eſt capax dotis. ff. ſolut. matr. l. 2. §. quod ſi in patris, ff famil. ercisc. l Pompo. Philadelph. Ideo illam non acquirit patri ut no Bar in l. placet ff. de acquir. hæredit. ſaluo, quod actio pro dote reſtituenda eſt communis patri, & filiæ vt d § quod ſi in patris.

Filiusfamilias an, & quando poſſit, cum patre contrahere, & ſe inuicem obligare, vide plene per Bart. in l. frater a fratre. ff. de contradictione indebiti.

Filiusfamilias acquirit patri vſumfructum de omnibus, quæ ex opera ſua quærit, quia talia reputantur aduentitia. C. de bo. quæ lib. l cum oportet in prin. & ibi no. Bar. in l. ſi tibi decem §. ſi pactus. ff de pac.

Filiusfamilias eſt capax dotis uxoris, & filiafamilias eſt capax donationis propter nuptias uiri, & tam filius, quam filiafamilias, ſunt capaces lucrorum nuptialium, & in illius hodie locum habent hæredes. C de bo quæ lib l. quòd ſatis & ibi no. Bar. an filiusfamilias habeat hæredem in dote, vide Bal. in d. l poſt dotem. ff. ſol matr.

Filiusfamilias ſuccedit filio ſuo, nepoti quo ad annum in proprietate, annus autem retinet uſumfructum, C. de bon quæ liberis, & ibi no per Cy. & Bal.

Filius an poſſit ſtipulari patri exiſtenti in poteſtate, uide Bal. in d. l. quod dicitur, ad ſi & l. filius. de uerb obl.

Fines caſtrorum, & uillarum non eſt neceſſe ponere in libello, in quo petitur caſtrum, uel uilla, ſed ſufficit nomen caſtri, uel uillæ exprimere, quia caſtra & uillæ, cõmuniter ſunt nota, niſi caſtra duo, uel duę uillæ eiuſdem nominis ſint. Not. Bar in l. ſi in rem ff. de rei uend.

Fines probantur per antiquos libros, & per antiqua inſtrumenta, ut probatur de prob. c. cum cauſam, & de cenſib. c cum olim. in tex. & gloſ. licet tales fines deſcribuntur per uerba narratiua, ob aliud omiſſa, tunc quia in talibus, ſufficiũt plenæ probationes, & illa uerba narratiua faciunt plenam pro-

bat

Digitized by Google

bationem,vt no Io. And in c.ſi Papa.de priuil. lib 6 in gl.ſuper verbo probata Idem no.Bal.C.de iur.delib.l.cum aliquibus C.de epiſc.& cler l.conuenticulam. Si autem inſtrumēta,non eſſent antiqua, tunc licet fidem facerent inter contrahentes,non tamen quo ad tertium,vt not. Bald.in dicta l.conuenticulam. Sic intelligitur gl & quod no. Bar.in d.l.cū aliquis. Et in not.in c.cum in iur de offi.

Fiſcus non eſt verus hæres deportati, ſiue illius cuius bona sūt publicata,licet ad ipſum fiſcum tranſeāt omnia bona condēnata,ſed conditionalia bona ad illum perueniunt.not.dom. Ant de inreiur. c.quintauallis.ver.13.differentia.

Fiſcus ſi vendit rem alienam, an emptor ſit ſecurus. vide per Bal pulchre in l.1.C.de hæred.vel ac vendita.

Fiſci priuilegia,& iura,in corpore iuris ſparſa vide pulchre.in d.l.1.C.de hæred.vel.ac.ven.

Forma dat eſſe rei,ideo illa deficiente etiā res ipſa deficit,quod eſt verum in forma eſſentiali, & naturali, ſecus accidentali, & voluntate hominis inducta.no.do.Anto.de reſcr.c.ſuper literis.9 col. Sed Io. Andr.dicit, quòd vbi forma traditur ab homine,non valet ipſo iure,actus ſactus forma non ſeruata, ſecus in forma tradita.a iure.ut ipſe no. in clem 1.de ſequeſt. poſſ.ſuper ver.nulli.

Fornicatio omnem carnalem illicitum concubitum comprehendit no dom. Anton.de cohabit.cler.& mu.capit.veſtra. 2.colum.

Fornicator ſiue ſit presbyter, ſiue ſimplex clericus, eodem iure,& eodem modo punitur.no. dom.Ant. in d.c veſtra.ver. no.quod iura.

Frater vterinus tantum excludit fratrem conſanguineum tantum,a ſucceſſione alterius fratris, in bonis ex materna linea quæſitis.&c.

Frater conſanguineus, tantum excludit vterinum tantum, in bonis ex paterna linea quæſitis.In quæſitis tamen aliter, quā ex paterna, vel materna linea ſuccedunt æqualiter. C. de legi.her.l.de emancipatione.& ibi no.Bar. frater autem vterq; coniunctus,fratri defuncto,excludit tam vterinum tantum, quam conſanguineum tantum, in quibuſcūque bonis.C.de legi.hære Auth ceſſante & an poſt fratres fratrum.

Fraus qualiter probetur,vide bonum text.& gl.in c.2.de renū. lib.6 & de re permu.c.1.eo.lib.in gl.ſuper verbo fraude, dic quod dolus,& fraus probantur ſemiplene per iuramentum, & per text.& gloſſ.in capitulo ex literis . de reſtitutione in integr.

Fraus poteſt committi cōtra legem, & eſt ſpecies ſeparata a dolo,in quantum committitur verbis, & re ipſa. i.per verba, & per facta,fraus autem per factum tantum, ſecundū D.Tho. de Aquino, cui licet ſtandum, iura tamen qñque bis vocabulis abutuntur, ut no Bar.in tract.de teſte.§.fraus.

Fructus qualiter,& in quibus caſibus in ſortem computentur, vide ſingulariter per do. Anto de iureiur.capitu.ad noſtram. in penul. oppo. Et vide ſub verbo, libellus generaliter admittitur.

Fructus continentur appellatione beneficiorum, quia dicūtur eſſe in bonis,vt etiam fructus menſæ,epiſcopalis no. gloſ.de ma & obe.c.cum olim.& vide ſub uerbo beneficium §. beneficiorum coll.Idem in electione,& præſentatione.no. Rota concl.198.Nam fructus poſſeſſionis iuris eligendi,& præſentandi eſt ipſa electio,& præſentatio,ſed iudicare, & excōmunicare, non ſunt fructus iuriſdictionis, nec proprie dici poſſunt,ſed potius periculum laboris,& curæ, vt no. Rota concluſ.309.

Fructus iuris patronatus eſt ipſa præſentatio,quæ eſt fructus induſtrialis,non generalis,ut no. de re iudi. c.cum Bertoldus. in gloſſ.fin.& not.Ioan.Andr. in cap.conſultationib.de iure patron.

Fructus quos agens poſſeſſorio,& obtinens,conſecutus eſt aduerſarius tenetur eidem aduerſario,poſtea in petitorio agenti,& obtinenti reſtituere,quod intellige,ut no. Rot.conclu. 388 ſed alibi ſimpliciter dicit, quod qui obtinet in poſſeſſorio,licet ſuccumbat in petitorio, non tenetur fructus reſtituere.ut not.Ro.concl 400.

Fructus beneficii non tenetur reſtituere qui beneficium iuſte detinet,vt ſi ab initio habuit bonam fidem,& colorem detinendi,quia talis dicitur poſſeſſor bonę fidei,no.Ro conclu. 26.Sed alibi dicit, quod fructus beneficij tenetur reſtituere, qui ſuccubuit, licet habuit iuſtam cauſam litigandi, quia pars beneficii ſunt,& beneficio debentur, & licet, ante litē conteſtatam poſſet quis eſſe in caſu bonæ fidei, tamen poſt litem conteſ.poſſet quis eſſe malæ fidei,ſed ſuccumbit.ideo ad reſtitutionem fructuum tenetur no.Ro.concl.127. Aduerte tamen,quod fructus extantes, ſemper tenetur poſſeſſor. quantumcunque bonæ fidei fuerint, reſtituere. not. dom. Ant.de reſtit.ſpol.c.in literis.16.columna.ver. ſed opp except.

Fructus beneficii an debeantur ſuccedēti in beneficio pro tempore prædeceſſoris, vel hæredi defuncti, an vero debeantur. eccleſiæ.vide de offi dele c cum vos.& quod no. Ioa.Andr. eo.tit.præſenti.lib 6 vide omnino.ibi. Pet.Mo. & per Arch. de reſcrip.c.ſtatutum.§.acceſſorem.eod.lib & per eundem. 12.q.5.c.1 vide tex.de teſtib.c.cum in offi.& melius eodem titu.c.relatum.2.& ibi per Math. Et vide glo.quæ facit differentiam,inter prælatum, & Canonicum, in eo quod prælatus dicitur ſucceſſor prædeceſſoris, canonicus vero non,in c.quod ſicut de elect ſuper verbo.conſentire.in fin.glo.vide tex.& Bal.in l.defuncta ff de vſufru.& Barto in l.diuortio.in princ.ff ſol.matr & in l fin.ff de iure fiſ. vide omnino Cal.& Franc.de Zabar.in c.ſi.de pecu.cle. & vide ſub verbo prælatus, §.prælati. licet ſint fructus, non tenetur reſtituere poſſeſſor,qui errauit in iure,quia error iuris,excuſat a fructibus, ſecundum di.in regula poſſeſſor Bar. tamen aliter diſtinguit in l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de petit.hæred.vide Inno.in capit. nihil.de elect.

Fructus conſiſtit in reditu, ſed non fructu,vt no.gl. de elect.ca. generali lib.6.pen.glo de elec.vide text ff.de exercit.lib.1 §. exercitorem,& quod no.Bal.ff.de condi.vide l.ſi vrbanæ, & ff.ſol.mat.l.diuortio.

Fructus & penſiones rei alienatæ an pertineant ad emptorem, vel venditorem,vide Bat.in l.ſi § fi.& Ang.in l.fi.§.peu.ff.de his,quæ in frau cre.& Bal.in l.in vendendo § fi. ff.de contrahend.empt.

Fructus iuriſdictionis,ſi primo anno pertinent ad vnum,ſecundo ad alium, & vltima die primi anni committatur delictū pro quo ſit condemnatio ad pœnam, talis pœna debetur illi, ad quem fructus primi anni pertinebat ut no. Cyn. & Bald. tangit etiam ff.ſolu.matr.l.diuortio,in principio, in l fi.in fi. ff.de iuriſd.om. in fi.vltimę col. Cyn allega.l quemcunque. ff.de actio.& oblig. Bald.allegat.l.2.in princip.& §.ſi poſtea, quod vi,aut clam l fi ff.de bis,quæ in frau.credi.quæ melius fac.

Fugas eius qui dicitur deliquiſſe,an probat delictum plene,vel ſemiplene, vel ſaltem indicium facit, vide ſub verbo. probatio § probationem plenam.

Fur non poteſt agere contra ſurem pro re furtiua alias ſurata ſibi per alium ſubtracta, niſi fundet intentum ſuper alio intereſſe quam ſuper eo, ad quod ipſe dominus rei furtiuæ tenetur,poteſt tamen agere, triticaria ratione ſolius poſſeſſionis.no.do.Anto.de reſti.ſpo cap.in literis. ver per hoc patet. 6.columna.

Furioſus habens dilucida interualla num poſſit eſſe arbitrator. & vide ſub verbo ſententia.infra.

Furor & dementia,qualiter probentur & an ſemel ſuriosus prę ſumitur perſeueraſſe talis, vide ſub verbo probatio. § probatur,furor.

## G

Genitiuus ab homine prolatus non ſignificat de neceſſitate dominium,& verificatur nedum in poſſeſſione,ſed & in detentione no glo in l.a.in princip.ff.de ori.iur.idem ſi proferatur a lege,tex.in l.1.in fin.cum l ſeq.ff.de nau. cau.ſta.& in l.2.§. in hac.ff.vi.bon rap.& no.per Bart.in d. §.in hac.& ſuper rubrica de nou ope.nunc.ſed dom. Anto.dicit, quòd quandoque ſignificat dominiū,quandoque poſſeſſionem rei, quandoque quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in c.1.de poſtu.præla.penult.colum.

Genus ſubſequens ſpecies enumeratas reſtringitur ad qualitatem ſpecierum enumeratarum.de reſcript.capit.ſedes. de procurat.capitu qui ad agendum,libro ſexto, & in clement. non poteſt.eodem titu.& not.dom. Anto. in clem de præb. & vide per eundem,in dicto capit ſedes. de offic.Archidiac. cap.fi.ver.a.opp.& per Bald in l fin.§.cui dulcia ff.de trit vino. & oleo.lega. & in l. quæſitum . §. finali digeſtis, de ſun, inſtru.

Generi per ſpeciem derogatur licet in diſpoſitione ſpeciali poſteriori non fiat mentio de generali.de præben.c.quamuis,el 2.& c.dudum,lib.6.& vide ſub verbo vniuerſitas. §. vniuerſitas generaliter.

Generalis diſpoſitio tantum operatur quo ad genus,quantum operatur ſpecialis quo ad ſpeciem ff.de admin. tuto.l.ſi duo ad ſpeciem. C.de præſcrip. triginta annorum. l omnis. Cod, quando mul.tutelæ offic. fungi poteſt.l.finali, vide Bartol. ff ſi quis.cau. l ſed & ſi quis,§.quintum &c.

Generalis ſermo an comprehendatur perſonam loquentis, vide Cyn.in l.inquiſitio.C.de ſolut.



Digitized by Google

Genus eſt, quod comprehendit plura, ſed ſi comprehendit pauciora, habetur pro ſpecie. Vnde ſi in eadem diſpoſitione, vel in diuiſa ſunt duo generalia, quorum vnum eſt minus altero, illud quod e ſt minus, pro ſpecie reputatur, & per illud tamquam per ſpeciem generi derogatur, l. vxorem §. codicillis. & § ſe ff de l. 3. & l. ſeruo manumiſſo. de pec. leg. & l. quæſitum. § fi. de ſun. inſtr. & per Bar. in l. 1. §. 1. ff de no. op. nun.

Generalia & vniuerſalia verba appoſita verbo futuri temporis, ſi diſpoſitio contioet actus conceſſi extenſionem, nullam recipiũt limitationem, ſiue reſtrictionem, ſed vniuerſaliter intelliguntur, ſi ex tali intellectu non reſultat diſpoſitio vitioſa. no. Bar. in l. 1.

Generalia verba acceſſorie appoſita reſtringũtur ad ſuum principale. l. prædus. in prin. de leg. 3. & ibi no. per Bar.

Generalia abſurda etiam notantur per Bartol. in l. abſurditas. & etiam. no. Bar. in l. non dubium C. de legibus

Generalis quietatio, & liberatio an extendatur ad incognita, & ad ea, quæ quis non tenetur ſoluere.

Gratia Apoſtolica conſideratur, & diſcutitur ſecundum datã, non ſecundum præſentationem, vel receptionem gratiæ de præbendis c. eum qui lib 6 Vide do. Ant de iur. pat. c. conſultationibus in 2. notabili, dic tamen, quo ad impugnandum gratiam de ſurreptitio, inſpicitur tempus datæ, ſed quo ad perpetuandum poteſtatem executoris, in ea dati, & quo ad ipſam poteſtatem, in exercitium deducendam, inſpicitur tẽpus receptionis literarum. Vide plene per Io. And de præb. c. cum dilectus 2 in fi & quòd non gl. vlt in cle. fi de reſcript. Sed de beneficio præben. vide pleniſſime per do Anto. in dicto c. dilectus 6. colu. Et vide ſuper verbo beneficium. & §. clauſula. & § diſpenſatio per totum & § priuileg. per totum.

Gratia ſi eſt impetrata de beneſitio, tamquam vacante vno, & vacat alio modo, non debetur beneficium impetranti, qui expreſſit falſum modum vacandi, & tacuit verum no. Rot. concluſ. 130. vide omnino Lap. all. 30. vbi ſingulariter limitatur. c. ſuſceptum, & idem in gratia de beneſitio vacaturo. Nam dicta clauſula, vel alio quouis modo includit omnem ſpeciem vacationis. ſecundum Ioannem Andr. quod eſt verum, ſecundum Lap. de vacatione contingente per vacationem per eandem perſonam in gratia nominatã, ſecus ſi per aliam no. Ro. concluſ. 331. Dictum Lapi intellige, niſi in gratia diceretur, ſiue ex alterius cuiuſque perſona vacet ſiue vacauerit, pro ut hodie communiter fit.

Gratia beneficij vacantis impetrans, ſi narrat plures modos vacandi, ſufficit alterum probare, no. Rot. concluſ. 80.

Gratiam beneficialem impetrans, tenetur de beneficio, quod obtinet ſpecialem facere mentionem, nec ſufficit generalis, quod qualiter intelligatur, vide omnino do. Ant. in clem. fi. de offic ord & Oldr. conſi 140. in fi. vbi omnino vide.

Gratiam beneficij impetrans licet de omnibus beneficijs, quæ obtinet, tenetur facere mentionem, tamen non de quantitatibus ipſorum beneficiorum, no. glo in clem. de præben & no. Rot. concluſ. 180. licet ergo qualitatem ex abundanti exprimat, puta ſi dixit illa beneficia, fuiſſe creata. & dotata, probare non tenetur, no Rot concluſ. 6;. Sed ſi valorem ipſorum ipſorum beneſitiorum expreſſit tunc illum probare tenetur, ſi negetur, alias non, no. Rot concl. 14 licet autem regulariter, non teneatur impetrans dictas qualitates exprimere Fallit in tribus, in qualitate dignitatis, in qualitate continuæ reſidentiæ, & in qualitate curæ, ſecundum Cal. vt not. do. Ant. de reſcript in noſtra. uerſ. tertio. quæro. tamen gl. in d. l. 1. dicit contrar in qualitate curæ.

Gratiam beneficij impetrans ex cauſa permutationis, non tenetur de ſuis alis beneficijs aliquam facere mentionem. not. Fre. in tract. permut. q 8 & in conſi. 73. per quæ concludi poteſt, quod impetrans beneficium ſimpliciter, ſi habet gratiã permutandi aliud, non tenetur de illa gratia facere mentionem, quam per illam. Non habet etiam ius ad beneficium ſimplex, ſed ex cauſa, per quam debet illud dimittere, vt colligitur. in d. q. 18.

Gratiam beneficii impetrans, tenetur verum valorem beneficij impetrati non ſolum exprimere, ſed etiam probare, licet non ſolum negetur, quia pars gratiæ ſilæ eſt, no. Ro concluſ 142 Si valorem beneficii obtenti, non tenetur no. Rot. concluſ. 180. licet autem valorem fructuum beneſitui, quòd impetrat exprimere teneatur, tamen de cotidianis diſtributionibus non tenetur mentionem facere, quia illæ dantur, ratione certi miniſterii perſonalis, & non ſunt de corpore beneficii. no. Ro. conclu. 130. idem in mortuariis, & anniuerſarius. not. Io And in addit. Spec ſuper Rubrica de conceſſ. præben ver. demum quærebatur.

Gratiam impetrans à Papa, vel etiam legatò, licet teneatur facere mentionem, de omnibus beneficiis quæ obtinet, ut in c. ſi de offic leg lib. 6. quod procedit ſiue legatus conferat ratione legationis ſiue ex ipſa commiſſione Papæ, vt no Io. And. in cle ſi de offi. ordi in gl penult. licet quo ad ſpecialem cõmiſſionem contrarium ſentiat Dominicus. in c. is cui. de præben. lib. 6 ſuper gl 2 Sed cum Io. Andr. in d c dicat quod ſecus ſit, quando impetratur ab ordinario, vel eius delegato. vt in c ſi. de officio ordinarii, & ibi no. gl. ſuper verbo habentibus, & no. Fred in tit permut. q 18. vide c. legatum, & ordinarium, quod no. Io. Andr. in nouella. & poſt eum Lap in c. ſi motu proprio de præb lib 6 & c ſi de offic leg eo. tit in gl ſi. expreſſe apparet, quod collatio beneficii facta per legatum Papæ, non valet, non facta mentione, de officiis obtentis, & ſenſit gl. pen. in dicta clem. ſi. quod procedit, ſiue facultas conferendi ſit conceſſa de legato gratia ipſius delegati, ſiue gratia eius cui debeat conferre, vt not Lapus in d. c. ſin. de officio leg quid autem, ſi legatus conſerat motu proprio, an de obtentis debeat fieri mentio. Io. Andr dicit. quod non in dicto c ſi in gl. vlt. Dom. recitat alios aliter dicentes, ſed dic, vt ibi plene Lapus diſtinguit.

Gratiam beneficij impetrans, non tenetur facere mentionem de ordinis qualitate annexi. Ibi beneficio impetrato. ſecundum Cal. vt no. do. Ant in c. in noſtra. in uer. 3. quæro. de reſcriptis, nec etiam tenetur facere mentionẽ, de titulo beneficii patronalis, ut ibi not. in uer. ſe. de primo dicto eſt caſus in c. ſi cui. de præben lib. 6. & ibi hoc. no. do. And. ſuper verbo. hoc poſſit in nouella.

Gratiam beneficii collegiati, vel conuentualis impetrans ſi hoc exprimit, quod ſit collegiatum, vel conuentuale, nõ tenetur aliter mentionem facere, de cura, etſi habeat curã parochialem extra collegium vel conuentum, vbi eſſent duæ eccleſiæ ſeparatæ. Sed collegiata, & parochialis ſimul iunctæ, & vnitæ. Ita quod vna non ſit alteri annexa, nec ei ſubſit. not. La. in c. cum in illis de præb. lib. 6.

Gratiam beneficii impetrans. ſicut tenetur facere mentionem de beneficiis in quibus habet ius in re, ita & de aliis in quibus habet ius ad rem, not. Io. Andr. in c. ſi motu propriio. de præb. & in c gratia, de reſcrip. in glo. & in nouella. lib 6 & in regula ignorantia, & not. glo. in clem. ſi Romanus, in verbo obtinet. ſed Inno. in c. in noſtra de reſcrip. diſtinguit, an gratia ſit de beneficio vacan vel vacaturo, quod eſt notabile. ſed omnino vide. Ro concluſ. 426.

Gratiã bñficii impetrãs licet de bñficio quod obtinet teneatur facere mentionẽ, ſiue de iure, ſiue de facto teneat, ſi tñ dixit ſe id canonice obtinere quod de facto obtinebat, nõ ꝓpterea gratia vitiatur. quia quod iuſte vel iniuſte teneat, eſt quod extrinſecum, a gratia, niſi iniuſta detentio reddet eum inhabilem ad beneficium no Fran. in cle ſi Romanus. in ſi de præbend. vide omnino infra. § gratiam beneficialem impetrans tenetur. Nam illud verbum canonice debet intelligi ſic, & per eum, qui potuit conſerre, licet ex perſona eius, cui confertur, non ualeat collatio, ut no. Spe. in tit. de diſpen. § vidẽdum. uer. ſed numquid nocet idem not. Compo de elect 2. & Io. Andr. in c. non poteſt ſub verbo. canonice. de præben. lib. 6 in nouella. vide omnino io Spe. tit a §. videndum ver. ſed numquid nocet.

Gratiam beneficii impetrans tenetur facere mentionem de altero beneficio, quod obtinet licet de facto, & non de iure teneat, no. de præb c eum qui. lib 6 in gl ea ratione. Item tenetur facere mentionem de beneficio, in quo ius habet. licet poſſeſſionem non habeat, dum ſciat ſibi collatum eſſe. Secus ſi ignoret. de reſcriptis. c. gratia lib. 6. Nam & ſpoliatus beneficio tenetur de illo facere mentionem not do. Anton. de reſcriptis c. in noſtra. ver. venio ad quæſtiones

Gratiam benificialem obtinens, & impetrans, an teneatur facere mentionem, non ſolum de beneficio, quod iniuſte obtinet, ſed etiam de iniuſta detentione, alias gratia non ualet, etiam ſi motu proprio abſque generali tamen clauſula, non obſtante, facta ſit, quia licet non poſſit allegari defectum ſurreptionis, poteſt tamẽ allegari defectum intentionis. not. Lap in capitulo finali, de officio legati. libro 6 prædicta intellige, quando iniuſta detentio, facit quem inhabilem ad beneficia, alias ſecus no Fran in clem. ſi Romanus. in fine, de præben conſilio 11 diſtincte dicit gratiam eſſe ſurreptitiam, niſi motu proprio facta, & uide, omnino ſuper. § gratiam beneficii impetrans, licet de beneficio. Adde quod non ſolum de iniuſta detentione. Sed de fructibus perceptis tenetur facere mentionem, niſi ipſos in utilitatem eccleſiæ conuertiſſet ut no Io. And in addit Spec. in tit. de diſpenſ. § videndũ. cap ſi. Sed pone quòd aliquis. nam ex perceptione dictorum fructuum, fuit factus inhabilis ad beneficia, ſecundum Hoſt. in dicto capitulo dudum, ſecundo de electio. ſuper verbo canonice.



Digitized by Google

Gratiam beneficii impetrans, licet teneatur facere mētionem de alijs beneficijs, & patronis, quæ obtinet. tamen non de hoſpitali, quod non in titulum, ſed in adminiſtrationem cōceditur, nec ſimiliter de penſione, quia non habet in titulū, nec in ſtipendium no. dom. Anton. in clem. fin. de offic. ordin. & tenet Rota concluſ. 231. In antiquis. & ſimiliter non tenetur facere mentionem de titulo ſui patrimonii, ad quē fuit ordinatus no. Ioan. Andr. de reſcri. c. poſtulaſti. nec in victualibus clerico pro victu ſuo aſſignatis ſuper quibus epiſcopus eum ordinauit. no Bar in cle. 2 de vita & hon. cle. & no. 1. q. 2. clericos. Similiter non tenetur facere mentionem, de poſſeſſione, quam habet ab eccleſia, in diſpendium, non in titulum, ut no. Dom. Anton in dicto cap poſtulaſti quod intelligit ibi Ioan. And. quando dantur in ſtipendium laico, & ſimiliter non tenetur facere mentionem de beneficio ſibi ad tempus, & non in perpetuum collato. ut no. in dicto capitulo poſtulaſti.

Gratiam beneficialem impetrans ad beneficium vacaturum, ſi cum alio in data concurrit, præfertur ille, qui fuit diligentior in proceſſu, & ſi in diligentia concurrunt, non poteſt gratificare executor, ſed gratificare pertinet ad Capitulum, cui alias ſpectat collatio beneficiorum. not. Rota concluſione 97.

Gratiam impetrans de Canonicatu ſub expectatione præbendæ ſub conditione caſuali cum clauſula, quod ea purificata ſit perinde, ac ſi a tempore datæ fuiſſet canonicatus collatus cum reſeruatione. & decreto, præfertur impleta conditione habenti gratiam puram, ſub eadem data, ad beneficia vacatura, etiam ſi habens puram preuenerit in præſentando eam ſuo executori, quia purificatio conditionis trahitur retro. no. Ro. concluſ. 369.

Gratiam impetrans per quam ſibi confertur canonicatus ſub expectatione præbendæ, licet præbendam non acceptauerit infra menſem, poterit poſtea acceptare infra menſem re integra, licet ſi poſt menſem alteri non fuit collata, nec per alium acceptata, licet tunc exequutor non poſſit procedere, obſtante forma mandati. Ideo recurret et impetrans pro collatione ad ordinarium, vel ad Papam, ſecus in eo, qui nondum erit Canonicus, ſed canonicandus, expectans canonicatum & præbendā, quia talis elapſo menſe non poterit acceptare no Rot. concluſio. 316. Item ſecus ſi in gratia tempus pręfigitur acceptationi ſicut hodie fit, quia mādatur prouideri de beneficio, quod infra menſē duxerit acceptandum quia tunc elapſo menſe, acceptare poterit, ut not. Panot. de conceſ. præben. in cle. 1. Et idem tenet ibidem Io. An. in glo. ſuper verbo. infra menſem.

Gratiam habens de beneficio, quòd infra menſem duxerit acceptandum, ſi infra menſē acceptauit, licet executor ei non prouiderit, non propterea acceptatio euaneſcit, quia ad prouidendum non eſt executori tempus a iure præfixum. ideo poteſt acceptās reccurrere ad Papam pro prouiſione ſibi faciēda, vel obtineat cauſam committi in palacio, & auditor pronuntiato ſibi beneficio debito prouidebit ei ſecundum formam clem. auditor. no Rot. concluſ. 202.

Gratia ſi quis impetrat in communi forma pauperum ad beneficium vacaturum, poteſt eius executor gratiam purificare ad inſtantiam conſanguinei impetrantis, etiam nullum mandatum habentis, & etiam ex officio inquirendo, de cōfeſſione, & vita eius. An autem iuncta perſona, poſſit acceptare beneficium ſine mandato. vide Ro. concluſ. 289.

Gratia in communi forma pauperum fit ſemper cū exceptione, quod impetrans non poſſit, in eccleſia Cathedrali, ſed habens talem gratiam impetrat poſtea in forma gratiæ ſpecialis canonicatum ſub expectatione præbendæ, & dictæ præbendæ gratia expirat, & caſſatur expreſſe in ſecundis not. Ro concluſ. 626.

Gratia quando fit in forma pauperum examinatur impetrans in curia de literatura, conſtructione, & cantu, & in partibus committitur exequutori examinatio de vita, moribus, & conuerſatione, ſed quādo fit in forma ſpeciali dignū arbitramur, tunc Papa habens impetrantem de vita, & moribus commendatum. committit in partibus, ſolam examinationem ſcientiæ, & idoneitatis. & lecturæ conſtructionis, & cātus no. Rot concluſ. 424. per alia etiam cognoſcitur, an gratia, ſit in communi forma pauperum, vel in forma ſpeciali. vt no. inf. §. gratia ſpiritualis, & ſpecialis.

Gratiam habens in communi forma pauperum, ſi infra menſem acceptat officium ante purificationem gratiæ, & per eū non ſtetit, quo minus purificaretur, ſed per executorem valet acceptatio, & impedit collationem ordinarii, dummodo poſtea cōſtet de humilitate, & bona cōuerſatione impetrātis. tempore impetrationis, & acceptationis, no. Ro. concluſione 17. Prouiſio autem facta per executorem, ante purificationem, non valet. no. Rota. concluſ. 309.

Gratia facta in forma pauper cum de certo, ſecundum. clem. in §. ſecus. de conceſ. præben. non ligat manus ordinarii. ante purificatam conditionem. ſecundum Ro. licet multi doctores, dicant contrarium. Rot. conclu. 92.

Gratia in forma pauperum, ſi concurrit in data cum gratia ſpeciali, & eadem collatione reputantur ambæ gratiæ partes, ideo ſi habens gratiam in forma pauperum fuit diligentior in præſentando, præfertur in præbenda poſtea vacante, etiā ante purificatam conditionem, quando conditio dependebat ab alterius poteſtate, ſecundū ca. ſi pro te. de reſcrip. lib. 6. no. Rot. concluſ. 103. Et idem in gratia facta, dignum arbitramur cōcurrente, cum gratia, in forma ſpeciali, pure facta. vt no. Ro. concluſ. 366.

Gratia facta licet nondum executa non expirat per mortem Papæ, & conſequenter non poteſtas expirat, data executori, tamquam acceſſoria, ſecus in gratia facienda no. Ro. concluſ. 34. Prædicta vera in gratia ſpeciali. Sed gratia, quæ fit in forma pauperum, an poteſtas & iuriſdictio executoris expiret per obitum concedentis. vide Rotā concluſ. 427. circa tertium, & quod no. Io. And. de prēb. c. ſi cui nulla. libro 6. in nouella, quando gratia dicitur facta, quando Papa prouidet, & dat exequutorem, qui poſſeſſionem, det faciendam, dicitur quando Papa non prouidet, ſed mādat prouideri, & mandat executori, quod prouideat, & in poſſeſſionem inducat, vt ipſe no in dicto c. ſi cui Sed Ro. in dicta conclu. 242. dicit, quod gratia dicitur facta etiam, quando Papa mandat id fieri abſque iudiciali indagine, & de certo tempore beneficij vacantis, & certæ perſonæ, quo caſu etiam ſi Papa moriatur, re integra durat poteſtas executoris ſecundum Ro. Sed aduerte, quia videtur hoc contra theoricam, Doctorū, & contra text. in dicto c. ſi cui. quod loquitur etiam, quando Papa prouidet de beneficio vacante.

Gratia ſi eſt expedita contra ſtylum curiæ, an ſit admittenda, vide ſub verbo reſcriptum Apoſtolicum ſi eſt.

Gratiæ ſi de pluribus ſub eodem beneficio factæ reperiuntur, nec apparet, quæ præceſſit, quid iuris ſit. Vide Innoc. & Ioan. Andr. in nouella de præbend. capitu. ſi ad ſedem. de reſcript. libro 6.

Gratia diſpenſatio quid operetur, vide ſub verbo diſpenſatio per totum.

Gratię facta alicui, vt ſi poſſit de vno beneficio, vel plurib. prouideri, intelligitur de beneficiis ſimplicibus, nō curatis, ſi de curatis in gratia nō exprimitur. c. cū in illis. in prin. de præb. dig. & lib. 6. niſi in gratia eſſet exuberans, puta ſi dicat, quod ei poſſit de quocunque beneficio prouideri, ſecundum Io. And vt no. Ro. concluſ. 242.

Gratia motu proprio facta in beneficialibus, non dicitur ambitioſa, ſecus impetrata. No. Io. Andr. de c. duobus, in nouella. lib. 6. reſeruationes etiam quas faciunt executores gratiarū, odioſæ ſunt, ſed reſeruationes generales perpetuę, uel etiam ſpeciales, motu proprio factæ debent tamquam fauorabiles, late interpretari no. Fre. in tract. permu. q 2.

Gratiæ expectatiuæ, ſi ſunt duobus ſub eadem data conceſſæ, ſed vnus habet motu proprio, alter nō, præfertur ille qui habet motu proprio, licet alter præuenerit eum in præſentando, no. Io. And. in dicto c. duobus, & Fre. in d. q. 2.

Gratia Apoſtolica non cenſetur perfecta ex ſola ſignatura ſupplicationis facta per Papam. ſed tunc demū perficitur, quando ſuper ea literæ ſunt perfectæ, & ideo in beneficialibus haberi debent literæ loco tituli, & ante literas perfectas, non dicitur, quis habere titulum canonicum. Not. Ro. concluſ. 428 quod intellige, quoad poteſtatem, & iuriſdictionē dandam executori, quia de illa loquitur deciſio Rotæ, ſuper hoc tamen, an litera habeatur, loco tituli. Vide quod pulcre not. do. Anto. in procemio lib. 6. ſuper verbo tranſmittamus dicunt gratiam eſſe perfectam, ante literas perfectas, & confectas, & vide. ibi. Do. de Santo Gemin. qui dicit, quod licet in gratia, motu proprio facta, requirantur literæ ad probationē gratiæ, tamen ſecus in gratia, motu proprio facta, quia illa poteſt probari per teſtes, per capit. ſi motu proprio. a contrario ſenſu, de præbend. libro 6. In contrarium facit, dictum Pauli, quod ibidē recitat. do. dicit. N. Pan. quod vbi Papa facit gratiam, ſemper mandat ibi fieri literas, nec dicitur gratia perfecta antequam literæ ſint confecta, ſed ita eſt, quod Papa ſignando ſupplicationem tacite, mandat literas fieri, ſecundū ſignaturam, quod patet, quia vicecancellarius ſuper eadem ſupplicatione ſcribit, per quam debeat fieri minuta, poſtea ingroſſanda.

Gratiam expectatiuam habens cum clauſula, anteferri, præfertur habenti priorem datam, etiam ſi in beneficio, quod vacauit, & acceptatum fuit per primum ante gratiam ſecundi promiſſum non fuerit. no Ro concluſ. 440.

Gratia ſpecialis dicitur non ſolum illa per quam ſtatim, & pure confertur Canonicatus ſubexpectatione præbendæ, cum reſeruatione, & decreto in forma laudabili. Sed etiã illa quæ fit ſub conditione dignum arbitramur cum clauſula, quod purificata conditione ſint perinde, ac ſi tempore datæ fuiſſet canonicatus collatus, & reſeruatio cum decreto facta, not. Ro. concluſ. 369 vide inf gratia, quando fit.

Gratia facta ſub modo non reſoluitur ipſo iure, licet modus non ſeruetur, ſed poteſt agi de retractatione rei datę. Rot. concluſ. 227.

Gratia alicui facta ſemper intelligitur ſine præiudicio iuris alterius quæſiti, etiam ſi ius nõ ſit in re, ſed ad rẽ primo per indultum alicui factum non fit præiudicium Apoſtolico expectanti. ſecundum Vin. no Io. And. de verbor ſign. c. ſi tua. & multo fortius, non fit præiudicium illi, cui certa, & determinata, eſſet debita, vt eſt tex & gl. in c. cum eccleſ. de præb. & vide inf §. gratia per quam papa

Gratia per quam Papa ex certa ſcientia confirmat dimembrationem factam prolegato ſupplendo omnem defectum, ſi quis interueniſſet, non ſolum intelligitur ſupplere defectus, quo ad ſolennitatem, puta partis vocationem, ſed & quo ad ſubſtantiam, puta poteſtatem dimẽbrationis, & veritate cauſæ expreſſę quod intellige, quando confirmatio eſt facta, cũ cauſæ cognitione. & parte vocata. no Ro concluſ. 226.

Gratia beneficialis afficit beneficium, in gratia comprehenſũ, etiam antequam habeatur rata per illum, cui eſt facta, adeo quod de illo beneficio tamquam affecto, nullus poteſt diſponere, niſi prius ille, cui gratia eſt facta dicat ſe non velle habere illam ratam non habuit ſtatutum, vt patet in cap. ſi tibi abſenti. de præben lib 6. Et in gratia de beneficio vacaturo, quando eſt appoſitus menſis, cum decreto, quia illa ita afficit durante menſe, ac ſi eſſet de beneficio vacante, per cle. 1. § ſecus de conceſ præb.

Gratia de beneficio vacaturo generaliter in prouincia, ciuitate, vel diœceſi conceſſa, ſi non apparet clauſula, quod duxerit acceptandum reſtringitur ad primum, quod vacabat, Ideo cenſetur ſpecialis, non generalis, & ſi ſint plures gratiæ ſimiles, præfertur prior in data, ſi gratia præſentatur aperte, quod alteri conferatur. Vbi autem gratiæ plures habent clauſulam, ſeu beneficium acceptandi, tunc ſi eſt appoſitus menſis cum decreto, præfertur primus, donec menſis appoſitus, ſit, & quãdoq; ante acceptationem primi, valet prouiſio facta ſecundo, & etiam ordinaria collatio, non obſtante decreto primi. no. Io. Andr. de conceſ. præb. c. exequutor. in princ. & in fi. lib 6.

Gratia quãdo fit de vacaturo beneficio ſine clauſula, quod duxerit acceptãdum, & ſine appoſitione, non poteſt executor, in prouincia generali inhibere, quod alter non ſe intromittat donec habenti gratiam, prouiſum fuerit, & hoc propter incertitudinem, ſi in diœceſi poſſit talem inhibitionem facere, quia gratia reſtringitur, ad primũ beneficium, quod vacabat, & illud facilius, in diœceſi, quam in prouincia, quæ latior eſt, ſciri poterit. Vbi vero in gratia ponitur clauſula acceptandi ſine appoſitione menſis, vel cum menſe ſine decreto, tunc æquum eſſet quod etiam in diœceſi, nõ poſſit exequutor dictam inhibitionem generalem facere propter incertitudinem. Tunc enim virtute clauſulæ acceptandi, non reſtringetur ad primum beneficium, quod uacabit, licet hoc ſit æquum, tamen non probatur, per text. ubi autem eſſet appoſitus menſis, cum decreto non eſſet neceſſaria, inhibitio executoris, quia ſufficit papalis. no. Ioa And. de conceſſ. præb c. exequutor. in fi lib 6.

Gratiam expectatiuam habens, ſecundum modum & formã. in qua apponitur menſis, cum decreto. non poteſt aliquod beneficium in vim gratiæ acceptare, primam, ſecundam, & tertiam præbendam in ſpecie antequam vacet, propter captionem mortis. Not. Ro concluſione 413 in principio.

Gratia decreto irritante facta, cum non afficit primum beneficium, vel præbendam, vi decreti ante purificatam conditionem, etiam tacite ſubintellectam ſi ea purificata trahitur retro ad tempus datæ, ſi verba gratiæ hoc important, & hoc verum in conditione cauſali, ſecus in poteſtatiua, dependente a voluntate tertii, cuius purificatio non trahitur retro. No Ro. concluſ. 369.

Gratiam beneficialem impetrans, ſi offert ſe aliud beneficiũ, quod obtinet dimiſſurum, in euentum quo beneficium dictæ gratiæ, cum alio permutare, & poſtea conſequi effectum gratiæ poſſit. Vide Ro concl. 439.

Gratia per quam mandatur alicui prouideri de aliquo beneficio in aliqua Eccleſia in qua non eſt niſi vnum beneficium, non poteſt habere effectum in illo vnico beneficio, quia illud relatiuum quod, eſt æquipollens aliquod Not Ro. concluſ. 42. & gl. in clem. 1 de præben. ſuper verbo. eccleſia. Ideo habens gratiam expectatiuam ad collationem decani, & Capituli communiter, & diuiſim. habetur. not. Ro concl. 132.

Gratia ſi eſt talis, quod per eam mandatur prouideri de præbenda cum dignitate, licet alternatim vacet dicta præbenda, vel dignitas; poteſt de illa prouideri. Et impetrans eſt ſub expectatione alterius non vacantis, ſicut ſi copulatiue de præbẽ & dignit. fuiſſet gratia facta. ſecus ſi vt qualitas, quod adimatur, vt ſicut dicatur prouideas, de beneficio cum cura. No. Do. Anton de reſtitut. ſpoliat. cap. in litteris. 2. columna in princip.

Gratiam de beneficio rehabens cepto, quod in certa Eccleſia. duxerit acceptandum, poteſt acceptare beneficium, ad cuiuſcunque præſentationis inſtitutionem, vel electionem ſpectans in ipſa Eccleſia, quia quandoque nõ exprimitur aliquis modus No. Ro. concl. 192. ſecus ſi aliquis modus exprimatur in ſpecie, etiam ſi genus ſubſequatur, puta ad collationẽ, vel quamuis aliam diſpoſitionem, quia tunc non apprehendit beneficia electiua ad electionem alicuius ſpectantia, per tex. cle de præben.

Gratia per quã Papa mandat prouideri de beneficio pertinente ad collationem illius. lib. 6. in fine, quod declara. ſecundũ cap ſi eo. tit. & lib.

Gratiam habens in beneficio ſpectante ad collationem, vel promiſſionem Epiſcopi, an poſſit acceptare beneficium ſpectãs ad Epiſcopi præſentationem, & Capituli dimiſſionem. vide Ro conclu 429.

Gratiam habens acceptandi beneficia in certa Eccleſia poteſt acceptare in eius cęmeterio, vel ambitu, uel Cappellis ſibi contiguis no. Ro. concluſ. 101.

Gratiam habens de beneficio acceptando, poteſt acceptare præbendam, quia appellatione beneficij continetur præbenda large ſumpto uocabulo No. Ro concl. 240.

Gratiam habens ad collationem Epiſcopi in forma ſpeciali poteſt acceptare præbendam in Eccleſia Cathedrali, dummodo ſpectet ad collationem epiſcopi. Not. Ro. concluſ. 290 & uide inſ. §. proximo. item uide ſup. ſub uerbo diſpenſatio §. diſpenſatio facta cum illegitimo.

Gratia per quam mandatur alicui prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum certæ ciuitatis, nulla eccleſia ſpecificata nõ comprehendit eccleſiam cathedralem, ſecus ſi mandatur prouideri, in aliqua eccleſiarum certæ prouinciæ, quia tunc comprehendit non ſolum cathedrales, ſed etiam Metropolitanas eccleſias, de præben. c. quamuis lib. 6 Aduerte ad primum, quia licet gratia per quam mandatur prouideri de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis, non comprehendit beneficia in eccleſia cathedrali, ſecus quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem epiſcopi ſpectãte, vt no. Ioan. Andr. in dicto c. quamuis ſuper verbo hoc caſu, in nouella. Et idem ſi prouideri mandatur de beneficio ſpectante ad collationẽ epiſcopi, in aliqua eccleſiarum ciuitatis. no Io. And in addit Spec. in tit. de ac. & petit. §. ſuper petitionibus. verſ. penul in fi.

Gratia facta ad dignitates eccleſiaſticas non comprehendit ſecundum Innoc. in c. dilectus. de præben & gratia ſuper epiſcopatu, non comprehendit archiepiſcopatum, ut ibi per eum, & archidiaco de præbend. licet. 1. libro 6.

Gratia an vitietur ex falſa latinitate, vel ex defectu literę, vel ſyllabæ, aut dictionis, vel orationis, vel raſuræ, vel ſi eſt contra ſtylum cancellariæ expedita. Vide ſub uerbo reſcriptum. §. reſcriptum vitiatur de ſequentibus.

Gratia ſiue ſit indulgentia, ſiue conſũmatio, ſiue reuocatio, ſiue priuilegium, ita redditur nulla ex ſurreptione ſicut reſcriptum de indulgentia confirmationis patet de elect. c. dudũ eccleſiam, ad fi. in tex & glo. ſuper verbo expreſſa, & de confir. vti vel inuti. c. porrecta. in fi. de fi inſtrum. c. quod ſuper his. de decimis. c. ex multiplici, vt no Inno. de reſcr. cum dilecta. & eſt tex. de fi presbyt. c. 2. de præben. c. non poteſt. in prin lib. 6 Et vide Io. And. in c. ſi cui. eo. tit. & lib. de priuile. no dom. Anto de reſcr ſuper littera. in ver quid io priuileg. Et aduerte quòd gratia in beneficialibus redditur ipſo iure nulla per ſurreptionem, ut no. gl. de reſcriptis. c. ſi proponente, & de præben c. cum teneamur, & idem in omnibus literis cuiuſcunque gratiæ ſecus in literis iuſtitiæ, in quibus diſtingue, vt not. Io. And. de fi. presbyt. c. 2. lib. 6. in nouella. Et vide ſub verbo reſcriptum ad lites.

Gratia dicatur ſurreptitia ex falſa expreſſione tenetur impetrans probare, quod expreſſit verum eſſe, & ſi dicitur ſurreptitia ex veri taciturnitate, tenetur excipiens probare illud tacitum verum eſſe, no. Ioan Andr. de litis conteſt. capit. 1. lib. 6 in nouella. Vide tandem, quòd not per eum in addit. Spec ſuper Rubrica, de cland. deſpon. & Bar. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti pub. & per Innoc. de priuileg. cap. ex parte. Aduerte quod Ioa. And. in dicto. c. 1. de lit. conteſ. loqui-

Digitized by Google

loquitur in gratia beneficiali. Sed ſuper rubrica prædicta loquitur in aliis a beneficialibus, vt in diſpenſatione matrimoniali in qua concludi videtur, quòd ſi Papa diſpenſauit, onus probandi incumbit ei qui dicit falſitatem expreſſam, ſecus ſi papa non diſpenſauit, ſed alteri diſpenſari mandauit, quòd no. ſecundum Rotam, Oldr. dicit, quòd etiam ſi papa diſpẽſauit, onus probãdi incumbit diſpenſato, vt ipſe no. concluſio. 293.

Gratia beneficialis ſi eſt ſurreptitia non tribuit executori aliquam iuriſdictionem no d. reſcriptis capit. ad audientiam. ſecundo quia in reſcriptis gratioſis ſurreptio vitiat ipſo iure, vt in c. ſi motu proprio de præb. lib 6 & de reſcrip. c. poſtulaſti vide inf. gratia beneficialis quando eſt.

Grana beneficialis conceſſa per papam ſi eſt ſurreptitia, non impedit quin ordinarius conferre poſſit, quia per literas ſurreptitias non ligantur manus inferioris no. Ioan. Andr. de exceſ. præla. c inter dilectos ſuper glo vnde non valuit. debuit, tamẽ ſuper illa ſurreptione pronunciari, per papam non per inferiorem. no Lap. de præb c. ſi tibi. lib. 6. vide ſuper verbo beneficium. § beneficium reſeruatum.

Gratia nõ ſemper dicitur ſurreptitia licet veritas ſit tacita, ſed tunc demum, quando eſt tale tacitum quod ius expreſſe dicit debere exprimi, ut no. glo. 3. cle. 2 de præben. ſub verbo non alteri. vel, quando ius expreſſe hoc non dicat, eſt tamen tale tacitum quod ſi papa ſciuiſſet, veriſimile eſt de iure, quòd gratiam non feciſſet, no Rot. concluſ 329. ver. nono. vel etiam ſi ſciuiſſet aliàs non feciſſet illam ſic de facili not. Fre. in tract permut. q. 4. quòd eſt verum in beneficialibus. vt no. do. Ant. de conceſ præben c. cum noſtris. 6 colu in fi. & eſt tex notabilis de reſcrip. c poſtulaſti, in fi. & no. dom. Io. de Imo in c. ſi motu proprio. de præbẽ. Adde quòd ſi apparet, ſi prima vera, licet alia ſint falſa. vt no. inf. ſub verbo reſcriptum. §. 1. vide omnino inf. §. gratia in beneficialibus ſi eſt. Ad cognoſcendum autem ſi papa fuiſſet alias gratias facturus, colligitur ex coniecturis, & ex qualitatibus perſonarum. No. Io. Ant. de reſcrip c. ſi proponente.

Gratia motu proprio facta, licet non poſſet dici ſurreptitia, tamen per motum proprium nulla inducitur diſpenſatio ſuper incompatibili, nec fit habilis, nec colligitur ius tertii. No glo. io clem. ſi Romana. & c. per literas. de præbend. no. Rot. concluſio. 208. dicit tamen, quòd motus proprius non ampliat, quandoq; gratiam, aliàs ſtricte interpretando, pro quo eſt tex. in capit. ſi pluribus. de præben. lib 6. & no La. in d. clem. per literas. licet gl. ibi aliter dicat, prædicta limita, niſi in gratia motu proprio facta ſit appoſita generalis clauſula, non obſtante, quo caſu omnes defectus cenſentur ſublati, vt no. Lap. in cap ſi propter de reſcriptis. & c. ſi eo tempore. niſi defectus, vel impedimentum procederet a iure naturali, vel quaſi, vt ſi ille cui ſit gratia, ſit infans, laicus, vel mulier, qui ſunt omnino incapaces beneficij. ut no. La in c ſi cui. de præben lib 6. ſed Lap de Caſte tenet, quòd dicta clauſula generalis non tollit defectus prædictos, ut ipſe no. colum. 7. & vide ipſum in allegat 22. vide omnino. do. de Santo Gemin. in d c. in 6. vbi alias opin recitat.

Gratia motu proprio facta, de beneficio curato principali in ecleſia dicitur ſubreptitia niſi in ea fit mẽtio de cura, & principalitate beneficii. ut not. Ro. concluſ. 108. Hæc limita ſi in dicta gratia ſit appoſita clauſula generalis, non obſtante, vt no. Lap. in c. ſi eo tempore. & c. quamuis. & c ſi propter. de reſcrip lib 6. ſed Lap. de Caſtel tenet, quod dicta clauſula generalis nil operatur, quoad præmiſſa, vt not. ſupra §. proximo.

Gratia non poteſt eſſe ſurreptitia, quando eſt facta ex certa ſcientia. no. gl. in c 2. de filiis presbyter, & no Io. Andr. in capit. olim. de verb. ſignif. ſuper uerbo apperiendum. ſed non dicitur ex certa ſcientia facta niſi hoc exprimatur. Not. gloſſ. in cap. ſtatutum de reſcriptis. lib. 6. ſuper verbo literatum, & in clem. & ſi principalis. eo. tit. in gl. fin vel niſi aliquid tale dicatur, ex quo appareat papam ſcire No Innoc. de ætate, & qualitate. c. cum te. Io. Andr. de confir. vti. vel inuti. c. porrecta. & dom. Ant. in c. de conſtitut. lib. 6 in quinta opp. vel niſi ſecunda viſio intercedat, quæ motiuo æquiparatur. not. Bald. C. de precib. Impe. offer. l. nec damnoſa, & Ioa. Anto & do. Anto. in d. c præterea, & plus operatur gratia facta ex certa ſcientia, quam ſi fiat motu proprio, ut patet ex no. in §. ſe. dicitur etiam ex certa ſcientia fieri, quando in gratia cõfirmationis inſertur tenor confirmati. no do. Ant de confir. uti. in c. pen. vide omnino. inſ. ſub verbo ſcientia.

Gratia ſi impetrata fuerit, pendente lite, non facta mentione de lite, non valet, quia ſurreptitia eſt, ſiue contineat priuilegiũ, ſiue ius nouum. Ratio eſt, quia non cenſetur intentionis papæ, velle collitiganti præiudicare. no. Imo in c ſi vt lite penden per quam rationem patet, quòd etiam ſi motu proprio gratia fiat litiganti, non præiudicat, quia motus proprius nõ tollit defectum intentionis, ut not. in c. ſi motu propr. o. de præben. lib 6 in nouella. & ita tenet Hoſtien. & Io. Andr. & dom. Ant. in c. cauſam & quæ ibi ponit. Io Andr. ſuper 2. gl. plus operatur, ſi gratia fiat ex certa ſcientia, quia tunc litigãti præiudicat. ut no Io. And. in d c. ſi. vt lite pend. ſuper prima gl in c. olim de ver. ſig. ſuper verbo aperiendum.

Gratia quando eſt impetrata pendente lite, non valet, nec prodeſt impetranti contra aduerſarium in eadem lite. Iſtud eſt verum quando impetrauit, a communi domino partium. Secus ſi gratia & ius partium impetretur in priuato, quia tũc illud ius ſuperueniens prodeſt impetranti. Not Ro. concluſio. 298.

Gratia vt dicatur impetrata lite pendente, ſufficit, quod tempore impetrationis, reperiatur cauſa eſſe cõmiſſa, quia per hoc inualidatur gratia, licet alius actus non ſit factus in cauſa, ut in c. cauſam quæ. 1. 2. de teſtib. & ibi no do. Anto. quòd eſt verum, ſi commiſſio fuit impetranti intimata, aliàs ſecus, vt no. ibi Io. Andr. ſingulariter. Quia licet commiſſio non ſit intimata, non inualidat gratiam ex toto, tamen impetrãs non poteſt vti dicta gratia ad præiud.

Gratia impetrata lite pendente non facta mentione de lite, nõ dicitur ſurreptitia, quando aduerſarij non intereſt, quia nullum ius habet, nec eſt poſſeſ. Idem ſi impetrans tacuit appellationem, per eum ſuper illo negotio interpoſitam, ut partis non intereſt. Sed Io And. videtur velle, quòd licet gratia valeat, tamen impetrans, non poteſt illa vti, in eadem lite, ſed in alia in futurum ſic. no Ro. concluſ. 298. & hoc no. Io. And poſt Inno in addi. in c. fin. vt lite pend quòd limita, niſi impetrans, dolo vel malitia tacuiſſet litis pendentiam, quia tunc etiam in alia lite non prodeſſet impetratio. vt no dom. Ant. in d. c. Sed Inno in c. 1. eod tit dicit, quod omnis impetratio facta, etiam lite pen. valet, dummodo non litiu præiudicium iuris aduerſarij ſui. Idem dicit. Ioa. And. in c. cauſam, quæ. de teſti quòd limita. ſecundũ La quando de iuſtitia aduerſarii conſtat, vt ſi interim, quoad illa non conſtaret, impetratio non valeret, vt ipſe no in c. 1. eo. tit. lib. 6. vbi omnino vide.

Gratia obtenta per uerum poſſeſſorem beneficij, nullum ius habentem in beneficio, ante ipſam gratiam, non dicitur ſubreptitia, licet de gratia aduerſarii, quæ nulla erat propter ſurreptionem, & de appellatione ab ea interpoſita, non fecerit mentionem, quia quod apud nullum eſt, non pręſtat impedimentum, ideo licet teneatur, non ſurripitur. no. Ro. concluſio. 298.

Gratia beneficialis, ſi eſt ſubreptitia, ſi in ea tacet impetrans aliam gratiam ſibi factam, licet inualidam ſec. Ho. & Io. And. de reſcr. c. in noſtris. licet glo. 1. in fi in c. ex tenore. eo. titu. & de conceſſ præb c. cum ueſtris. in gloſ. 4. pro concordia dici poteſt quòd dictum Hoſtien. procedit, quando prima gratia eſt nulla vitio impetrantis, quia tacuit aliquod beneficium, quòd habebat, alias procederet opinio gloſ. & hoc videtur ſenſiſſe. Io. Cal. & do. Ant. in d. c in noſtra.

Gratiam expectatiuam habens ſi aliam expectatiuam impetrat, non facta mentione de prima, ſecunda gratia eſt ſurreptitia, ut no. Ro. concluſ. 426. quod eſt verum, etiam ſi impetrans velit primæ gratiæ renunciare. Vt no. Io. Andr. contra. de reſcrip. c. in veſtra. Et idem ſi ante impetrationem obtulit ſe dimiſſurum, primam in certum euentum, quam non dimiſerat, quia euentus non venerat no. Rot. concluſio..... Adde quòd ſi impetrans ſecundã expectatiuam ignorauit primam, vel etiam ſciuit, ſed non acceptauit, non dicitur impetratio ſurreptitia, licet de primo, non ſit mentio facta, no. do. Ant in d. c. in noſtra. ver. tertius eſt caſus.

Gratia beneficialis cenſetur ſurreptitia, ſi impetrans habet canonicatum, & præbendam, quod eſt verum, quòd præbendæ in eccleſia ſunt diſtinctæ, aliàs ſecus. Not. Ro. concluſ. 430. ſi autem habet ſolum canonicatum, & illum tacet, an gratia ſit ſubreptitia gloſ 2. in c. in noſtra. de reſcrip. dicit quod ſic. Idem dicit Archi. de præben. c. ſi motu proprio. in verbo beneficium. lib. 6. Et uide Rota cõcluſ. 426. Et idem dicit Lap. in canonicatu. & ſupra numerum in dicto capitu. ſi motu proprio.

Gratia per quam papa prouidet alteri de beneficio, ad quod alteri erat ius quæſitum, an ſit ſurreptitia, ſi de ea non ſit mentio de iure alteri competenti, videtur quòd non, per cap. hi, qui. de præb. lib. 6. iuncto c. relatum. eo. tit. quia ius in re, præualet iuri ad rem eo. tit. c. quodam. lib. 6. quod maxime verũ videtur ſi gratia eſt motu proprio facta, per cap. ſi motu proprio. eo. tit. & lib. & quod no ibi Io. And in gl idem verbum. Nec obſtat, quòd princeps non videtur tollere alteri ius quæſitum, vt no. de verborum ſignif. dilecto. quia verum eſt de iure quæſito in rem, non de iure ad rem, quia iſtud non accidit.

Digitized by Google

accidit, vt d.c. hi qui. Ioan. Andr diſtinguit, quod aut beneficium vacat in curia, aut extra primo caſu valet prouiſio Papæ, licet in ea non fiat mentio de iure ad rem. Quinimo quia nullus præter Papam potuit de tali beneficio diſponere. ſecundo caſu ſecus, niſi prouiſio eſſet motu proprio facta. ita diſtinguit ipſe in c. dudum de præben. lib. 6. ſuper verbo prima gl. & in c. ſi poſtquam. eo. titu. & lib. ſuper verbo a prædictis in nouella. Sed Ro. diſtinguit aliter, quod aut ius ad rẽ eſt alteri quæſitum. per electionem, vel præſentationem, aut per acceptationem habentis gratiam expectatiuam. primo caſu non valet prouiſio primæ non facta mentione de illo iure alterius. Secundo caſu ſecus. No Ro. concluſ. 238. Et ratio differentiæ, ibi ponitur, & vide ſup. gratiam alicui. & inf. § gratia mandati.

Gratia expectatiua in certa eccleſia, vel collatione, valet, & ſi alter in eadem eccleſia auctoritate ordinaria erat prius in canonicatum receptus, per quam receptionem, erat ſibi ius quæſitum ad præbendam proxime vacaturam, quia de illa receptione, vel iure, non tenetur impetrans, qui auctoritate Apoſtolica, expectat illi alteri, licet prius recepto præfertur. No. Rot. concluſ. 237.

Gratia dicitur ſurreptitia, quando impetrans tacuit ſurreptionem, vel appellationem, quam fecerit occaſione eiuſdem beneficij ſuper quo impetrat, niſi partis appellatæ intereſſet, quia tunc ſurreptio appellari non poteſt, vel allegari. No. Ro. concluſ. 298. vide quòd no. Ioan. Andr. de officio deleg. c. ex literis.

Gratia eſt ſurreptitia, ſi impetrans non facit mentionem de appellatione partis aduerſæ de confir. vti. vel inn. c. bonæ. ſed ille tex. videtur facere pro & contra. vide quòd not. Io. Andr. de offic. deleg. c. ex literis. Idem ſi non facit mentionẽ de appellatione propria. de reſcript. capit. ex parte. ſup. & vide ibi. dom. Anton.

Gratia cenſetur ſurreptitia, quando eſt facta contra præcedentem determinationem Papæ, de qua in ipſa gratia non facit mentionem, vt patet in tex. & eſt glo. & de re iudic. cap. cum olim, & contra talem præſumptionem ſurreptionis admittitur probatio in contrarium. vt dicit ibi Inn. & Io. Andr.

Gratia non dicitur ſurreptitia, licet impetrans non fecerit mentionem, de ſtatuto contrario in eccleſia, non confirmato per Papam. niſi impetrans eſſet de numero ſtatuentium. Lap. not in addi. in tract. permut. Fre. ſuper concluſ. 34. contrarium videtur ĩ tex. de reſcrip. c. conſtitutis. Vide inf. § gratia beneficialis non dicitur ſurreptitia.

Gratia facta contra generale concilium, an cenſeatur ſurreptitia, ſi in ea non fit mentio ſpecialis de dicto concilio. text. videtur dicere, quòd ſic. in c. ex parte de Capp. mo. ſed Inno. videtur ibi ſentire contrariũ, & Archi tenet. quòd non valet gratia. c. r. de conſti. lib. 6. pro quo videtur caſus. de reſcript. c. nonnulli. Sed Io. And. ibi determinat contrarium ſuper glo. & ſic, vide tex. de ætat. & qualit. c. cum te. & Inno. de renun. c. poſt tranſlationem. in fi. dom. Ant. in d. c. ex parte, & de reſcrip. c. 1. 4. col. eo. tit & capitulo primo, lib 6. & ver. ob. ver. cum gl.

Gratia facta de beneficio patronali, tacito de iure patronatus eſt ſurreptitia, quod eſt verum in beneficio vacanti, ſed ſi beneficium erat vacaturum forte per aſſecutionem alterius. An gratia impediens illam vacationem, tacito iure patronatus, ſit ſurreptitia ſub iudice lis eſt. Ro. 20. conclu. 108. Item prædicta intellige de iure patr. cõpetẽte laico. & valent in clerico ratione patrimonij, ſecus ſi competeret clerico iure patrimonij eccleſiæ, vt colligitur ex tex. & glo. & quòd ibi not. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Do. Anto. in c. cum dilectus. de iure patronat.

Gratia impetrata de beneficio ſpecialiter reſeruato, non dicitur ſurreptitia, licet de tali reſeruatione non fuerit facta mẽtio, ſecus ſi fuiſſet generaliter reſeruatum Ro. 20. concl. 331. Sed in antiquis dicit Ro. concluſ. indiſtincte, quòd non tenetur impetrans de reſeruatione mentionẽ facere, vt not Ro. concluſ. 429. niſi eſſet reſeruatio præcedens, ex eo quòd beneficium vacauit in curia, quia illud non uenit in generali conceſſione. per ca. 2. de præbend. lib. 6. & ita tenet Rota in antiquis. concluſ. 424. Sed Fre. aliter dicit, quod reſeruatio erat generalis, & non in curia, licet in gratia non fiat mentio de reſeruatione. Secus ſi erat ſpecialis, & decreta de certis beneficiis. Si tamen conſtaret, pro qua ſpecialis gratia facta eſſet, & illi Papa prouidiſſet, valeret, niſi de reſeruatione facta mentio eſſet. Et idem ſi ſpecialis reſeruatio facta eſſet in odium conferentis, quia forte conferebatur indignis. & quod dictum eſt de collatione, ſiue de prouiſione, idem in permutatione. no. Fre. in trac. permut. q. 4.

Gratia impetrans diſpenſationem ſuper primo beneficio curato obtinendo non obſtante aſſecutione ſecundi curati, eſt ſurreptitia, ſi in ea non fit mentio, de prouiſione alteri prius de eodem beneficio facta. licet nondum acceptata, & quamquam etiam poſtea non acceptet, tamen diſpenſatio nõ conualeſcit ſecundum Archid. no. Io. Andr. de præbend. c. ſi tibi abſenti. lib. 6. ſuper verbo ſubſiſtit in nouella.

Gratia ſuper beneficio facta non redditur ſurreptitia. licet in ea non fiat mentio de diſpenſatione, ꝗ hẽt impetrans ad beneficia conſequenda ratione inhabilitatis perſonæ, vel aliunde, ſed ſecunda diſpenſatio, bene cenſetur ſurreptitia, ſi de prima non facit mentionem. no. Ioa. And de fil presbyt. c. 2. lib. 6. in nouella. & idem dicit Oldra. conſil. 212. Aduerte, quia hoc dictum ſecundum non probat ille text. nec dicit qđ in ſecũda diſpenſatione, ſit neceſſe fieri mentionem de primo, ſed ſolum dicit de defectu, ſiue inhabilitate fiat mentio. Cõcedo tamen, quod etiam ſufficit in ſecũda diſpenſatione de prima fieri mentionem, quia narrando primam diſpenſationem narrat defectum, & conſequenter ſatisfit. d. c. 2. quod fundatur in ſola taciturnitate defectus, non primæ diſpenſationis.

Gratia diſpenſationis ſuper beneficio cenſetur ſurreptitia, ſi impetrans tacuit aliquòd beneficium de obtentia. de præb. c. non poteſt. in princ. lib. 6. etiam ſi de facto, & non de iure id obtinebat, ut no. eo. tit. & lib. cap. cum qui. in gloſ. in verbo, ea ratione.

Gratia per quam mandatur alicui prouideri de præbenda uacante. vel vacatura in eccleſia, in qua per impetrantem dicũtur eſſe præbendæ, de quibus non fecit mentionem, de illis tamen medijs, vel inferioribus, ſibi non poterit prouideri. quia non veniunt in gratia, no. Ro. concluſ. 212.

Gratia non cenſetur ſurreptitia, ſi impetrans exprimit beneficium, quòd principaliter obtinet, licet non exprimat beneficia principalia annexa, vel ei conſequentia. Not. Rot concluſ. 430. Et idem no. Io. And. de præben. c. ſuper eo. libro 6. in nouella.

Gratiam beneficialem impetrans, & offerens ſe aliud beneficium, quod obtinens aſſerit dimiſſurum, ſi illud non obtinet, an gratia ſurreptitia ſit Vide Ro. concluſ. 434.

Gratia ſi neutri ſemper cenſetur ſurreptitia, niſi cenſetur ſurreptitia, niſi exprimantur, quæ poſſunt Papam mouere ad cõcedendum. vel negandum, quia eſt noua gratia, & noua prouiſio, ſiue nouus titulus acquiritur. not. Rot. concluſ. 23 a. vide inf. §. prox.

Gratia per quam quis imperat ſe ſurrogari in ius & litem defuncti, eſt ſurreptitia, & ſi impetrans in ea nõ exprimit beneficia, quæ obtinet. Si tamen, quis primo impetrat beneficiũ litigioſum vacans per mortem non facta mentione de lite. & expreſſit tunc beneficia ſua, licet poſtea, quando impetret ſurrogationem in ius, & litem defuncti non exprimat beneficia prædicta, dum tamen ſe referrat ad priorem gratiã, ſuper eodem beneficio impetratum, quæ nulla fuit, quia tacuit litis pendentiam, non cenſetur ſecunda gratia ſurreptitia, quia ſufficit quòd in priori gratia, ad quam ſe refert. ſecunda expreſſerit beneficia ſua, & iſta ſecunda gratia cenſetur reformatio primæ. no. Ro. concluſ. 168. contrarium huius uidetur determinare glo. in cap. pen. verbo apoſtolica. de præben. lib 6. Vide inſ. § prox.

Gratia per quam ius pinguius ſuper beneficio impetretur, ſiue per quam ius quæſitum augetur, ita ſit ſurreptitia, ſi beneficia obtenta tacentur. Sicut fieret ſi diſpenſatio ſuper eo impetraretur. Et ita reſpondit Bonifacius ab auditoribus conſimiliter, licet archidiac. aliter ſenſerit. ut no. Io. And. c. ſi apoſtolicæ. de præben. lib. 6. in gl. pen. & ſuper ea in nouella. Aduerte tamen quia Ioan. And. ibi loquitur, quando gratia, per quam ius augetur, mutat naturam prioris gratiæ, ſiue iuris.

Gratia facta vni, reuocans gratiam factam alteri an debeat gratiam, duntaxat inualidam reuocaſſe, an etiam ſi valida ſit, vt ſub verbo in § Papa ſi mandat.

Gratias eſt ſurreptitia, ſi impetrans canonicatum, & præbendã reſeruatori dicat, quòd ignorans reſeruationẽ utrumque acceptat, cum ſolam præbendam acceptaſſet, & Papa Canonicatum vltra numerum ſibi cõtuliſſet, ſub expectatione præbendæ, ita no. Lap. in c. ſi motu proprio. de præben. & dignit. lib 6. Non enim ideo gratia eſt ſurreptitia, quia expreſſit ſiae ceptaſſet de facto canonicatum reſeruatum, quem non acceptauerat, ſed quia tacuit verum Canonicatum, quem habebat ex collatione ſibi facta per Papam.

Gratia ſurreptitia non valet etiam ſi aduerſarius impetrationi conſentiat. no. do. Ant ſecundum Inno. de re iudi. cap. cum olim. in ultimo notabil. ſecus in recepto ad lites ſurrept. ut no. Domin. de Sancto Gemin. in capitu. ab eod. de appell. lib 6.

Gratia mandati de prouidendo ſub certo beneficio facta operatur quod ſi alius ſimilem gratiam, ſuper eodem beneficio

im-

Digitized by Google

impetrêt.non facta menti ne, dc prima gratia. non valet impetratio ſecunda, quia non eſt veriſimile, quòd ſi Papa fuiſſet memor de prima, conceſſiſſet ſecundam. tex. & glo de offic. deleg. c. ex parte. il primo.

Gratia mandati de prouidendo, habet vim reſeruationis, no. Io. An. de elec. c. ſi eo tempore lib 6. in nouella.

Gratia in beneficialibus non eſt ſurreptitia, licet habens tacuerit beneficium ſibi abſen i collatum eſſe ſciuit collationem dum non aceptauerit. no La. al 486 ver. modico & do. Anton. de reſcript. c. in materia ver. tertius caſus, Sed Io. And. aliter ſentit, de reſcriptis. cap gratia. libro 6. & infra §. gratia beneficialis non dicitur.

Gratia nõ dicitur ſurreptitia, licet impetrans modum vacationis beneficii, tacuit. Sufficit enim, quòd vacationem expreſſit, & dicendo ſimpliciter, quod vacat intelligitur de vacatione iuris, & facti no. La al. 90 ſeptima col.

Gratia in beneficialib. ſi eſt ſurreptitia ex dolo impetrãtis nõ valet indiſtinctè, ẽt ſi ceſſante ſurreptione Papa gratiã feciſſet Idem ſi fuit ſurreptitia ex ſimplicitate, ſecus ſi ex ignorantia, quia tunc deſtinguitur, aut gratia fuit improbabilis. tunc ſine ſurreptio. fuerit inductiua ſolius formæ, hoc eſt dicere ſi Papa nõ fuiſſet alias gratiã factus, ſiue alia forma diſtinguitur, an illa gratia ſit inducibilis ad vias iuris, & tunc valet per illam viam, ad quam reduci poteſt, ſi non eſt reducibilis, non valet Ita concludit do Anto in d capitulo ſuper literis. de reſcrip. tertia charta verſicul. a. in literis beneficialibus, Sed Innoc in duobus verbis dicit, quod aut ſurreptio ſit mẽtiendo, aut tacẽdo. primo caſu nõ valet gratia, etiam ſi Papa fuiſſet alias gratiam facturus, ſecundo caſu ſecus, quia plus eſt mentiri, quam tacere, vt no. in c. ſi propter. de reſcriptis, & ibi eſt text de primo membro, in cap. ſuſceptum eo tit. libro 6. & not gloſ de præbend. cap. cum teneamur. & eſt ratio, quia expreſſio falſi præſumitur facta per dolum vt nota Inno in cap. ſi de cri fal. ſed de ſecundo membro habemus hodie caſum, contra Inno. in c. ſi motu proprio de præben. lib 6 & ibi Dom & Ioã de Immola aliter dicunt circa dictas ſurreptiones, tamen tenet idem, quod Innoc. quãdo fit ſurreptio per falſi expreſſionem, & vide ſupra § gratia beneficialis quando.

Gratia beneficialis non dicitur ſurreptitia, licet impetrans tacuerit beneficium, in quo, vel ad quod probabiliter ignorat ius ſibi competere, de reſcrip c gratia. lib 6. licet Ioan. And. dicat in nouella, quod ſpeciale eſt in caſu ipſius capituli Sed in c. ſuper literis. eo. tit. in prima glo. dicit & melius, quòd generaliter hoc procedit. vbicumque eſt probabilis ignorantia, non obſtante c. conſtitutus. eod tit. quia ignorantia fuit improbabilis. Cum impetrans in certo debuerit ſe informare. de qualitate ipſius eccleſiæ, an etiam numerata, vel non, vt no do. Anton in dicto c. ſuper literis, tertia charta, ver. quod literis beneficialibus non eſt.

Gratia beneficialis, quando eſt ſurreptitia, vel ipſo iure, & ita & proceſſus, vigore illius gratiæ factus eſt ipſo iure nullus, ſcilicet ſi de ſurreptione non obiiciebatur, alias opponebatur, quod eſt verum, ſecundũ Cõpoſtel quãdo exequutor gratiæ procedit, vt merus exequutor, ſecus ſi partes iudicis aſſũpſit, quia tunc proceſſus valet, ſi nõ opponitur de ſurreptione Et quando dixi proceſſum eſſe nullum, quando proceſſit vt exequutor. Limita id verum, niſi vitium ſurreptionis, ſit remiſſibile ad partem quod eſt quando ſurreptio ſumit originem a cauſa ſundata, ſuper fauore partis, puta quando quis impetrauit in eccleſia numerata non facta mentione de numero. Si enim eccleſia, quorum fauore dicta ſurreptio trahit originem, recipiat impetrantem, & de dicta ſurreptione, non excipiant, ſcientes ius & factum, tantum valet proceſſus exequutoris ſecundum Inno. & not. do. Ant. in c. ad audientiam. ver. a. de reſcriptis, & eo. tit. c. conſtitutus.

Gratiæ ſi ſunt plures a diuerſis priuilegiis, vel beneficiis impetratæ, quæ illarum alteri præferatur, vide do. Ant. in c. de reſcriptis. antepenul col & ulti.

Gratia impetrata in Eccleſia numerata non facta mentione, de numero, eſt nulla, & ſurreptitia etiam ſi ſunt reditus ſuper excreſcentes, licet Compo. & Hoſt & Io An. dicant contrarium, ſi ſuperexcreſcentes, adſunt. Si tamen numerus canonicorum, ruptus ſit ex receptione alicuius ſupernumerarii, tunc non eſt neceſſe mentionem fieri de numero, etiam ſi numerus prebẽdarũ, tãtũ & non cano. ſit ruptus nõ eſt neceſſaria mentio de numero, ut not. do. Anto. in c. cum M. de conſtit. 20. col ver. quid dicam, & quando dicatur ruptus numerus. canonicorum, uel præbendarũ, uide ſub. uerbo canonicus §. Canonicorũ. Aduerte tamen quòd ſi quis Impetrat Canonicatum & præbendam tanquam uacãtes tacite, dicitur mentionem feciſſe de numero, quia in eccleſia non numerata nõ cadit proprie uacatio ut no. Io. An. in c. conſtitutus. ſuper uerbo uacare & ſuper uerbo uacat. de reſcript.

Gratia impetrata in eccleſia in qua certus numerus Canonicorum. & præbendarum, eſt determinatus ex ſtatuto iurato, & per Papam confirmato, eſt ſurreptitia, niſi fiat mentio de confirmatione, nec ſufficeret de ſtatuto & iuramento exprimere, niſi etiam de confirmatione exprimatur. ut not do. Ant. de reſcrip cap. conſtitutus, 6 col uerſ ea. gloſ. & idem dicit Io An. Et adde quòd ẽt nõ poteſt fieri numerata ex cõſuetudine, ſed ex ſtatuto ſic. vt no. Io. And de conceſ. præben c. ex parte, ſuper. verbo conſuetudine.

Gratia, quæ ex taciturnitate, ſtatuti cenſetur ſurreptitia non excuſat ſurreptionem, licet narret ſtatutum ſi tacet eius apoſtolicam, confirmationem, vt not do Ant in dicto. c. conſtitutus, & 6 colu. ver ead gloſ Et idem dicit ibi Io. An. & in c. fin. de fil presbyter. lib 6 in nouella ſuper gl quia notab. ibi vide. Sed hoc intellige quando ſtatuto, etiam ſine confirmatione, fuit nouũ robur additum, ſicut etiam ſtatutum eccleſiæ, quòd valet ſine confirmatione Papæ, ſecus putarem in ſtatutis pupilli recognoſcentis ſuperiorem. Nam qui de ſtatuto tali facit mentionem, intelligitur loqui de ſtatuto valido, & conſequenter confirmato.

Gratia impetrata a papa de canonicatu, & præbenda tamquam vacantibus per mortem alicuius canonici præbendati in eccleſia in qua non eſt determinatus numerus canonicorum, nec diſtinctio præbendarum valet, vt not. Io. An. de conceſſ. præbend. in ca. ſi lib. 6. ſuper verbo diſtinctio, quia licet quo ad deuoluendã poteſtatem conferendi ad ſuperiorem ex negligentia inferioris per concilium Lateranenſes, nõ dicatur, in tali eccleſia canonicatus, vacare, vt patet de præben. c. dilecto, & de conceſſ præbend. ex parte tamen quoad papam, vt ipſe poſſit conferre, tamquam vacantem, dicitur vacare, vt eſt caſus, in c. conſtitutus. de reſcrip & ibi hoc not. Dom. Anton

Gratia in beneficialibus eſt ſurreptitia, niſi in ea fiat expreſſa, & ſpecialis mentio de beneficio, vel literis, ad beneficia obtentis, nec ſufficit quòd fiat mentio generalis, vt not Io Cald. c in noſtra de reſcript 7. colum. & 7. op. Et vide, quod notat do. Anton. in c. ſi de offic. ordi. & ibi eſt tex.

Gratia ſi impetraretur de beneficio cuius fructus valorẽ centũ florenorum, annuatim ſecundum taxationem decimæ non excedant, & in loco vbi beneficium impetratur non reperitur aliqua taxatio decimæ, dicit Oldr. quod dicendum eſt, vel gratiam non valere, vel quòd valor intelligatur ſecundum meram æſtimationem. Ita quòd beneficium maioris valoris non cadet ſub gratia, vt ipſe not. in conſ. 23 2. Sed Ioa. An. plures opin. referens, aliter concludit in addi. ſuper rubrica. de conceſſ. præbendæ.

Gratia poteſt eſſe ſurrepeitia pro parte, & pro parte non, & ſic vtile, per inutile non vitiatur, vt eſt tex. in c ſi eo tempore. de reſcrip lib 6. & not per glo. & La. de præben. lib 6 Et per Io. Anto in clem ſi de reſcriptis. hoc verum, quãdo partes ſunt ſeparabiles vt no de reſcrip c. conſtitutus in prima gloſ.

Gratia impetrata ſuper beneficio, quòd libere, & perfecte non vacat ſuper hoc ẽt non cõualeſcit, licet poſt impetrationem, ſuperat libera, & perfecta vacatio. vt not. Io. An poſt Archid. in c. ſi clericus de præben lib. 6. ſuper glo. no. c. quia in nouella, & facit quod ipſe no. in c. ſi tibi, & lib ſuper ver. non ſubſiſtet. in nouella, & quòd no. in cle. gratiæ. de reſcrip. ſuper verbo reſignaueris. & facit regula non firmatur. lib. 6.

H

Hæreditas exponitur, & ſumitur loco bonorum, quãdo deducitur in contractum inter viuos, ut ſi quis dicat dono tibi hæreditatem meam. not Bar de legat 1. l. quæſitum §. ſi ſeruus hæres eſt, licet ſe non immiſceat, quia ſola exiſtentia ſui hæredis continuat dominium, not. per glo. & Bal C. de poſtul. l. cum hæreditas.

Hæres licet de iure ciuili non teneatur ex delicto defuncti, niſi ad eum quatenus peruenit, velis cum defuncto conteſtata ſit, tamen de iure canonico tenetur indiſtincte ut patet in c. ſi de ſepul. & de rap c. in litteris, & uide ſub uerbo ſucceſſor.

Hæres uniuerſalis ſuccedit in iure litis, & cauſæ ſui defuncti. ut not Ro concluſ. 360.

Hæres inſtitutus in re certa hoc expreſſo, quod nihil habeat plus, nullo alio uniuerſaliter inſtituto, habetur pro hærede in ſolidum. not. Ro. concl. 329. contrariũ tenet Bar. in l. quotiens. §. ſi duo. ff de hæred. inſti. quem approbat Angel. cum certis limitationibus. in l. pe. ff. de iniuſto. rup. & irrito teſta.

Hæres inſtitutus in certa parte tantum conſequitur totam hæreditatem non obſtante quòd teſtator dixerit, ſe uelle alias duas partes capi a ven ẽtibus ab inteſtato no. Ro concl. 229. cõtrariũ ſentiũt. Bar. & Ang. in l. legib ſup. §. proximo alleg.

Hære-

Digitized by Google

Hæredis appellatione regulariter continetur non tantum heres primus, ſed etiam hæres hæredis in infinitum. Fallit in caſibus expreſſis in iure. ff de verb. ſign. l ſcıēdum & C. de leg. l in annalibus, & intellige ēt de hærede extraneo, niſi reſultaret abſonus intellectus, vt no. Bar. i l. Gallus. § & ſi parēte, & ibi etiam limitat primum dictum, quòd intelligatur de hærede in infinitum, niſi reſultaret iniquitas contra mentem diſponētis. per l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebel. & vide quòd idem. Bar. no ff. in l qui liberis §. hæc verba de vul. & pupil.

Hæredis inſtitutio, fit per hæc verba, vel his ſimilia. volo, quòd res meæ, vel bona mea ſint talis, vel pertineant ad talem, quòd eſt vnum, quando verba conſerantur per viam vltimę voluntatis, nullo alio hærede inſtituto. C. de pact. l. licet, & ibi no. Bar. & Bal. quos, vide.

Hæres ſortitur forum ex perſona defuncti, nec alio priuilegio excuſatur, quod qualiter intelligatur, vide Angel in l. hæres, abſens in principio. ff. de iudi. & vide ſub verbo clericus. §. clericus ſuccedens.

Hæres extraneus non ſuccedit in iure emphyteutico. Specul. de locat. verſic. 113.

Hæreticus occultus poteſt accipere in caſu neceſſitatis, dummodo ſibi in forma eccleſię conferatur, ſecus in notono publico hæretico. no. do Ant. in c vaſtra. verſic op de cohabit. cler & vide ſub verbo contumax in non apparendo.

Hęretici ſunt ipſo iure excommunicati. de hęreti. c. excommunicamus, in princip. & ſi ſunt occulti. Et idem de ſchiſmaticis obtinet. no glo 34. q. 1. c. 1.

Hæretici ad omnia officia, & beneficia, etiam eccleſiaſtica ſunt inhabiles de hæreti c ſtatutum. lib. 6. & non poſſunt eccleſias, nec alia ſpiritualia poſſidere no. do. Ant. de cau. poſſ. c. ſi. ver. nunc. a. 30. col. & no gl. vnica d. c. quo iure. & quæ priuantur ipſo iure omnibus beneficijs. No. do. Anto. de iudi. c. 1. & ſi.

Hæretici ſunt omnibus ſuis bonis priuandi, & ſpoliandi de hæretic. c. vergentis. Immo eorum bona ipſo iure publicantur, & confiſcantur, vt patet eo tit. c. cum ſerui. lib 6.

Hæretici & eorum fautores, & aduocati ipſorumque hæredes, vſque ad ſecundam progeniem ſunt in habiles ad beneficia temporalia, & honores, ac publica officia. no. Archid. 24. q. 3. dixit apoſtolus.

Homicida an ſit inhabilis ad beneficia eccleſiaſtica. vide ſub verbo. clericus. §. clericus licet ſit.

Honor auget vtilitatem. ff. de iudi. l. ſi longius. in fine. Et honor ceteris rebus præferendus eſt. ff. ſi quis omiſſa cauſa. teſt. l. Iulianus, & vide ſub verbo. dignitas.

Hoſpitale quod laicis confertur, vel etiam clericis gubernandum committitur, non tamen in beneficium, non dicitur titulus totaliter prophanus, ſed eccleſiaſticus eſt, & ei accedūt ſpiritualia, nec poteſt vendi ſine vitio Simoniæ. Not. Fre. in tract permut. q. vnic. Paulus dicit, quòd hoſpitale non eſt eccleſiaſticum officium, quod patet, quia laicis conceditur, vt refert Fran de Zab. in cle quia contingit. ver ut autem. in primo notabili. de relig. dom. & vide ſub uerbo beneficium, & ſub uerbo religioſus. §. religioſi ſunt fratres.

Hoſpitalia licet habeant iura ſpiritualia, ut Eccleſias, uel decimas, nō ueniunt in literis conceſſis ſuper prouiſionibus clericorum, niſi in ipſis literis hoc expreſſe dicatur, uel niſi hoſpitalia prædicta eſſent tanquam acceſſorium annexa eccleſiæ. Et hoc conſtaret, ſi autem non conſtaret, uel hoſpitale, uel eccleſia eſſent ita annexa, quod neutrum eſſet principale tunc non venit in literis, ut not gl & dom. Ant. penul. gl. in clementina, per literas, de præben prædicta intellige in hoſpitalibus, quorum fructus ſunt deputati ad vſum pauperū, & quorum Rectores, tenentur de ipſis fructibus reddere rationem, ſecus in hoſpitalibus quæ conceduntur Rectoribus, vt faciant fructus ſuos, ſicut de alijs beneficijs, ut Zenzel. & Fra. de Zabar. in d. cle. per literas.

Hoſpitalia non habent certum tempus a iure præfixum, in quo illorum gubernatio omitti debeat, quando Rectore carent, ſed ſuperior poteſt certum tempus aſſignare, quo elapſo, ſi ille ad quem pertinet, negligens fuerit ſuperior committet. no. Fre. in tract. permut. q. 29.

Hoſpitalia an veniāt ſub nomine beneficii, uel officii, vide ſub verbo beneficium §. beneficii appellatione nō continentur hoſpitalia.

Hypotheca dicitur, & tacite contrahitur in bonis defuncti, per eum qui defunctum ſepeliuit, & pro quantitate, quam in funeribus expendit, & præfertur omnibus alijs creditoribus, habentibus tacitam hypothecam, non expreſſam, vt patet in l. & ſi quis. §. 1. & in l pen. & ibi no gl. ff. de relig & ſumpt. funer. Idem notat Ang. in l quæſitum. in princ. ff de priui. creditor.

Hypotheca tacita contrahitur in bonis prælati male adminiſtrantis, ut no glo in cap. ex literis de pignorib. 16 q. 1. cap. ſimiliter Et ſic bona prælati ſunt tacite obligata eccleſiæ.

I

Id eſt dictio iſta non ſolum eſt declaratiua, ſed reſtrictiua ut no. gloſ. ff. ad legem Aquiliam. l. 2. & de ſun. inſtruc. l. quæſitum. §. primo.

Idoneus an cenſeatur ille, qui cenſetur poſſidere bona in ſuo iudicio, licet poſſideat alibi, vide ſub verbo debitor. §. debitor non cenſetur.

Ignorantia probatur per iuramentum. Fallit ſuper eo, quod eſt publice notum. ut no Ro. concl 419.

Ignorantia præſumitur in his quæ quis ſcire, & indagare non tenetur, ſecus in alijs, & in his, in quibus eſt fama not Ro. concluſ. 294. ad hoc vide quòd no. Io Anto. in capi. conſtitutus. de reſcriptis.

Ignorantia ſupina, atque craſſa excuſat. text. de eo, qui renun. epiſc. capit. 1 & not gloſſ. de electio. capit innotuit, in uerbo ignorantia.

Ignorantia iuris qualiter probetur. vide ſup. in prin. & ſub uerbo iuris error.

Ignorantia iuris excuſat, quando propter uarias opin. Doct. eſt dubium iuris probabile. no. Io. Andr. de poſtu præla. capit. 1. lib. 6. in nouella.

Ignorantia iuris toleratur, quando illud ius frequentatur ad ſi. l. Gallus ff. de liber. & poſthum hæred. inſtituen & no. Ioan. Mo in regula ignorantia. quod intellige vt ſi errans in iure tractet de lucro, quo caſu imputet ſibi qui potuit peritiores conſulere, vt no ibidem. Io. And in nouella lib 6.

Ignorantia toleratur in muliere in certis caſibus duntaxat in iure expreſſis. non in omnib. l. regula. §. 1. ff de iur. & fac. ign. & l. fi. C. eo tit.

Ignoranti non concurrit tempus, quo ad pœnam ei imponendam, ſed bene currit, quo ad lucrum percipiendum. no Bart. in l. genero. ff. de his qui no. infam. an autem currat, uel non, quoad ius conſeruandum. Vide Bartol. in l de his ff ſi quis teſt. li. eſſe. ius. fue. & Bal C. de dona. l. fi & c qui adiuit de bonor. poſſ. in l. quamdiu ff. de pet. hæredit l id quod pauperibus. ver. venio ad tertium. cum uerſ. ſeq vide, & Bart. in l. 1. § ſi quis autem. ff. de itin. actuque. priua. Et uide glo. de præben. c. ſtatutum. in uerbo. 20. dies. eo lib. Item ignoranti, non currit tempus. nec negligentia imputatur. de conceſ. præb. c. quia diuerſitatem, in ſi.

Ignorans reſtituitur aduerſus præſcriptionem, ideo hæres, & quilibet habens iuſtam cauſam ignorantiæ, ſi non egit, & cōtra eum præſcriptio eſt completa, poteſt petere ſe reſtit. not. Bar ff de itin. actuq; priua. l. 1 §. ſi quis autem. & l. genero. ff. de his qui no. inſa.

Illegitimus vide ſub verbo illegitimus, & ſub uerbo clericus. §. clericus licet ſit.

Impedire dicitur, qui differ, uel retardat. text. de excep. c pia §. ſin. lib. 6. & ibi no. per Archid.

Imperatoris ſubiectio non habet certum tempus a iure præfixum, infra quod fieri debeat, ſed ſuperior poteſt certum terminum electoribus aſſignare, quo elapſo ſi negligentes, fuerint ſuperior eligit. no. Feder. in tractatu permu q. 29 vide ſub verbo parua, per totum, & verbo princeps, per totum.

Imperialis ſumma poteſtas, ſiue ipſius poteſtatis plenitudo, an poſſit prouideri per inferiorem. Vide ſub verbo poſſeſſio, ſeu quaſi, ſummæ plenitudinis poteſtatis.

Impetrationis aſſertioni, an ſtandum ſit, ſicut aſſertioni Papæ, vide Fran. de Zabar. in clem paſtoralis. in principio de re iud. 2 q. dicit, quòd ſi impetrator aſſerit illum, contra quem fert ſententiam eſſe citatum, præſumitur citatus. vt not. Bal. in l. 1. ff de offic. prætoris.

Imperator poteſt deponi, non ex qualibet cauſa, ſed ſi eſt incorrigibilis, ut no gl. 40. d c. ſi Papa, in fin. Idem ſi eſt inutilis, ue no. Archid. ſuper eadem gl. in fi. vide omnino. Ioan Andr in c ad apoſtolicæ, de re iudic lib 6. in prima gl. & ſuper eadem in nouella Quis autem cum poſſit deponere. Vide ſub verbo Papa §. Papa non poteſt Imperatorem. Imperator an poſſit legitimare baſtardos in terris eccleſiæ. Iac de Bel in Authen qui. mod nat. effi. ſui. tenet, quòd ſic. Ioa. Cal & Gaſ in concilijs. ſuper rubrica qui ſi ſint legit conſi. 3. eiuſdem ſunt opinionis. Contrarium uero tenet Bar. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiar. & But. & Bal. in princ C. de iur aur annul. Sed do. An. in c per venerabilem, qui ſi. ſint legit. 16. coll. diſtinguit ſic Aut vult legitimare, diſpenſando in radicē matrimonii, & non poteſt, nec in terris eccleſiæ, nec imperii, aut vult iura legitimationis conficere de nouo, & tunc quo ad ſpiritualia non poteſt, ideo legitimatus ab Imperatore, non poteſt ordinari nec beneficiari. Sed quo ad temporalia,

& ho-

& honores, & dignitates, ſi vult legitimare legem generalẽ condendo, poteſt etiam in terris eccleſiæ, quemadmodum facit canon, ex quo lex non repugnat canoni. Si autem, vult legitimare per reſcriptum, non poteſt in terris eccleſiæ, tenẽdo, quod talis iuriſdictio, licet voluntaria, non ſit prorogabilis per recognoſcentem ſuperiorem. Sed tenendo quod ſit prorogabilis, tunc poteſt legitimare, ſi illi, qui læderent ſcilicet venientes ab inteſtato, conſentiant. Hoſt. dicit, quod patre viuente ſufficit conſenſus patris, & filij, eo autem mortuo requiritur conſenſus illorum, quibus eſt quæſitum ius ſuccedendi, & quo ad feudalia exigitur cõſenſus domini feudi, vt ibi, recitat do. Ant. & quod dictum eſt in Imperatore, idem intelligas in habente poteſtatem legitimandi ab Imperatore. Vnum tamen aduerte, quod habens talem poteſtatem non poſſit legitimare ad præiudicium aliorum, & habẽtium ſpem tantum in hæreditate, niſi hoc in priuilegio, per quod dicta poteſtas datur, exprimatur, vt not. do. Ant in d. c. per venerabilem 17 col ad fi.

Imperator an poſſit creare Notarios in terris Eccleſiæ, vel eccleſiæ ſubiectis Vide ſub verbo Notarius §. 1. & vide ſub verbo inſtrumentum § 13.

Imperium vide ſub verbo delegatio, & præſcriptio.

In iſta dictio per ſe ſumpta aliquando ſumitur proxime, & aliis modis ſumitur, vt not. dom. Anto. de reſtit. ſpol. c. in literis. in principio.

Incendiarius qua pœna puniatur, vide ſub verbo pœna § pœna iudiciaria.

Inchoata quid hoc verbum importet, & quando dicatur appellatio inchoata, vide ſub verbo introducta.

Indicia debent dari per copiam illi, contra quem ſunt recepta, vt contra illa poſſit defenſiones ſuas facere. Vide Bar in l fi. circa fin

Indicia an faciant plenam probationem, etiam in criminalibus, vide do Ant. de prob c. licet. pen col

Indefinita æquipollet vniuerſali de elec c. vt circa lib 6 & not. Ro. concluſ. 396 quod eſt verum, ex larga ſignificatione, non ex propria, & ſtricta, vt no. Bar. in l. qui ædificium ff de ſeruit. vrb. præd. tamen etiam in ſtatutis indefinita æquipollet vniuerſali, quando nõ eſt ratio, quare magis intelligatur de vno particulari, quam de alio, vt no Bart in l omnes populi in q. an ſtatuta recipiant interpretationem reſtrictiuam Vide Archid. 19 diſt capitu ſi Romanorum in fin vbi dicit, quod indefinita aliter ſecundum leges, aliter ſecundum canones accipiatur.

Indubitata probatio quæ dicatur. Vide ſub verbo probatio §. probatio indubitata, & vide ſub verbo notorium.

Infamibus omnes dignitates, & actus legitimi interdicti ſunt, ſi fuerint condemnati ex crimine, quod infamat.

Infames remanent etiam, ſi emendati ſunt, vt no. gl c. teſtimonium in verbo emendatus, Et vide ſub verbo clericus. §. teſtis, ſi dicat quem.

Infamia an auferatur ex ficta confeſſione, vel ex ſententia lata ſuper crimine ex ficta confeſſione, vide ſub verbo confeſſio ficta facta.

Infamis efficitur etiam ex inquiſitione de publico iudicio damnatus, quando poſt condemnationem afficiatur tali carceratione, quæ infamat. Item ſi abſque punctione condemnatur ex inquiſitione, quæ tenet locum accuſationis publicæ, & tanquam iudicium per ſe ſeparatum, a publico iudicio, not. Bar ff. de pub. iud. l infamem.

Infamiam euitat quis, ſi ante ſententiam ſoluat, per quã, ſi condemnaretur, infamis efficeretur, no. Bar. ff de pub iudic. l. infamem. & Bal. in l. ſi reus, ff. de procur.

Infamia facti, quid operetur vide plene per Archid. 1. q 7. capitu. teſtis.

Inimicus capitalis dicitur, qui mortem alicui minatur, vel eum accuſat de crimine capitali. no glo ff. de verbor. ſignif l. licet. Idem ſi accuſatio de crimine, ex quo venit publicanda, maior pars bonorum, vt no Bar. in l Athletæ §. dat remiſſionẽ, ff. de excuſa. Compoſtel c. cum oporteat. de accuſat. in gl 9. & quod Io. An notat ſuper ea.

Infra hæc dictio includit. Nam ſi quid infra viginti dies debet fieri, dies includitur no. Io. And. de appel c. 2 ſuper verbo viginti dies, & vide ſub verbo terminus.

Infringere dicitur non ſolum ille qui totum inualidat, ſed etiã, qui diminuit, vt not. Archidi. 24. qu. 3. capitu. ille qui. & ibi, videlicet.

Iniuria non fit ſcienti, & volenti, vt in regula ſcienti. de regulis iuris. lib. 6. vide gl de ſent. excommu. c. contingit, & vide ſub verbo probatio.

Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur. de electio. c. cum eccleſia Vulterana, & digeſtis. de iniuriis. lege iniuriarum actio.

Iniuriarum actio inde naſci non debet, vnde iura naſcuntur, de accuſ. c. qualiter. in prin.

Iniuria licet dicatur generaliter omne quod non iure fit, vt inſti de iniuriis. in principio in tex & gl tamen ſpecialiter, quo ad titul. de iniuriis, iniuriarum actio tollitur quo ad dãdam actionem iniuriarum, & illud ſolum dicitur iniuria, quod fit contumeliæ cauſa, vt ff. de iniur. l. 1. in principio. in text. & gloſſ.

Iniuriarum actio tollitur pro iniuriis verbalibus anno, ſiue actio iniuriarum ſit prætoria, ſiue ciuilis deſcendens ex lege Cornelia, & ille annus eſt continuus, licet in caſu mero, quia tũc eſt vtilis vt not Ioan Andr. in additio. Spec in titu de iniur. §. 1. in fine princip. Et idem tenet Archidiaco in ſumma. de iniur. ſed in tribus caſibus, ex lege Cornelia deſcendentibus, eſt perpetua. In illis autem caſibus quibus dicitur anno finiri, verum eſt, niſi infra annum fuerit lis conteſtata. Tollitur etiam diſſimulatione, vt ſi tempore verborum prolatarum ille contra quem proferebantur, non fuit natus, nec iniuriã ad animum reuocauit. no. Rot concluſio 234 Sed Io. Andr. in cap olim. de iniuriis. videtur velle quòd ſufficiat cauſio ad perpetuandam actionem iniuriarum Quidam tamen dicerent, quod hoc non voluit, ſed bene dixit, quòd ſi ſuper iniuriis eſt lis conteſtata, vt ſaltem citatio facta, talis iniuria nõ remittitur per ſalutationem, nec per pacis oſculum, in eccleſia datum Verum eſt tamen, quod ſi agens iniuriarum petat a principe cãm committi, & committitur intra annum, actio perpetuatur, ac ſi eſſet lis conteſtata l 2 cap. quando lib. pr n. dat. faciat lit conteſt,

Iniuria pendens ex actu iudicialiter geſto, & ſuper quo litigatur, poteſt ſtatim ipſa lite etiam pendente ſuper iniuria, querelam differre, licet non poſſit in cauſa vlterius procedere, nec petere ſententiam ferri, niſi demum poſt litem finitam. C de iniuriis l ſi quidem, & dicta querela debet fieri iudici, & cum l tis conteſtatione C de lib cau. l ſi tibi ſeruitutem, vel actio iniuriarum finitur, niſi infra annum, a die actionis iniuriarũ continenter fuerit lis conteſtata C de iniur. l ſi non conuicij Videtur tamen durum, quod lite pendente ſuper illo actu debeat poſſe agi iniuriarum, cum a futuro litis euentu ſuper illo actu dependeat, an iniuria ſit lata, & conſequenter annus debet incipere a die litis finitæ per l. 1 §. ſi pendeat ff ad Macedo. & dictas Leges, quæ dicunt querelam, & litis conteſtationem fiendam per partem, extra Iudicium ad finem reuocandi ad animum iniuriam illatam. Iniuriarum actione tenetur, ſi quem iniuſte excommunicauit no. glo. 11. q 3. illud & de appel capi ſolicitudinem, in gl. antepen. Et ideo debet intelligi de ſentent excommu. cap ſacro. vbi dicitur, quod iudex iniuſte excommunicatus, non ſolum ad intereſſe partis tenetur, ſed etiam punitur ſi culpæ qualitas exigit l. ſi dolo fecit vide gl. 11 q. 3. c. temerarium & ff de iniuriis l. illud, & quod no. Bar. in l iniuriarum, § quo iure eſt eo. tit.

Iniuriarum actione an teneatur, qui alteri verbum iniurioſum dicit, ſi verum dixit, vide Cy. C de iniuriis. l. ſi non conuicij. & Bar. ff. eo. tit. l. eum qui nocentem & Ioan Andr. eo. titu. §. 1. In principio, & de cauſ poſſeſ. cap ad ſi verſ ſed pone. Et omnino vide, & leniſſime per Oldradr conſi. 53. ſed quidquid prædicti dicant, concludo duos caſus, quod dicens alteri verbum iniurioſum, extraiudicialiter, licet probet illud, veruntamen tenetur de iniuria, ſecus ſi iudicialiter accuſando dicat, & de illo eſt caſus in l. 1 C. de famo li. Ratio differentiæ eſt euidens, quia quando iudicialiter dixit, patet quod animus dicentis non eſt ad iniuriam, ſed ad reipublicæ vindictam, & vtilitatem, ſed quando extraiudicialiter dicit, non cadit alia coniectura, niſi quod ſunt dicta ad iniuriam, & ex odio, vt patet ex tex. de ſen l 1.

Iniuriarum actione non tenetur ille qui in iudicio excipiendo, aliquid iniurioſum dicit, quia potius animo defendendi, quã iniuriandi dictum intelligitur, niſi excipiens fuerit pertinax, volens probare illud dictum, & quia falſum erat probare nõ potuit. Vulius eſt ergo non venire ad actum probationis, vt no. Ioan. And. in addit Spec in titu. de accuſat § 1 ver ſed pone. Et vide no per eum in addit. Spec in tit. de accuſ ſuper rubr de iniuriis.

Iniuriarum non tenetur, nec offendere dicitur, qui frangit oſtia meretricis, vel qui alterius vxorem cognoſcit, quia non animo iniuriandi, vel offendendi, ſed libidinis cã cenſetur. no. Bar. in l verum. ff de furtis

Iniuriandi animo præſumitur dictum, & factum, quando factũ vel verbum eſt de ſe iniurioſum, & de facto eſt glo. in l. illud. ff. de iniur de verbo eſt tex & gl. in l. ſi non conuicij. C. eod. titu. & eſt. text. in l. item apud Labeonem. §. ex his apparet.



Digitized by Google

in fine. digeſtis. eodem titulo,

Iniuriatum tenetur, qui alteri dicit tu es fur, vel latro, vel eidẽ aliquod crimen improperat, vel eum blaſphemat, vel aliquam iniuriam in te, vel in tuos cõmiſſam improperat, vel dicit tu mentiris. vt no Bar. in l. item apud Labeonem §. ſed qui dicit, ff de iniur. & l. 3. in prin. ff. de libe. & poſthu. Idem ſi dicat tu mentiris, ſaluo honore tuo, vt no. Bar. ff. de acq. hęr. l. ſi quis extraneus. in prin.

Item in eo qui dicit tu mendacium dicis, ut no. Bart in l. 3 § ſi quis in te. ff. de etimi. Stellion prædicta limita, niſi illi, qui dicit, tu mentitis, vel mendacium dicis, viciſſim dictum eſſet, quod aliquod illicitum commiſiſſet, vt not Barto. ff. de procur. l. quæ omnia §. 1.

Iniuriatum tenetur, qui alteri præſenti, vel abſenti, dicit contra bonos mores ciuitatis, aliquod verbum tendens ad eius infamiam, vel iniuriam, dum tamen illud dicat in actu, vel vociferatione, & illud appellatur conuicium, vt probatur. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. §. ſed vſque adeo. §. ex his apparet incluſiue. Idẽ in eo, qui dicit aliquod verbum continens alterius iniuriam, vel infamiam, vt not. Bar. in l. turpia. in prin de leg. 1.

Iniuriarum tenetur, non ſolum qui alteri verbo, vel facto iniuriam facit. Sed etiam qui iniuriam per alium factam recitat, & commemorat, extra iudicium. text. eſt in l 2. C. de fa lib, ratio eſt, quia talis recitatio non tendit, niſi ad iniuriam iniuriati. Secus ſi iudicialiter accuſando recitetur, quia talis recitatio tunc tendit ad vindictam, & vtilitatem reipublicæ vt ibi no. tex.

Iniuriarum ita demum quis tenetur ex dicto, vel ex facto, in alterius contumeliam, quando id quod dicit, vel facit eſſet contra bonos mores ciuitatis, nec ſufficit, quod ſit contra bonos mores eius, in cuius contumeliam fit, tex. eſt notabilis. ff. de iniuriis. l. item apud Labeonem, §. ait prætor. ver. idem ait Cui ergo incũbit onus probandi, an agenti ſic contra bonos mores ciuitatis, an reo, quòd non ſit, qualitatem verborum, vel factorum inſpiciendum eſſe. Si enim verba, vel facta, communiter in omni loco reputarentur mala, vel iniurioſa, qui vult dicere, quod talia, non reputantur in ciuitate, in qua ſunt dicta, debet illam negatiuam probare, quia præſumptio eſt contra eum ex qualitate verborum, vt not. gl in l illud §. 2. l. ſi non conuicij. C. eo. & ibi. no. Cy. & econtra ſi verba communiter, in aliis locis, non reputarentur iniurioſa Qui vult dicere, quod in ciuitate in qua ſunt dicta, reputantur iniurioſa, debet probare, quia habet contra ſe probationem.

Iniuriarum actione tenetur, qui metum infert, non qui facit furtum. no. Bar. ff. quòd metus cauſa l. ſi cum except. § poſt annum.

Iniuriarum actio an dicatur ad vindictam, tẽdere, vel proſequi rem, vide in l. prætor. §. 1. ff. de iniuriis.

Iniuriarum actio an includat damni refectionem, & in ea habeatur ratio damni. vide Bar. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo. de iniuriis.

Iniuriarum actione agi non poteſt contra illum, qui ſacrilegiũ committit ſecundum Inno. & no. Io. And. in c. cum pro cauſa. de ſent excommu.

Iniuriarum actione poteſt quis agere, & nihilominus damnũ, quod ex iniuria paſſus eſt petere, quia vna actio non tollitur per aliam, cum vna tendit ad vindictã, alia autem ad rei proſecutionem, vt eſt caſus, in c. Canonici. de offi. ordin. lib. 6. & ibi no gl. ſuper verbo damnis.

Innouamus hæc dictio ſignificat antiqui iuris correctionem alias confirmationem, vt not. do. Anto. de iudi. capit. decernimus. in fi.

Innouare nõn dicitur qui ſuam poſſeſſionem continuat, & ea vtitur, immo ſibi innouaretur, ſi ea vti non permitteretur, vt no. gl. de appel. c. non ſolum lib. 6. in gl. magna. in clem. vt lite pend.

Inquiſitio facta ſuper crimine, non præcedente ſama, & proceſſus exinde factus, valet ſi non opponitur, & ita loquitur. cap. inquiſit de accuſ. & no. de cohab cle. c. veſtra. 16. col.

Inquiſitio non poteſt fundari de iure ſuper ſolo dicto officialis denuncianris, licet multi contradicant, ſed oportet, quod poſt denunciationem iudex recipiat informationem, & poſt ad dictum officialis formet inquiſitionem, vt poſtea no. do. Anton. de cohabit. clericorum, & mulierum. capitu. veſtra. 13 columna.

Inquiſitio non fit regulariter ſuper crimine de iure ciuili. Fallit in notorio crimine, in quo iudex poteſt in officio ſine executore procedere, ſed de iure canonico poteſt iudex ex officio inquirere non ſolum de notorio, ſed etiam de famoſo. i. de quo fama laborat, & multo fortius, ſi eſt manifeſtum, & prædicta vera, ſi crimen ſit notorium, notorietate facti, ſiue confeſſionis, ſiue præſumptionis, ſiue probationis. vt no do. Anto de cohab. cle. & mulie. c. veſtra a 5 col. ad 4.

Inquiſitio ſeu inquirere, quandoque præſumitur pro inueſtigatione iuris, vt no. dom. Anto, de cohabit. cle. c. veſtra ver no. quod verbum,

Inquiſitio inchoata vtrum in ea ſuperſedẽdũ ſit, ſi ſuperueniat accuſator, vide Bar. in l. ſi maritus, de adul & deli. agn & l. 3. §. ſi. & de reg iu. regula, factum legitime, & Cyn de accuſa l. ea quidem, & Io. And. de pur. cano. c. cum dilectus. in gl. ſuper verbo inceſtus. ad fi. & plenius in addi. Spe. tit. de inquiſ. §. minime tractemus. ver. porro,

Inſigna vide ſub verbo arma,

Inſtantia in beneficialibus, poteſt finiri cum litigatore, aliàs iudice. no. do. Anto. de iud. c. quia. verbo venio ad quartum, in fine. vide ſub verbo appellatio, electio, patronatus,

Inſtantia inchoata, cum defuncto, licet tranſeat ad vniuerſalẽ ſucceſſorem, tamen inchoata cum prælato, vel cum clerico, non tranſit ad ſucceſſorem. Secus ſi ſit inchoata cum prælatura, vel beneficio, & defunctus egiſſet lites, nomine eccleſię, vel beneficii, & non nomine proprio. no. Ro. conclu. 166. Sed do Ant dicit, quod ad ſucceſſorem in prælatura, vel dignitate, qui non prætendit ius a prædeceſſore, tranſit inſtantia, quando quæſtio eſt realis, hoc eſt tangens dignitatem, ſecus ſi perſonalis, & ideo ſi agitur petitorio contra aliquem ſuper eccleſia, ratione tituli, non tranſit inſtantia ad ſucceſſorem in niu. nec iudex poterit illam expedire, licet nullus adſit ſucceſſor, etiam ſi de caſuali quærat, quia tunc non agitur proprio nomine, ſed nomine perſonæ, ſecundum Inno. vt no. do. Ant. de iudi c quia. ver. ad quartum.

Inſtantia ſicut tranſit ad hæredem, ita ad fideicommiſſarium, vniuerſalem, quòd eſt verum.

Inſtantia inchoata cum hærede defuncti tranſit, ſecus inchoata cum hærede, quia fideicommiſſum eſt hæres defuncti, nõ hæredis no. do. Ant. in d. ver. venio ad quartum.

Inſtantia tunc tranſit ad ſingularem, quando ad eum tranſiit res, vel ius agendi de neceſſitate, vt quia diuidunt, inter ſe hæreditatem, & vnus eorum eſt primogenitus, ſed ſi res, vel actio, non tranſiit, non de neceſſitate, nec tranſit inſtantia, etiam ſi vitioſe ſuccedat ſciens rem alienam, vel etiam per vim occupatam, niſi eam ſcienter, a ſpoliatore accepit. ergo ſi manu ſpoliatoris non habuit, ſed eo mortuo, ſecundũ Inno quod eſt notabile. vt not. dom. Anton. in d. verſic. venio. ad quartum.

Inſtantia cauſæ inchoatæ per procuratorem, eo mortuo tranſit ad dominum. not domin. Anton. in d. verſicu. venio. ad quartum.

Inſtantia cauſæ inchoatæ, per filium eo mortuo tranſit ad patrem. no. do. Ant in d. veri. venio ad 4.

Inſtantia non tranſit ad fiſcum ſuccedentem in locum priuati delinquentis Ratio eſt ſecundum quoſdam quia fiſcus proprie non eſt hæres, quæ ratio non placet, quia tranſit de filio ad patrem, qui proprie non eſt hæres. Vera ratio ergo eſt, quia fiſcus habet iudices ſeparatos, quę ratio cõcludit, quod ad fiſcum proprie hæredem, non tranſit inſtantia not. dom. Ant de iud. c quia. ver. venio ad 4.

Inſtantia inchoata contra laicum non tranſit ad eccleſiam ei ſuccedentem, quia etiam eccleſia habet iudices ſeparatos, ſicut fiſcus, & iſta ratio concludit, quod idem in clerico ſuccedente laico. Not. Domi. Anton. de iudic. capitulo quia. verſi. venio ad quintam, vbi dicitur innuere contrarium in clerico ſuccedente, titulo vniuerſali, in eo quod dicit clericum ſuccedentem laico ſingulariter reconueniendum eſſe coram eccleſiaſtico.

Inſtantia inchoata propter delinquentem poteſt mortuo accuſatore finiri, per iudicem, quando cauſa tangit, publicam vtilitatem, & de ipſa cauſa liquet. ne delictum maneat impunitam. ſecundum Innocent. vt no. do. Anto. in d. ver. venio. ad 4. in principio.

Inſtantia finitur triennio de iure ciuili non ſolum in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, vt no. Bar. & Bald in l properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. licet Bald. aliter dixerit, allegando l. litibus C. de agric. & cenſi lib. 11. & quando lis non conteſtatur, incipit inſtantia die, quo conteſtata habetur, ſcilicet, quando incipit tractari de meritis cauſæ, vt not Bart. in dicto § & ſi quidem. Bal dicit quod incipit a die, quo pars eſt citata, vt in authent. qui mo na eſſ. C. quomodo, & quando iudex, dicit etiam Bald. quod in materia executiua, non eſt dare inſtantiam aliquo tempore limitatam. in l conſentaneum, in fi. C de excep rei iudi. quod intellige, quando petitur mera exequutio facti, ſecus ſi petatur pronunciari, exequutionẽ fieri, vel non fieri debite, quia tunc erit inſtantia,

cum

Digitized by Google

cum ſit ſententia ferenda, & illa ferri non poteſt vt no. Bart. in l i C. quando prou. non eſt neceſſe Aliud eſt ergo dicere, & petere executionem ſententiæ, vel inſtrumẽti, quod habet executionem paratam ex forma ſtatuti, & aliud eſt petere pronunciari ſententiam, vel inſtrumentum exequendum iuxta no per gl. & hoc in l. ab executore in princ. ff. de appel. & in l ab executore C. quorum app non recip & primo caſu poteſt ſaluari dictum Bartol. in l. litibus, in ſecundo notab

Inſtantia cauſæ principalis currit, & finitur triennio, nec pars reſtituitur, ſiue ſteterit per iudicem, ſiue per partem, ſi per iudicem, quo minus cauſa finiatur, vt no per gl & Cy Butri. Bar & Bal in authen ſi appellatione C. de temp appell. Idem no. Bar. in auth clericos C de epiſcop & cler vbi dicit, quod impedimento, etiam iuſto non prorogatur inſtantia triennalis. gl tamen dicit contrarium, quando ſtetit per iudicẽ, quia pars tunc reſtituitur. in l properandum § ſin autem vtraque parte. C. de iudic ſed Doc prædicti non tenent dictam gloſſ. in dicta authen. ſine appellatione, & in corpore, vnde ſumitur in auth vt ſpon. lar §. hoc quocunque ſuper verbo. præiudicium Sed dom Anto in dicto capi. venerabilis de iudic. tenet. quod datur reſtitutio, quando ſtat per iudicem, ſecus ſi per partem, vel per tertium, & qui hanc opinionem tenet, ſit cautus, vt ſæpius requirat iudicem, vt expediat cauſam, & propterea proteſtetur, quod per eum non ſtat, quo minus infra tempus expediatur, aliàs non diceretur ſtare per iudicem, ſed per partis negligentiam, vt no Bart in d l properandum §. ſin autem vtraque. & prima. opin. verior, quod indiſtincte, non detur reſtitutio. ne l. properandum circumueniatur, & hoc probat text ex ratione in l arbitrio § ſi cuius dolo ff. de dolo. & in l properandum, in ſi vbi lex illa ſoli minori dat reſtitutionem, & duntaxat in ſubſidium, quando ille cuius facto perijt inſtantia, non eſt ſoluendo Multo ergo minus reſtituitur maior. Item quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. nam quod liquidæ § ſi. de pen. leg. licet fateri poſſu, quod etiam reſtituatur, quando ille ex cuius facto inſtantia perijt, non eſt ſoluendo, & hoc tenet glo. in dicto §. ſi cuius dolo dic quod quando ſtat per iudicẽ datur reſtitutio, ipſe loquitur de inſtantia cauſæ appellationis, intelligendo enim ſicut debet intelligi. glo. in l. ſed & ſi per prætorem ff ex quibus cau. maio. in integ. reſtitut inſtantia enim cauſæ appellationis fateor, quod ſi ſtat per iudicẽ, vel tempus, non currit ipſo iure ſe glo. in d. l ſed & ſi per prætorem. ſe. Bald in d auth. ſi appellatione, vel decurſo tempore. datur reſtitutio, ſecundum gl. in d §. hoc quoque, & in dicta authen ſi appellatione, & ibi hoc tenet Butr. in c. ex ratione. de appell ſed inſtantiæ principale tempus currit, nec datur reſtitutio, niſi in ſubſidium, & rationem differentiæ ponunt Doc in d auth ſi appellatione, quia ĩ cauſa principali, perẽpta inſtantia, non perit ius partis, ſecus in inſtantia cauſæ appellationis non obſtante tex. in d. l. ſed & ſi per prætorem in princip & §. ait prætor ff qui-bus ex cauſ maior quia ibi ex lapſu temporis perit ratio, & ius partis, ideo ſi ſtetit per iudicem datur reſtitutio, vt dicunt But. & Bal in d auth. ſi appellatione: Item non ob l intra vtile, ff de minoribus, quia ibi loquitur in tempore, quod eſt vtile. Ideo ſi ex facto vnius partis currit alteri parti, ſubuenitur ipſo iure, vel per reſtitutionẽ, ſecus in tempore inſtantiæ cauſæ principalis. l. properandũ, quod eſt continuum. ita dicit Bald. in l. ait prætor § ſin ff ex qui cau maior & licet gloſſ in d §. ſi cuius dolo. dicat, quod quando ſtat per partem datur reſtitutio. tamen Bar. ibi dicit contrarium, per rationem text & hoc approbat dom Anto. per text. in d cap venerabilis, & per tex. in d. § ſi cuius dolo. pro quo facit gl. ſi in d § licet quoque quæ licet loquatur. in inſtantia cauſæ appellationis Idem & fortius dicendum eſt in inſtantia cauſæ principalis, quia perempta nõ perijt ius partis inſtantiæ. Idem eſt dicẽdum quo ad petitionem talis. no. do. Ant. de conſti. c cum alias. verſ. nota diligenter. 8 colum. in principio.

Inſtitutio ſi præcedit omnem actum, ſumitur pro collatione, ſi ſequitur præſentationem, ſumitur pro confirmatione Idẽ ſi ſequitur electionem totalem importat iuris translationẽ. Et ſi ſequitur collationem, tunc ſumitur pro collatione poſſeſſionis, & modicum differt ab inueſtitura. no do. Anto de iure patr c. conſultationibus in tertio notabil & aliquid tangit in c. querelã, de elec in tertia col & vide ſub verbo col.

Inſtrumentum exemplatum in vim compulſoriæ, per alium, quam qui illud confecit, non vocata parte ad ipſam exemplationem non probat. not Rot concluſ. 10. niſi pars ad dicendum contra dictum exemplum productum, citata, non contradixerit, ſed potius pro ſe facientibus, vt no. Rot. concluſ. 299. & vide ſub verbo exemplum productum.

Inſtrumentum vbicunque rogatur per Notarium creatum a Papa, vel Imperatore, poteſt in eorum territoriis, & iuriſdictione confici, & exequi. Secus in Notariis creatis a regibus prælatis, & vniuerſitatibus, habentibus poteſtatem ex conſuetudine, vel priuilegio creandi Notarios in eorum territoriis, quia talium Notariorum inſtrumenta, ita demum probant, quod territorium illa executioni poſſit mandari ſi ibi ſunt confecta, vt no Ro concluſ. 285. & Bar. in l. a. ff. de offic. procon ſ & le & do. Ant. in c. per venerabilem qui fil ſint legitimi 20 colu. ver. ex antedictis, vbi etiam patet, quòd Papa poteſt citare, Notarios ſubiectos eccleſiæ, per rationem quã ibi ponunt Doc quod ille eſt actus voluntariæ iuriſdictionis & prorogabilis, & idem dicit Bal. de Imperatore. in l. eũ qui. ff. de iuriſd. omn iud & vide ſub verbo inſtrumentum.

Inſtrumentum ſententiæ, ſi noceret commiſſioni ſiue delegationi Iudicis, & litis conteſtationem, & alia ſubſtantialia iudiciorum probat præſumptiue ſic eſſe, quando ſententia lata fuit, parte non reclamante, & præſente ſecundum Inn Idem ſecundum Compoſt. ſi lata eſt parte abſente, per contumaciam no. Ro. conclu .89 & vide ſub verbo ſententia. § ſententia apparet per teſtes tãtum. & vide pleniſſime, per dom. Anton de prob cap. quũ, ver. ad gl. intellectum. 18. col & vide ſub verbo præſumptiu. §. præſumitur pro ſententia.

Inſtrumenta plura ſi reperiantur contraria, & eadem de re confecta, valet illud, qđ eſt veriſimilius, ſi ſint æque veriſimilia, valet illud, ꝙ eſt pro reo contra actorẽ, & hoc quũ producuntur a diuerſis, ſed ſi ab eodem neutrum valet. no. Barto. C de ſi inſtru. l. ſcripturæ & Bal in l. de reb C de dona ante nupt. ſi tamen conſtaret, quod inſtrumentum patris factum eſſet, illi ſtaretur, vt no Bar. de leg. 2. l. Sempronius Proculo. Hoc ẽt de veriſimilitudine. tenet Bal. dicens, quod vbi non eſt veriſimilitudo motus Iudicis, non concurrit cum inſtrumento. in d. l. ſcripturæ. Et idem in effectu dicit do Ant. in c. imputari de fid. inſtru. Concludit tamen in dubio iudicãdũ contra illum, cui onus probandi incumbit, ſiue ſit actor, ſiue reus, & vide Archid. 13. q. 2 c vltima voluntas, & Bal in l. 1 ff. de bo. poſſ. ſecun. tab. quod ibi loquitur de duob. teſt ab eodem die confect. Vide omnino. § inſtrumenta duo. & vide ſub verbo procuratores duo.

Inſtrumẽtum falſum producens, qua pœna puniatur, vide ſub verbo producens. §. producens falſum inſtrumentum.

Inſtrumentum licet quis producat in partibus tantum pro ſe facientibus, an probet etiam contra eum, ſi quid contra eum faciat, vide ſub verbo producens inſtrumentum cum proteſtatur.

Inſtrumentum productum ſi eſt reprobatum in parte, quæ facit pro producente, an reprobãs poterit illo vti, in parte quæ facit contra producentem. vide ſub verbo producens. §. producens non poteſt & ſub verbo error. § error confeſſionis, & §. error tacitæ confeſſionis.

Inſtrumentum ſi ad inſtantiam alicuius de falſo reprobetur, an tertius poteſt illo vti. vide An. qui. fi. ſint legi. c. cauſam, & ibi & per Inno.

Inſtrumentum ſi in aliqua parte raſum fuerit, an fidem faciat. vide An. de fide inſtru ca ex literis, & de reli. domib. c. ex literis, & c cum venerabilis vbi gl notabiliter ponit.

Inſtrumẽta vel alia publica ſcriptura an vitietur ex defectu falſæ latinitatis, vel ex defectu ſyllabæ, vel orationis, vel dictionis. vide ſub verbo reſcriptum § reſcriptum vitiatur, cũ pluribus. § ſeq. vide alias, & no. bene.

Inſtrumentum in quo Notarius atteſtatur, ſe de aliquo actu præterito rogatum, certo loco, & tempore, coram quibus probabitur illud præteritum. ſecundum Hoſ. ut no. do. Ant. de probat. c. quoniam contra. 22. col.

Inſtrumentum an ualeat, ſi non apponitur locus, uide Io. An. de re iudic. c. Abbate ſane in fin lib 6 in gloſ & ſuper eadem in nouella. & in addi. Specu. de inſtru. edit. § inſtrumentum, vet. quid ſi locus, & de fide inſtr. c. inter dilectos. ſuper verbo facilius. & Bar. in l. de pupillo § qui nunciat. ff. de oper. noui nunciat & per Cyn. & Bal. in l. optimam. C. de contrahenda & commit. ſtipul.

Inſtrumentum vitiatur, ſi in eo non eſt indictio appoſita, vel errata, & in dubio præſumitur potius error in indictione, quam in anno, ſecundum Dy. vt no. Bar in l. ſi libellarius. de leg. iur & Bal. in l. 1 in fi. C de nouat Sed Io. And. ſuper data. 6. in nouella. dicit, quod ita vitiatur inſtrumentum ex indictione, ſi per errorem fuerit appoſita, ſicut ſi eſſet omiſſa, niſi ex protocollo, vel aliter poſſit apparere, quæ ſit indictio omiſſa, vel errata Et idem ſentit. do. Ant qui recitat. Io. And. & non reprobat in c. inter dilectos. de fide inſtr. contrarium. tenet Bal. in l. Imperator. de ſta. ho an autem omiſſio, vel error anni, vel indictionis poſſit corrigi, & ſtetur correctioni. Vide Doc. prædictos in locis prædictis. Et vide ſub verbo Notarius non poteſt corrigere.

Inſtrumentum non probat, ſi in eo non ponitur, nomen Imperatoris, & nomen imperij, in terris Imperio ſubiectis uel nomen Papæ, & annus ſui Pontificatus in terris ſubiectis. not. Io. An. ſub data lib. 6. in nouel, quod intellige, niſi conſuetudo loci aliter ſe habeat. ſicut dicit. Io An. ſuper data, prædicta de indictione, quod poſſit ex conſuetudine omitti.

Inſtrumentum ſi continet aliqua uerba, quæ non ſolent à partibus exprimi, ſed a Notario, præſumitur etiam illud fuiſſe à partibus expreſſum, quod ex conſuetudine per partes exprimi ſolet no. Io. An. ſuper data. 6. in principio. ult. col. in nouella Bal dixit, quod uerba, quæ profert Notarius, profert in perſonam contrahentis. ideo pars præſens, & non condicēs, intelligitur proferre, & fateri illa uera eſſe ar l filius de matre. no Bald in l. mater. C. de reſtiend in 3 col. Et idem uult in effecta ff de teſta. in l. ſi quis ſillabus, & hoc uerum in pertinentibus ad officium partis, ſecus in pertinentibus, ad officium Tabellionis, ut no Bal. C. de teſta l errore.

Inſtrumentū ſi producitur pro publico parte præſente, & nihil opponēte, ſed tacēte, nō tenetur producēs ulterius probare, quod fuit manu publica confectum, quia pars non opponēs tacendo uidetur ipſum approbaſſe. no. Hoſt & Io An. in ca. quoniam contra. de probat. ſuper uerbo inſtrumentum. Et idem tenet. do. Ant. ibidem. ad quod facit, quód no. Bal. in l. 1. C de relationib.

Inſtrumentum ualet & probat licet protocollum, non reperiatur. ſe. Nico. de Matar ut no. Bal. ſuper rubrica de fi inſtru. & C. de eden. l. fin 8 columna, quod intellige niſi actus ex conuentione partium debuit, in ſcriptis fieri, ut ibi no Bal. uel niſi conſuetudo, aliter ſe habeat, ut no glo in Auth. de Tabel. § ſi & cum glo in Auth de Tabel § fi & cum gl. dicat generalem eſſe cōſuetudinem hodie ubiq;, quod Notarij faciūt protocolla inſtrumentorum, ſentire uidetur, quód nō ualet inſtrumentum, cuius protocollum non inuenitur, ſicut hodie, non ualebant talia inſtrumenta in urbe Conſtantinopolitana, modo ſolum ſtatutum erat, quod protocolla fierent, & conſequenter, cum hodie per generalem cōſuetudinem, ſit ubique ordinatum, quod protocolla fiant aut protocollum non inuenitur quia præſumeretur falſum, tanquam factum, contra conſuetudinem, & iſta fuit meus illius glo. ſic etiam dicimus, quod ſi Notarius, non poſuit in inſtrumento annū domini, qui conſuetudine generali, poni dēt, ſed loco anni, nomen Imperatoris, præſumitur inſtrumentum fal ſum, quia ad ſollicitudinem pertinet ponere dictum annum ut no. Bal. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ign. ſic ergo in propoſito præſumitur inſtrumentum, falſum, ſi non fecit protocollum, quia & Bar hoc dicit, quod facere pertinet ex conſuetudine ad ſollicitudinem Tabellionis.

Inſtrumentum Tabellionis poteſt conficere, pater de contractu ſilij, uel e conuerſo filius. de contractu patris uide, Barto. in l ſi pater. ff de falſis.

Inſtrumentum habens publicam formam, facit plenam fidem, licet negetur ſcriptum, manu illius Notarij, ſub cuius nomine ſcriptum aſſeritur quando inſtrumentum, eſſet ita antiquum, quod per teſtes uiuentes, manus Notarij probare nō poſſet, ut no Bal. C de fi. inſtru l comparationes, ſed hic dubitatur. C. de ſacroſan eccl. Auth actiones

Inſtrumentum ſi eſt pro parte falſum, uitiatur totum, quando falſitas eſt in ſubſtantia negotij, uel circumferētiam ipſius negotij concernentibus. Puta quód vnus ex contrahentibus dicatur oriundus ex vna terra, cum ſit oriūdus de alia vt no. de hæreti. c fraternitatis. quód tenet ibi Io. Andr & dicit do. Ant ibidem quod np. Inno ſeruatur, vide quod no. per gl & Arch 9 d. c. ſi ad ſacras, & per Bar. C de tráſac. l. ſi ex falſis. Et ibi dicit Bal. ſecundum vnam opi. quam tamen non firmat, quia licet ſi falſitas, in vna parte inſtrumenti. vitiet inſtrumētum in totum, tamē ſuſpicio in uno capit trahit nō de fidei, in aliquo alio capitulo. Et hanc opi. firmat. C. de fide inſtru. l. ſcripturæ. in fi. vide omnino in §. proximo.

Inſtrumenta duo ſi repenantur eodem loco, & tempore, de eadem re confecta, præſumitur vnitas facti, ſiue rei Secus ſi fieret in diuerſis locis, & temporibus, & ideo ſi Notarius reddit idem inſtrumentum plures confectam, in publica forma, non habetur niſi pro publico inſtrumento, & vnicū tantum facit probationem, & ſi inuicem differant ſtatur ei, quod minus continet, quia & in minori præſumitur, ac pluri error. ſi tamen de originali protocollo ſcripturæ conſtet, illi ſtatur, vt not Bald. in l. Sēpronius Proculo ff. de leg. 2. Ex his apparet, quod impleri non præſumitur falſitas, ſed error, qui ſi falſitas præſumeretur, non valeret inſtrumentum. in aliqua parte, fateor quod ſi in protocollo eſſet aliquid ſcriptum, quod falſum probaretur, tunc nec protocollum, nec inſtrumentum inde ſumptum aliquam fidem faceret in aliqua ſui parte, ſed non probato protocollo non præſumitur error in inſtrumēto, inde ſumpto, ſed quatenus variat a protocollo ſic, vt in Authen de Tabel. niſi. & hoc fuit de mente. Bar. in dicta. l Sempronius, Proculo Vide omnino. ſup §. proximo inſtrumenta plura, & ſub verbo præſumptio. § præſumi an debeat vnicus.

Interdictum ſpecialiter poſitum in certa Eccleſia, ſi dicatur nullum. poteſt relaxari ad Cautelam, ſecus in interdicto generali, quod nō relaxatur, donec veritas reperiatur, videlicet, qđ iniuſte ſit poſitum, & tunc relaxatur in totum, vt not. Rot. concluſione. 412 dicitur autem interdictum generale id, quod ponitur in prouincia ciuitate, Caſt. vel villa. Et licet interdictum generale reſpectu locorum, non poſſit relaxari, eſt tamē ſecus in interdicto perſonarum, vt quando interdicitur vniuerſitas, vel collegium no. Io. de ſen. excom. c. præſenti lib 6 & vide ſub verbo ſententia.

Interdicto generali durante poteſt ianuis clauſis celebrari, baptiſmus, & penitentia conferri, & verbum Dei prædicari, ſecus in interdicto ſpeciali, in quo ſi prædicta fiāt locus profanatur, & faciētes irregularitatē incurrunt. no. Ro. concl. 419.

Interdictum ab ingreſſu Eccleſia quibus explicandum intelligatur prohibitus, vide ſub verbo ſuſpenſus ab ingreſſu.

Interdictus ſiue intereſſe, ſiue extimatione, non recipiunt ſpiritualia, ſicut ſunt Cauſæ, beneficiales, no. Ro. concluſione. 134. & concluſione. 402.

Intereſſe appellatione interueniūt fructus, idō qui petit intereſſe, intelligitur fructus etiam petere ff. ſi ſeruitus vend. l. loci. § in confeſſoria, & ibi no. Ang.

Intereſſe non dicitur ratione expenſarum, quæ fiant in lite, ſed ſolum quando intereſt ratione rei, quando principaliter agitur, vt no per gloſſ & Bar ff. ſi quis, cau l. & ſi poſt tres.

Interrogatio nō arctat partē reſpondere per iuramentum, nec ad id poteſt pars compelli per iudicem, niſi interrogatio detur, etiam per iuramentum partis illam facientes, vel fieri petentes, no Ro concl. 72.

Interrogationes an poſſint fieri parti, & teſti poſt terminū peremptorium, datum ad probandum, vel poſt concluſionem in cauſa. Vide Io. de fi. inſtru. c. Cum. Io & plenius per eundem de iureiu c. cum cauſam, & quoad partem vide §. proximo ſequentem.

Interrogationi concernenti deciſionem, & negotium principale non tenetur pars reſpondere, niſi iudicans, vel interrogās, deducat īterrogationē diſpoſitionis & in poſitionibus, & articulis. Si tamē interrogās hoc nō obijciat, ſed reſpondeat, valet reſponſio, & præiudicat ei confeſſio, & de interrogationibus præparatorijs ſemper eſt reſpondendum, licet diſpoſitiue non detur. Ratio dicti primi non eſt vera, quia non debet iudicium claudicare Sicut ergo vult reſeruari ex confeſſione aduerſarij, ita debet eſſe econtra, vt etiam interrogatus releuetur ex confeſſione interrogantis, quod eſſe non poteſt, niſi interragatio deducatur diſpoſitiue in poſitionibus, quia ſemper interrogans nihil ponit, no. Rot. concluſione. 32. Sed do. Anto. dicit, quod iudex poteſt interrogare partem, circa principalem quæſtionē in 6. caſibus, videlicet vbicumque æquitas ſuadet, & ante litis cōteſt & etiam poſt concluſionem in cauſa, non ſolum ad dubiam probationem declarandam, ſed etiam ad ipſam fundandam, quod eſt notabile, vt no, do. Ant. de iudi c. 1. ver. no. 7.

Interpretatio illius eſt, cuius eſt cōdere. de ſen. ex c. īter alia. C. de lega. l. ſi de excep. c. fi. lib 6 & vide ſub verbo declaratio, interpretationem non recipiunt verba expreſſa, & clara, vt not. Innoc de teſt. cum clamor. in fi & no. do Anto in c. fi. de reſcriptis, penultima col. in principio, & in c in præſentia de probat 8. col. & no. glo. de conſuet. cum dilectus, & vide ſub verbo declaratio debet.

Introducta dicitur appellationis cauſa ad curiam, quando eſt in auditorio principis intimata; puta uicecancellario, qui an hoc tenet auditorium Papæ C. de appel. l in offerendis, & de tēp. ap. in fi §. illud Et ſic aliud eſt cauſam introductam eſſe, & aliud deuolutam, de qua deuolutione uide ſub uerbo, deuoluta, & ſuper uerbo appellatio.

Intruſus dicitur, qui auctoritate propria beneficium ingreditur ſi de canonico titulo, non conſtat, alias ſecus, quia habens canonicum titulum. poteſt auctoritate propria cōprehendere poſſeſſionem, ſe. Ho. & Io An. ut no. do. de cauſa poſ. c. fi. 35. col de reſt. ſpo. c. in literis. 27 col. uer. uenio ad ultimum. ſdeo habens, canonicum titulum, etiam ſi uiolenter comprehendit poſſeſſionem non dicitur intruſus, ut no. Domi. de Sancto Gemi in c. eum qui. in principio lib 6. negari tamen non poteſt, quód ex tali uiolentia, ſuum ius amittat. ut patet ex text dicti c. eum qui in fi. Ex hoc dicitur quod poſtea iniuſte tenendo. dicitur intruſus, ut inf. §. intruſus, & ibi loquitur de ingrediente ab initio ſine canonico titulo, & uide inf. §. intruſus, an dicatur ille, qui.

Intru-

Digitized by Google

Intruſus nõ dicitur habens antiquiſſimam poſſeſsionem, licet de titulo nõ doceat, quòd ex ſola antiquitate coloretur poſſeſsio. vt no. dom. Anto. de reſtit. ſpo. ca. in literis 1 a. co um. ver. vlt hoc &c.

Intruſus quandoque per intruſionem fit inhabilis, ad beneficia quandoque non ut no. Franc. in clem. ſi Romanus. de præb. in ſi inhabilis fit, quando quis ex electione facta per abuſum laicorum ſe intrudit de elec. c. quiſquis. Item quando ſine diſpenſat quis tenet duo curata, vel duas dignitates, vel perſonatus. eo. tit. dudum ver. ſed numquid nocet.

Intruſus an dicatur ille, qui beneficium per Simoniam percipit, ſcienter, vel ignoranter. Vide ſub verbo ſimonia. §. ſimoniacus eſt ab omni.

Intruſus non dicitur qui vi occupat beneficium not. Pe. More de præben. c. eſt qui. lib. 6 in primo notabili. Contrarium videtur ſecundum Inno. vt inſ. prox. §. dic quod immo eſt intenſus, ſi non habet canonicum titulum, & dicitur intruſus improbior ille, qui ſine vi iniuſte occupat, ſicut & ille qui vi furatur clandeſtine l. 2. §. rerum. ff. vi. bon. rap. Vide ſupra in principio.

Intruſus dicitur quicumque auctoritate propria ingreditur licet ſit electus, dum tamen non ſit confirmatus, vt no. Inno. c. nihil de elec. & eſt tex. de præb. c. cum iam dudum.

Intruſus dicitur, quicumque recipit beneficium ab illo, qui nõ habet poteſtatem conferendi, etiam ſi ad illum collatio pertineat, tamen quia durante diſpenſatione, non poteſt conferre recipiens ab eo collationem, & poſſeſſionem, dicitur intruſus, ut eſt caſus in c. tanta. de exceſſ. præla.

Intruſus dicitur quilibet, qui beneficium ſcienter iniuſte ingrediens adminiſtrat, vt eſt caſus expreſſus in capit. eum qui de præben. lib. 6. Et ignorantia iuris hoc caſu ſcientiam non excludit, vt no. ibi gl. ſuper verbo ſcienter.

Irregularis nullus eſt de iure, cui peracta pœnitentia licet celebrare, & irregularitates fuerunt inductæ a Sanctis patribus ob ſcandalum vitandũ, vt no. do. Ant. de cohab. cle. c. veſtra. in 5 opp. & in quarto caſu. ſuper quo vide. §. irregularitatem nullus Guil. in clem. 1 in princip. de homici. vbi etiam dicit, quod ſit irregularitas, & quot ſunt eius ſpecies, propterea per pœnitentiam, vel baptiſmum, non tollitur irregularitas. no. Ioan. Andr. de diuor. capit. gaudemus. Et vide ſub verbo clericus

Irregularitas cauſatur ex omni crimine notorio, & ſuſpendit etiam quem pœnitentia pacta, niſi cum eo diſpenſetur. do. Ant. de coha. cle. c. veſtra in 6. oppo.

Irregularitatem incurrit excommunicatus, non ſolum ſi celebrat, ſed etiam celebranti auctorizate, ſecus ſi celebrantem ſuppliciter audiat. no. glo. in clem. fin. de priuileg. ſuper verbo celebrare.

Irregularitatem incurrit ſuſpenſus celebrando, quia irregularitas non accumulatur irregularitati, ſed forte non eſſet peccatum dicere, quod irregulariter diſpenſabilis, ab epiſcopo incurrat celebrando irregularitatem, in qua ſolus Papa diſpẽſat no. dom. Anto. c. veſtra. de cohab. cle. in 9. oppo. contra fi. Sed dic quod ita irregularitatem, incurrit ſuſpenſus, ſciẽter in contẽptum, diuina celebrando. Sicut excommunicatus, de ſent. excomm. lib. 6. in fin. ſecus ſi probabiliter ignorauit ſuſpenſionem, vt ibi no. Inno. per quem, no. etiam, in cap. ſacro eo. tit. ſuper ingreſſunt.

Irregularitas colitur, & abolerur per ingreſſum religionis. not. Ru. c. nclu. 428.

Irregularis vt homicida non eſt incapax dignitatis, vel beneficii eccleſiaſt. ci ver illud iuſte tenet, donec renouetur, vel deponatur, vt no. Inno. & Io. And. de conceſſ. præb. c. cum noſtris. in princ. ſuper verbo poſſidebat. Aduerte, quia Innoc. ibi no. dicit. Sed bene dicit, quod homicida, & irregularis nõ eſt, omnino incapax, quia cum diſpenſatio capax eſt, & beneficia ante homicidium, vel irregularitatem, quæſita retinet etiam ſine diſpenſatione, donec illis renunciet, vel priuetur, & ſic concluſio eſt, ſecundum eum, quia irregularis, non poteſt beneficia acquirere ſine diſpenſatione, donec priuetur, & ita etiam declarat, Io. And. & Franc. de Zabar. in cle. eum noſtris. Cõp. dicit, quod tenet collatio facta irregulari, quod eſt verum. ut collatione beneficij, ſecus in collatione ad prælaturam. no. do. Anto. de conceſſ. præb. c. cum noſtris. 8 col. & ibi eſt caſus. Sed Rota ſimpliciter tenet, quod regularis eſt inhabilis ad beneficia. Et vide ſub verbo clericus, licet ſit homicida, quod non priuetur ipſo iure, beneficiis obtentis. Tenet Compo. de elec. c. quod ſicut. col. antepen. Contrarium tenet. Archi. Dy. l. ſtudeat, ſed vlterius non eſt inhabilis, ad beneficia obtinenda. ut no. Compo. de reſcriptis. ca. 1. col. antepen. ad fi.

Irregularitatem incurrit qui durante generali interdicto celebrat, vel baptiſmum aut beneficium confert, vel verbum Dei prædicat. no. Ro. conclu. 41 a.

Irregularitatem nullus incurrit, niſi in caſibus expreſſis in iure, text. eſt de ſenten. excomm. c. is qui in eccleſia. lib. 6 & ibi no. Archid. Idem no. Inno. de exceſſ. prælat. c. tanta. in gl. hic videtur, & per tex. dicti c. is, qui poteſt quod irregularitas eſt inducta a iure poſitiuo, ſuper quo vide. ſup. in prio.

Ita hæc dictio eſt aduerbium affirmandi, vt not. dom. Anto. de cohab. cle. c. veſtra 2 col. Sed dictio itaque eſt coniunctio illatiua, quæ infert ex præmiſſis, quandoque eſt inchoatiua, vt no. ibidem.

Iter arreptum ad Papam an habeat vim appellationis, & an ſuſpendat iuriſdictionem inferioris, uide ſub uerbo appellatio. § appellationis vim.

Iudæus non poteſt acquirere poſſeſſionem maritalem in mulierem chriſtianam, vt no. dom. Anto. de ca. poſ. c. ſi 21 colu. Iudæorum filii paruuli, id eſt impuberes, non poſſunt inuitis parentibus baptizari, ut no. gl. 29. q. 3 c. Iudæorum, quæ dicit, quòd tales filii inuitis parentibus non ſunt ad fidem Chriſtianam trahendi, ergo nec baptizandi, & per conſequens per talem bapriſmũ nullus character imprimitur, quia ſi imprimeretur ad fidem Chriſtianam ſeruandam, compelleretur cuius contrarium, vult illa glo. pro quo facit text. 24 q. 1 c. ad fidem. Facit ratio, quia prohibito fine &c. ff. de ſponſa l. oratio. Et tamen quod vna via prohibetur, per aliam non admittitur de reg. iur. c. cum quid lib. 6 non ob. ca. maiores §. item quæritur ver. verum de bapt. vbi patet, quod ex baptiſmo etiam coacto, character imprimitur per quem baptizatus compellitur fidem Chriſtianam ſeruare, quia ibi loquitur de baptiſmo, per regem, ſiue de baptiſmo a mandato regis facto, & eodem modo loquitur. c. de iudæis 45. diſt. ſecus in baptizato per inferiorem. Ratio eſt, quia Iudæi ſunt ſerui regum, & principum. Vnde ſicut rex poſſit Iudæos tamquã mancipia dare, & in ſeruitutem vendere, ipſis inuitis, ita poterit, & baptizari facere. Et hoc determinat Archid. 48 diſ. c. qui ſincera & hoc etiam voluit. San. Tho. de Aquino. in ſecunda ſecundæ q. 4 artic. 12. ipſe tamen non diſtinguit inter principem, & inferiorem baptizantem, ſed Archid. ſic qui loquitur per verbum poteſt, non per verbum debet, per quod concludit poteſtatem in inferiore, ex quo ſequitur, quod in baptiſmo inferioris nullus character imprimitur, ſecus ſecundum eum, alias non eſſet differentia, inter principem, & inferiorem.

Iudex auditor palatii, non poteſt abſoluere ad cautelam ſine ſpeciali licentia, vel commiſſione, ſecus in aliis delegatis, quia auditoris iuriſdictio eſt ſtrictiſſima. no. Ro. conclu. 244. & vide ſub verbo appel.

Iudex auditor palatii habet iuriſdictionem ordinariam, in cognoſcendo, ſed delegatam in ſententiando no. Ro. concluſ. 334 non tamen habet ordinariam in cognoſcendo actu, ſed habitu no. Rot. conclu. 411. & 412. Et commiſſiones quæ fiunt talibus auditoribus, non ſunt niſi diſtributiones, hinc eſt quod. c. ipſo iure de reſcriptis. lib. 6. non habet locum in auditore in curia impetrato, & dato, vt not. Rot. concluſione 411. & 412.

Iudex Auditor Cameræ non eſt auditor, nec officialis Papæ ſed eſt auditor Camerarij. Ideo de appellationibus, quæ ab extra, ad ſedem Apoſtolicam interponuntur, non poteſt ſe intromittere, quia illæ committuntur in palatio Apoſtolico. not. Ro. conclu. 324.

Iudex auditor palatii, cui committitur cauſa appellationis interpoſitæ in partibus, vel in curia, debet de æquitate magis, quam de rigore ſeruare terminos palatii, ſolitos in prima inſtantia ſeruari, niſi conſtaret, quòd in principali cauſa, ſeruati fuiſſent. no. Ro. conclu. 20.

Iudex auditor cui in curia committitur cauſa principalis, & ſpeciali mandato, cum poteſtate citandi ad partes, ſtatim decreta citatione licet non exequuta de æquitate, & ſecundum ſtyllum, cuilibet indicit, & in partibus prohibet. Melius tamen eſt, quod in eodem inſtrumento fiat inhibitio, cum citat. no. Ro. conclu. 2.

Iudex auditor, cui ad inſtantiam partis committitur cauſa. quã impetrans ſub certo beneficio, contra talem mouere intendit cum poteſtate citandi in curia, & extra, poteſt procedere ſuper appellatione per aduerſarium, non citatum, quia appellatio eum citat no. Ro. conclu. 336.

Iudex auditor, ſi cauſam remittit ad cancellariã deſinit in illa cauſa totaliter eſſe iudex, tamen ſi cauſam remitteret alteri auditori, putans eum iudicem eſſe, quia tunc remittens, ſi iudex erat, non deſinit per remiſſionem eſſe iudex, no. Rot. concluſ. 348.

Item iudex auditor, non poteſt in cauſa procedere, ſine noua commiſſione, quando Papa dedit literam, commiſſionis ad partes, licet in ea non fuerint articuli incluſi, etiam ſi velint renun-

Digitized by Google

renunciare remiſſioni, quia ex quo Papa ſemel apposuit manum, non debuit inferior ſe intromittere. not Rot. concluſio 73.

Iudex auditor ſi committit receptionem teſtium in partibus, non poteſt ille cui auditor commiſit alteri committere eandem receptionem, etiam partibus conſentientibus. not. Ro concluſ 249.

Iudex auditor ſacri palatii eſt perſona egregia, etiam ſi requiritur in teſtem, debet ad eum mitti pro iuramento. not. Rot. concluſio. 44.

Iudex auditor nõ poteſt admittere renunciationem litis in beneficialibus ſine ſpeciali commiſſione, ſed licentiam reſignationis beneficii poteſt admittere. Aduerte tamen, quãdo poteſt admittere renunciationem litis, & cauſæ, in renunciando, quid operetur. no Ro. concl. 294.

Iudices Auditores ſi ſunt plures, quibus ſeparatim committitur eadem cauſa uni ad inſtantiam actoris, alteri ad inſtantiam rei, nec apparet, cui cõmiſſa fuerit, quia in talibus commiſſionibus non ponitur data, an præcedat ille, cui fuerit primo cõmiſſio præſentata, an ille qui in citando præuenit, præfertur, quia auditores habent ordinariam iuriſdictionem in cognoſcendo, & ideo debet cognoſcere, qui in citando præuenit, per c propoſuiſti. de for. comp. & quod citatio ſit neceſſaria, ad partem, licet non quoad iudicem. no. do. Ant. in c. relatum. de off deleg. unde tamen glo in c. ut debitus. de appel. ſuper uerbo ſi dicat, & idem uidetur dicendum in pluribus delegat. ubi non apparet de prioritate datæ. Vide omnino, quod no do. An. in c. 1 de reſcriptis. 11. col. uer. hic etiã dno uidenda.

Iudex appellationis interpoſitæ per electũ a denegatione cõfirmationis, vel a caſſatione electionis ad curiam, ſi pronunciat bene appellatum poteſt electum, uel electionem confirmare, quia cle. auditor. de reſcript. forſan procedit in dignitatibus electiuis, in quibus eſt maius periculum, quantum in alijs. no. Rot. concl. 128.

Iudex appellationis poteſt de nullitate incidenter cognoſcere, licet de ipſa nullitate, & cõmiſſione nulla fiat mentio. not. Bal. in l. ſi expreſſim ff. de appel & Bal. in l. præſcriptionem. C. ſi contra ius uel uti. pub. uer. his præmiſſis. 1. col.

Iudex appellationis, a grauamine ſi eſt delegatus, poteſt de principali cauſa cognoſcere, ſi pronunciat bene appellatum, dũmodo reſcriptum nõ ſit limitatum ad cauſam appellationis tantum No. Do. Ant. de app. c ut debitus uer. op. quod non cognoſcatur, pen col. ordinatius ſi pronunciat male appellatum utraque parte conſentiente, uel ſaltem appellato, de cauſa principali cognoſcere põt, quod eſt uerũ in papa, uel eius legato, ſecus in metropolitano, quod in papa, ut no do. An. in dicto c ut debitus, uer op. quod etiam in 11. col.

Iudex appellationis, cui eſt comiſſa grauaminis cauſa, licet poſtea fiant aliæ cõmiſſiones, quod procedat in principali, per informationem, &c tamen non poteſt uigore dictarum cõmiſſionum procedere ad aliquem, niſi prius expedito, ſi pronunciet male proceſſum, tunc remittet totam cauſam, cum commiſſionibus prædictis ad primum iudicem, qui procedat ſecundum formam prædictarum commiſſionum. No. Ro. conclu. 231. vide ſub verbo reſcriptum, per quod committitur cauſa appellationis.

Iudex appellationis a diffinitiua, ſi videt appellationem deſertam, poteſt non ſolum pronunciare eam deſertam, ſed etiã primam ſententiam confirmare, nn. Rot concluſione, 91. & poteſt de exceptione ipſius deſertionis, incidenter cognoſcere, ſine noua commiſſione, & cum ſit principalis, eſt de illa ante omnia cognoſcendum, no. Ro conclu. 148. Prædicta intellige, quando vult de deſertione cognoſcere, ante lapſum fatalium, ſed nõ poteſt ſine ſpeciali commiſſione, quia tunc cum non ſit iudex in principali nec in acceſſorio, ſiue incidenti, vt colligitur ex notatis, per Rotam. cõcluſione 404. Aduerte quod illa concluſio non facit hanc limitationem, ſed ſimpliciter vult, quod iudex, cui committitur cauſa appellationis, poſſit ſine noua cõmiſſione cognoſcere de deſertione, etiam lapſum fatalium ſecuta. Et vide ſub verbo executio. §. executio ſententiæ.

Iudex appellationis, ea deſerta, deſinit eſſe iudex, vt no. in cle. ſi appellationi de appel. in glo quæ hoc fortificat, & iudex appellationis, pronunciando eam deſertam, pronunciat ſe non iudicem, no Ro. concl 147. quod procedit per lapſum fatalium, ſecus ſi aliter, vt patet in § proximo præcedenti.

Iudex appellationis interpoſitæ a ſententia, per quam iudex a quo pronunciauit appellationem deſertam eſſe, quæ tamen non erat deſerta, debet cauſam remittere ad iudicem, a quo vt ulterius in cauſa procedat erronea, vt no. Rot. concl 83.

Iudex appellationis a grauamine poteſt literas ancellare, & teſtes aſſines recipere propter periculum, & valebunt etiam coram iudice a quo, ſi pronuncietur, per eum bene proceſſum. no. Rot concl 42.

Iudex in nullitatis non poteſt inhibere meræ ne fiat exequutio ſententiæ quæ dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam ſi tamẽ fiat executio, & agẽs de nullitate obtineat, retractabitur executio No. Ro concl. 160.

Iudex qui ſententiam tulit, & ſi appellationi, ab ea interpoſitæ detulerit, poteſt cognoſcere de deſertione appellationis, ſi ei committitur, quia alius articulus a principali. Nam ſine commiſſione poteſt ad executionem procedere, ſi appellatio ſuit debito tempore proſecuta. no. Ro. concluſ. 183.

Iudex a quo appellatur a grauamine ſi expreſſe denegat apoſtolos petitos dare, iuriſdictionem amittit, & proceſſus poſtea per eum habitus non valet idem ſi expreſſe non negauit, cum eos infra terminum iuris non dedit, idem ſi expreſſe non negauit cum eos in ſecundo termino per eum prorogato nõ dedit, licet infra terminum iuris ſit, dum tamen debite petiti fuerint, quia alias eſſet appellationi tacite renunciatum, & ſic non eſſent a modo dãdi apoſtoli. Idem de iure videtur, quando eos debite petitos non dedit in primo termino, licet poſtea dederit in ſecundo, ſed hoc non ſeruat curia. no. Rot concluſ. 389. Idem ſi petenti apoſtolos nihil reſpondeat. not. in clemen. quamuis. ſuper verbo aut ſi. de appellat.

Iudex perdit iuriſdictionem deferendo appellationi etiam friuolæ, & refferendo cauſam ſuperiori. no. Ro. conc. 348.

Iudex a quo dicitur deferre appellationi eo ipſo, quod dat acta pro apoſtolis reuerentialibus, licet non referat verbum deferimus. no. Ro concl 67.

Iudex deferendo appellationi a grauamine, videtur a ſe iuriſdictionem abdicare, in tantum quod etiam de conſenſu partium non poteſt propterea in cauſa procedere, niſi ad eum per ſuperiorem remittatur, no Rot. concl. 271. nam delationem primo per eum factam reuocare nõ poteſt, licet res ſit integra, niſi forte iudex eſſet talis, qui per ſimplicẽ querelã adiri poſſet, quia tunc partes poſſunt ad eum redire, non obſtante delatione per eum facta. no. Ro concluſ. 348. Tu dic quod immo poteſt de conſenſu partiũ re integra indiſtincte in cauſa procedere, vt Io Mo. & Arch. & Io An. in nouella in c. cum appellationibus friuolis. de appel. lib. 6. & videtur tex. co tit c. ſolicitudinem, & in ca fi. & no. ibi glo ſed quæritur, & in gl. ſed numquid Et idem ſentit glo. ſed numquid in c. 2. de mat contracto contra interdictum eccle. nam per hoc nõ dicitur in præiudiciũ ſuperioris iudicis appellationis, prorogari iuriſdictio inferioris, ſed dicitur non declinari, vt no do. An. in c. ſæpe. ver. quæro, quid ſi ambæ partes Et vide ſub verbo appel. § appellans ſi tacite. &c.

Iudex qui detulit appellationi poteſt poſtea per aliquorum dierum interuallum ſtatuere parti terminum ad appellationẽ proſequendam, quidam autem dixerunt, quod hoc non poteſt, niſi ſtatim hoc faciat, cum appellationi detulit, no. Ro. conclu 321.

Iudex ſi appellanti a grauamine dat apoſtolos reſutatorios, & aſſignat appellanti terminum ad cõparendũ, corã ſuperiore pro appellatione proſequẽda per talem aſſignationem termini, non deuoluitur negotium principale ad iudicem ad quẽ, Ro conclu. 199. ver ex præmiſſis. Nec per hoc cenſetur iudex deferre appellationi, ſed nolle deferre declarauit dando reſutatorios, & non præſumitur quis in eodem inſtanti velle eſſe ſibi contrarius, & nõ obſtãte dicta aſſignatione procedere, quia terminum non aſſignauit, vt a ſe iuriſdictionem abdicaret, ſed vt terminum, quem appellans de iure habebat abbreuiaret, & ita videtur ſentire gl penul. in ſimili, in dicto c. cum appellationibus friuolis, & clarius ibidem in nouella ſuper eadem gl. in fi. vbi dicit Io An. quod iudex pro refrenãda malitia appellantis, dictum terminum aſſignat, ut terminum iuris reſtringat. vnde non poteſt dici, quod per id appellanti, faueat ſuã iuriſdictionẽ laxando, & per hoc videtur caſus, in cap cordi. eo. tit. & lib. & ibi not. in gloſ. & vide. inf. §. proximo.

Iudex a quo ſi non detulit appellationi, proſequenda eſt, vt no. Inno. in c. fi. de accuſ. licet Io. An. aliter ſonare videantur. in addi. Specul. in titul. de remiſſ. §. videndum, ver. verum, & Spec. idem quod Io. An. cuius opio. approbant, do. Ant. & Franc de Zab. in clem. 1. de ap. contra Innoc & vide ſup §. proximo.

Iudex a quo appellatum eſt, ratione grauaminis poteſt procedere in negotio principali ſtatim cum ſecũdus iudex pronũciauit male appellatum, & remiſit cauſam ad primum iudicem, non obſtante, quòd pronunciatione ſecũdi iudicis fuerit appellatum, niſi tertius iudex, cum ſecunda appellatio ſit commiſſa, inhibuerit no. Ro. concl 126.

Iudex a quo appellatum ab admiſſione articulorum, ſi reponit

appel-

Digitized by Google

appellantem, animo melius deliberãdi, & poſtea recipit teſtes, ſuper articulis. valet talis receptio, quia repoſitio facta aio non repellendi articulos fidei, ſed animo melius deliberandi etſi recipiat poſtea teſtes ſuper articulis, animum poſtea declarauit, poſtea recipiendo teſtes, not. Rot. concluſione. 379.

Iudex qui pronunciauit in poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio, licet ab eo reappelletur, & cauſa appellationis, cum negotio principali alteri committatur, poteſt nihilominus in petitorio procedere coram iudice ad quem, ſecus ſi ſibi fuiſſet cõmiſſa ſola cauſa appellationis abſque negotio principali, & ſi vna partium, vellet coram vno iudice in petitorio procedere, alia in poſſeſſorio coram alio præfertur cauſa poſſeſſorij, quia eſt priuilegiatus, no. Ro. concl. 127.

Iudex qui reuocauit attentata lite pendẽte licet non condemnauerit eadem die in expenſis poſtea condemnare poteſt, quod intellige, quando interlocutoria, reuocans attentata, tranſiuit in rem iudicatam, quia tunc condemnatio expenſarum non eſt niſi quædam exequutio interlocutoriæ, no. Ro. concluſ. 13.

Iudex in cauſa reuocationis attẽtatorum debet procedere ſimpliciter ex mero, & puro officio, & ſine ordine ſolemni. no. Ro. concl. 14.

Iudex poteſt procedere ſine figura iudicij in cauſa decimarum, vertente inter clericos, non inter laicos. not. Rot. concluſione. 414.

Iudex poteſt procedere ſine figura inditij in cauſa decimarum, vt ſupra.

Iudex poteſt de plano ſe informare de fama, & notorio, & de leuitate perſonæ, alias legitimatæ, nec requiritur quod pro Tribunali ſedeat, nec quod citetur pars, nec quod deferat iuramenta teſtibus, not. dom. Anton de coſa clem. veſtra 48. columna.

Iudex non poteſt procedere ſine figura iudicij, in caſibus non permiſſis a iure niſi hoc faciat de ſpeciali cõmiſſione papæ, vel Imperatoris, quia alius inferior, non poteſt procedere ſine figura, non glo de hære. c. ſi lib. 6. & in cle. ſæpe. de verbo. ſignifi ſuper verbo mandamus,

Iudex cui eſt cõmiſſum, vt procedat ſumarie &c. an poſſit ſub illo verbo, &c, procedere etiam ſine figura iudicij ſi petitum fuit, vel ſignatum ſimpliciter dicat audiat talis, & iuſtifaciat, an poſſit ſummarie procedere, ſi petitione commiſſum ſit. vide ſub verbo præcepto. ex cuius. &c.

Iudex cui committitur cauſa, vt procedat ſola veritate facti inſpecta, & ſeruatis terminis qualem ordinem ſeruare debeat in beneficialibus, & prophanis, vide Ro. conclu. 34 & 43. Si autem ei committitur, vt procedat ſecundum conſcientiam ſuã nec poteſt procedere, & facere ſicut vult, nec ab eo appellari poteſt, vt no. do. Ant in c. 1. in ſi de conſti. & no glo. in c. ſtatutum §. aſſeſſorem. de reſcriptis. lib 6 eo lib. Et vide in l. ſi vet bo appel. § appellari non poteſt ab his. dic quod appellatio non operetur quo ad effectũ ſuſpenſiuũ, ſed quo ad deuolutiuum, vt ſuperior poſſit emendare, vt no glo in cle. 1 de iureiuran in verbo oneramus, & idem dicit Io de Imo. vt recitat Domi in dicto § aſſeſſorem, & do. Ant. in d. c 1. & Fran. de Zab in d cle 1.

Iudex cui cõmiſſum eſt, vt in cauſa ꝓcedat pure, & ſimpliciter, nõ tenetur in ꝓceſſu ſeruare ordinẽ a iure ciuili inductũ ſed procedere debet ſecundum ſolam æquitatem iuris canonici, Et ideo ſi libellus foret, ſecundum rigorem in aliquo defectiuus, poterit iudex ſupplere, ſecundum æquitatem naturalem &c. no. do Ant. de iudi. c. dilecti. ver no 4 & vide Bar. in extrauaganti, ad reprimendam, qui de hac materia plene loquitur.

Iudex quando procedit non vt iudex, ſed vt bonus vir, quia cauſa cõmittitur ſibi, vt bono viro, poteſt ſecundũ inſtructionem ſuam ſe informare, & non procedere, cum cauſæ cognitione, nec partes vocare, no dom Anto de coſa cle. veſtra 38 colum.

Iudex in arbitrarijs, non tenetur ſequi formam iuris ſcriptam, ſed poteſt ſequi æquitatem, etiam non ſcriptam. no Bar. in l. 1. C de ſacroſanct. eccleſ. vide Dom. Anton. de conſti. verb. op quod immo.

Iudex ſine accuſatore, & abſque alio proceſſu, & alia probatione crimen cõmiſſum coram eo pro tribunali ſedente punire poteſt. vide ſub verbo notorium §. notorium quin.

Iudex qui ſecundum naturam cauſæ ſummarie poteſt procedere abſque iudiciario ordine, licet ordinem ſeruet, non vitiatur proceſſus, ſed ſi partes contradicunt, poſſunt appellare, no do. An de cohabit. cleric. cleric. c. veſtra. 44 col.

Iudex ſi via ordinaria incœpit procedere in cauſa, in quo poterat ordine non ſeruato procedere, an poſſit ab alia via procedere. Vide clem. ſæpe de verb. ſignific. ſuper partibus, & vide dom. Anton de iureiuran c. ad noſtram.

Iudex poteſt ex officio ſe informare in his, in quibus ſufficit ſummaria cognitio. not Rot. concluſione. 414 poteſt etiam in cauſa ordinaria compellere ex officio procuratorem exhibere mandatum, licet per partem, non opponatur quod ſit procurator, no de elect. ca. lib. 6. in glo. ſuper verbo abſentia. in fin.

Iudex põt de facto ſupplere ĩ quocũq; actu ex quo ſurgeret iudicij fruſtratio, & iõ ſupplet ẽt ineptitudinẽ libelli, no An de iud. c. cauſam Itẽ ſupplet in omnibus in quibus nõ ſolũ pars, ſed ẽt decor iudicij offendi potuit. no. do. Ant eo. tit c 1 ver. no. 4. quod in his, vide plene per do. Ant Quando poſſit iudex de facto ſupplere in c bonæ. de poſtu præla.

Iudex poteſt de facto ſupplere in his quæ ſibi vt iudici nota ſunt ex teſtibus, vel inſtrumentis, coram eo productis, no Ro. concluſione. 390. vide quod no de poſtu. prælat. c bonæ. Et vide, quod no Do Ant. de teſti. ſpol c 101. citæ. & in 2 op. Et quod idem. do An pulcre no. in c. cum dilectus, ver. 2 op. vide ſub verbo, notoria probatio ſi fiat.

Iudex poteſt reum condemnare, in expenſis etiam in libello non petitis, no. Ro. concluſione 323. Et in fructibus, quia acceſſorij ſunt. no. Ro concl 141.

Iudex qui partem inique lædit faciendo ſiue iudicando, punitur, & parti ad intereſſe tenetur, ſecus ſi partem lædit negligendo, no. do. Ant. ſecundum Hoſt. de priuil. c. dilecti & de re iud. c. 1. lib. 6 in glo, faciendo, in nouella Contrarium not. Bal. in l mancipia C de ſeruis fugit Sed aduerte, quod in caſibus expreſſis, in iure tenetur.

Iudex ex negligentia parti ad intereſſe in expenſis tenetur ex regula generali quæ dictat, quod ex eo, de quo poteſt quis criminaliter puniri, petet ciuiliter in factum ad intereſſe cõueniri, not. Bartol in l. fin. de variis, & extraord. cogni pet hoc dico vbi ex negligentia iudicis prouidetur læſo de beneficio reſtitutionis, vt in caſu l. ſed & ſi per prætorem, in principio & § ait prætor. ff ex quibus cau ma nõ hẽt locũ actio in factum contra iudicem, quia dicta regula generalis non comprehendit caſum in quo, de alio remedio, generaliter eſt prouiſum per l ſanctio legum. ff de pœnis maxime, quia remedium reſtitutionis, nõ eſt compatibile, cum actione in factum, vt l in cauſæ 2 in principio ff. de mino. vnde non eſt veriſimile, quòd legiſlator voluerit duo remedia contraria inducere, vt probatur, per rationem, tex. in d. l ſanctio legum in fi. vide inf § iudex, qui tulit.

Iudex datus in curia, vtrum poſſit citare ad partes, ſi hoc non exprimit in ſignatura, vide ſub verbo receptum in curiis.

Iudex recipiendo teſtes, ſuper articulis productis tacite admittit ipſos articulos, nec eſt neceſſaria alia admiſſio, no. Ro. cõcluſione 279

Iudex non ſolum poteſt reum abſoluere actore non probante, ſed poteſt ipſi actori ſuper petitis perpetuum ſilentium imponere, licet ipſe reus nullam petitionem dederit no. Rot. concluſione 116.

Iudex ordinarius, vel delegatus, ſi pronunciat ſe iudicem competentem, cum non ſit, an proceſſus per eum poſtea valeat ſi non appelletur, vide plene, per do. Ant in c præterea de dila. & de offi dele. c cum olim primo 3. col. & in fi. apparatus, vide inf. §. iudex qui prætendit.

Iudex ſi pronunciat aditus licet ſit competens, ſuper negotio principali, ita quod ſuper eo pronunciare non poſſit erit tamen iudex quoad expenſas, & intereſſe, in quibus partem poterit condemnare, not glo fi in c. vltimo. de reſcriptis, & in c. iudicare, licet nõ de re principali, no Io. An de ſimonia. c. per tuas c ſuper gl. ſi. Et ſi idem iudex ſuper principali procedat, proceſſus eſt nullus, ſi pars etiam non opponat, vt no. Inn & Io An in d. c diſpendia.

Iudex ſi ab initio non habuit iuriſdictionem, ſed lite pendente ſuperuenit, an proceſſus prius habitus validetur, & ſi poterit procedere, vno modo vt iudex, an acta valeant. Vide do. Anton. de reſcriptis. c cum ex officij.

Iudex qui non admiſſa exceptione ad vlteriora procedit tacite exceptionem reijcere, & propterea ab eo tamquam iuſte grauante appellari poteſt, tex. eſt. de libel. obla. c. ſi. & ibi no. do. Ant in ſecundo notabili.

Iudicis vel officialis aſſertioni, creditur in extraiudicialibus ad eius officium pertinentibus not Innoc. de præbend. c. quoniam contra falſam, & Bar in l ambitioſa. de decre. ab ordine faciend,

Iudex ſi citat aliquem ex priuilegio exemptum, an citatus teneatur comparere allegaturus priuilegium, vide ſub verbo citatio §. an citatus, teneatur.

Iudex quis dicatur competens in cauſa feudali, vide ſub verbo feudum. Et vide inf. §. iudex ſæcularis habens.

Iudex quis adeundus eſt, quando petitur laudum reduci ad arbitrium

bitrium

Digitized by Google

bitrium boni viri, an iudex petetur, vel ille contra quem petitur reduci ad arbitrium.

Iudex quis adeundus ſit, in cauſa reſtitutionis: quod ſi reſtitutio petitur aduerſus ſententiam, debet adiri ſuperior iudicantis Caſus eſt in l. 1. C. vbi & apud quem poteſt etiam adiri, ipſe idem, qui iudicauit, ſi ordinarius eſt l. in cauſæ §. ſi ff. de mino. ſi petitur aduerſus contractum, debet adiri iudex rei, caſus eſt in l. 2. eo. tit. & ita no. ibi, per Bar. & Bal. Sed glo. in l. minor autem in princ. de mino dicit, quod ſicut quis contra ſententiam propriam reſtituitur, ita, & contra ſententiam paris, quod non puto verum, quia par in parem non habet arbitrium, ſeu imperium, licet habeat imperium in ſe ipſum, ff de arbitr. l. nam magiſtratus. Si autem petitur reſtitutio ad proſequendam interpoſitam, cuius tempora ſunt decurſa, debet adiri iudex ad quem l. præſes C. de appel. ſed ſi petitur reſtitutio, ad appellationem interponendam poteſt adiri, tã iudex ad quem, quam iudex a quo. c. ſi ſæpius. de reſtit. ſpol. ver. aduerſus ſuam diffinitiuam ſententiam nõ reſtituit. ſed aduerſus interlocutoriam l. fin. C. vbi & apud quẽ. & no. Bar. in præall. legibus.

Iudex quilibet cenſetur competens, tam actoris, quam rei cui competit exceptio, licet non conſentiens implorat officium iudicis, ne ab actore inquieteretur, vide ſub verbo exceptio. § exceptionem habens &c.

Iudex quis dicatur competens in examinatione teſtium, quæ fit ad æternam rei memoriam, vide ſub verbo teſtis. §. quando &c. el primo.

Iudex qui vult procedere, vt in notorio, non habens iuriſdictionem, niſi in notoriis, coram eo negatur notorium, vtrũ poſſit de hoc cognoſcere, an notorium ſit, vide ſub verbo notorium §. notorium ſi coram.

Iudex habens iuriſdictionem, ratione certę qualitatis cauſæ, ita demum poteſt in ea procedere, ſi in libello ſuit illa qualitas expreſſa, & ſic ex deductis in libello menſurantur metæ iuriſdictionis not dom. Anton de iudic. ver. venio ad glo. Et aduerte quod ſufficit quantum ad exercitium iuriſdictionis dictã qualitatem in libello deductam, ſecus ſi de eius veritate dubitatur, vt ibi no eo cap. in prin. ver. no. quod dic fortius, quod etiam ſi illa qualitas non exprimitur, ſi tamen ſub generalibus verbis libelli includi poteſt, ſufficit, ſi aduerſarius nõ opponit. Sed ſi in principio opponeret, circa iuriſdictionem, repelleretur actor, niſi in additione ad libellum. vel in alia poſtea ſpecificaret cauſam exprimentem iuriſdictionem. vt no, idem do. Ant. eo c. ver venio ad ſecundum.

Iudex cui in certo eſt prohibita iuriſdictio, ſi procedit, & nõ opponitur, valet proceſſus, & ſententia per eum lata niſi iuriſdictio ſit prohibita, & alteri attributa, ſecundum Hoſt. quod eſt notabile, vt no do. Ant. de iud. c ceterum. circa finem, vel ab initio ſit prohibita, & conſequenter limitata. vt not. dom. Ant de reſcrip. c. ſuper literis. tertia col.

Iudex contra quem opponitur de incompetentia, ratione infamiæ, vel criminis, poteſt cognoſcere, an ſit iudex, quia non iudicat ſuper infamia, vel crimine, vel ſit iudex no do Anto. de iudic. c. ceterum. ver. venio ad ſecundum vide inf. in § iudex qui.

Iudex non cognoſcit an ſit iudex, quando exercitium iuriſdictionis agit ex aliquo cõmodo iudici applicando, & quando agitur de proprietate alicuius iuris, vel cauſæ deferentis iuriſdict. & ideo ſi conuentus dicat ſe exemptum, de hoc iudex non cognoſcit.

Item ſi data ſub tali poteſtate iuriſdictionali, reuocatur in dubium an ſit poteſtas, vel epiſcopus. Et prædicta procedunt, quando vltra iuriſdictionis exercitium id, ad quod infertur præiudicium, tangit iudicem, & partes, ſecus ſi reſpiciat præiudicium tertii Et ideo ſi reuocatur in dubium, an locus cõtractus, vel delicti, ſit de territorio iudicis, punire volentis, de hoc cognoſcere poterit, quia tale præiudicium tertij nõ ponderatur. ſecundum Inno. ſi tamen hoc caſu pars recuſaret eũ vt ſuſpectum, vel peteret a ſuperiore cauſam ad ſe reuocari, forte deberet audiri, quia licet tertio non poſſet præiudicare tamen veriſimile eſt, quod fauebit ei, quod alias defendit, licet inter alios, ar. eius, quod de ſimili cauſa dicitur. no dom. Ant de iudi. c cæterum, ver venio ad 2.

Iudex an poſſit cõmittere parti officium executionis, vide do Ant. de iud. cap. 1. ver. no. tertio practicam, & ver examinemus.

Iudex poteſt ĩterrogare partem circa principalem queſtionem in 11. caſibus, ſed extra principalem quæſtionem interrogat, vbicumque equitas ſuadet, & ante litis conte. & poſt, & etiã poſt conmiſſionem in cauſa, non ſolum ad dubiam probationem declarandam, ſed etiam ad ipſam fundandam, quod eſt notandum. vt no. do Ant de iudi ca 1 ver. no ſexto iudicem, & vide omnino ſub verbo interrogationi concernent.

Iudex poteſt de cauſa propria cognoſcere, & iudicare, quando non recognoſcit ſuperiorem, no do. Ant de iudic c. cum venniſſent ver. op 5 ſed ſi ſuperiorem recognoſcit, tunc cognoſcere non poteſt de cauſa propria, nec de iniuria eius perſonali, nec infamia propria, niſi ex hoc inſurgeret turbatio iuriſdictionis, & hoc faceret ſpecialiter, ad tuendam iuriſdictionẽ vel niſi iniuria perſonalis ſit manifeſta, quia tunc magis eſt exequutor, quam iudex, ideo reuocari non poteſt ſecundum Inno. Cy. & Bar. quod non placet, quia etiam in notoriis ſnĩa fertur, licet ordo ſit iudiciarius, quod de iniuria reſpiciente dignitatem poteſt indiſtincte cognoſcere. vt no dom. Anto. eo. c. ver inferior autem.

Iudex poteſt eſſe quilibet prælatus, in cauſa eccleſiæ ſuæ, & etiã in cauſa ſpectante, ad ſuam menſam, poteſt tamen recuſari ſaltem, vt alius ei aſſocietur, quia & conſanguineus eius recuſatur. ergo multo fortius ipſe prælatus. cauſam autem patrimonialem non cognoſcit, nec de iniuria eius perſonali, niſi notoria ſit, ſecundum Inno. ſed in cauſa tangente eccleſiã non cognoſcet, vt ſi diceretur epiſcopo, quod eſſet ſimoniacus, extraiudicialiter autem ad defenſionem propriam poſſet ſpiritualiter ſententiare excommunicatũ, & talis excommunicatio dicitur potius extraiudicialis not do Ant. in cap. cum veniſſent. de iudi ver. inferior autem ſecundum Innoc. dicitur, quod etiam in cauſa eccleſiæ ſuæ, prælatus non eſt iudex competens quia in cauſa ſua iudex eſſet. Hoſt dicit contrarium. vt recitat Io. An in c ex par in 6 de verbo. ſi. & opi. ſequitur Bal in l. 1 C. ne quis in ſua cauſa

Iudex ordinarius, vel etiam delegatus, qui competens erat, contra aliquem intelligitur competens etiam cõtra eius vniuerſalem ſucceſſorem accipientem ius a prædeceſſore, non prętenditius, ſicut eſt in ſuccedẽte in eccleſia, vel comitatu, vel alia dignitate. nunc ſucceſſor conuenitur, coram ſuo primo iudice, niſi queſtio eſſet realis, hoc eſt tangens, eccleſiam, vel dignitatem, & non proprium titulum in eccleſia. contra ſingularem vero ſucceſſorem, etiam cum vitio ſuccedentem, non cenſetur ordinarius iudex competens. Imo ipſe ſingularis ſucceſſor, cõueniri debet corã ſuo primo iudice, non coram ordinario prædeceſſore ſui, cui in iure ſuccedit, quia iuriſdictio ſucceſſit, ordinaria, nec extenditur de vna perſona ad aliam, niſi quatenus, iure cautum reperitur. not. do Ant. de iudi 5. ver. venio ad quintum, in delegato autem contra prędeceſſorem dic, vt in §. qui ſtatim prox. ſequitur.

Iudex delegatus contra vnum, poteſt vti iuriſdictione delegata contra ſingularem ſucceſſorem rei, & ſic iuriſdictio delegata reſtricta ex concluſione reſcrip ad vnam ſpeciem actionis, tranſit ad aliam perſonam, contra quam eadem actio competit in generali, licet diuerſa ſit in ſpecie no. do Anto. de iudi. capitu quia. 5. verſiculo tertio notab 3 prædicta intellige, quando contra ſucceſſorem competeret. condictio. ex l ſi coloni. vel ſæpe, ſecus ſi tantum competeret condictio ex canone redintegranda. tamen Innoc & Hoſt. dicunt, quod nullo caſu extẽditur iuriſdictio ad ſingularem ſucceſſorem, niſi in reſcripto delegata ſit illa clauſula amoto quolibet illicito detentore. Et quo ad prædicta. dicitur ſucceſſor in vitio, qui ſecus ſciens rem ablatam, eam occupat Idem, & ſi ignoret ablatam, ſcit tamen eam ad ſe non pertinere, & eam ingreditur propria auctoritate. vt no. dom. Anto. eo. cap. ver. venio ad glo.

Iudex, cui a lege tribuitur iuriſdictio ſuper cauſa proprietatis, non cenſetur iudex ſuper cauſa poſſeſſionis in quantum poſſeſſor, non habet annexam cauſam proprietatis. Et ſic vnus erat iudex in petitorio, alter in poſſeſſorio, nec diceretur habere contrarietatem iuriſdictionis, quod eſt notandum. vt no. Inn de iud c. ceterum ver venio ad gl.

Iudex aditus in reali contra aliquem, tamquam contra poſſeſſorem, qui tamen non poſſidebat, licet non poſſit conuentũ condemnare ad reſtituendum, poteſt tamen ſententiam declaratoriam ferre pro actore, & proderit, & ſententiam, ad executionem, ſi propterea reperiatur aduerſarius poſſidere no. do. Ant. de iud c dilecti. ad fi

Iudex an poſſit recuſari, quando habet poteſtatem procedendi appellatione remota. vide do. Ant. de appell c. paſtoralis. §. coſu in fi.

Iudex non poteſt recuſari, vt ſuſpectus, qui procedit ſuper notorio. no gl in c. 1. de off. deleg lib. 6 niſi notorium eſſet tale, quod non haberet pœnam certam, ſed arbitrariam, & no. do. Ant. de appel. c. cum ſpeciali. ver. oppo. quod non poſſint & vide omnino, ſub verbo notorium. §. notorium operatur quod iudex.

Iudex ordinarius, poteſt recuſari etiam de iure ciuili, quãdo eſt inimicus in inimicitia capita. no. Bal in l. 1. C. ſi qua prædi po.

Iudex ordinarius poteſt recuſari ſaltem, vt alius ei aſſocietur, quando prælatus in cam eccleſiæ ſuæ, vel ſpectante ad menſam

ſam

Digitized by Google

ſam ſuam cognoſcit, no. dom. Ant. de iudi. c. cum veniſſent. ver. inferior autem.

Iudex poteſt recuſari per partem, cum qua habet litem, non ſolum proprium. ſed etiam ſi parti in lite alteri aduerſatur. no. do. Ant. de iud. c. ver. non aduerſarium ſecundo.

Iudex quando vnus eſt ſolus, poteſt recuſari, ſi caput eſt metropolitanus, ſuſpectus eſt, ſecus ſi caput non eſt ſuſpectum, licet alij maiores de conſilio ſint ſuſpecti, niſi caput non poſſet iudicare ſine aliorum conſenſu, vt no. do. Ant. de iud. c. 1. ver. opp. a quod hoc.

Iudex ordinarius poteſt recuſari, quando habet aſſeſſorem, vel conſultorem, cuius conſilium ex forma alicuius cõſtitutionis ſequi tenetur, ſi autem non arctatur, ad conſilium ſequẽdum, arctatur tamen ad habendum, tunc inſpicitur qualitas perſonæ iudicis, an talis ſit, qui ad dictum conſultorem de facili moueretur, vel non, vt no. Innoc. & do. Ant. in c. 1. ver. oppo. a. quod hæc.

Iudex ordinarius licet ſit ſuſpectus, tamen propter eius ſuſpicionem vicarius ſuus, licet habeat idem tribunal, nõ poteſt, vt ſuſpectus, recuſari nec econtra. vt not Bald in l. 1. C. ſi qua præd. pot. & hoc vltimum limita. vt no. ſup. § proximo.

Iudex poteſt recuſari, ut ſuſpectus, uſque ad litem conteſt. non obſtante quod recuſans, aliquem actum geſſerit, coram ipſo iudice, nec intelligitur pars, in ipſum iudicem conſentire, licet copiam reſcripti vel libelli, uel licet cautionem dederit de ſtando iuri, nã per tales actus, non cenſetur pars renunciare excep. declinatoriæ, ut no. do. Ant. de re iud. c. inter monia. uer. opp. quod poſt.

Iudex ſicut poſt litem conteſtatam poteſt recuſari actu ex cã de nouo ſuperueniente; Ita etiam quando petitur aſſociari, alter propter ſuſpicionem. De utroque caſu, ſtetur dicto partis, dicentis ſe nouum habere iudicem indubitatum, in ſuſpectum. no. do. Ant. de iud. c. 1. uer. opp. quod hæc.

Iudex ſubdelegatus, debet recuſari non coram eo, ſed coram ſubdelegante, quando nõ fuit ſubdelegatus, in totum, ſi res eſt integra. ſecundum Inno. & quando dicatur integra. uide Io. And. in addi. Spec. in ti. de recu. § 2. ad fi.

Iudex ex quibus cauſis poteſt recuſari. uide in c. accedens. 2. ut lite non conte. & de off. delega. cum R. de app. poſtremo, & plene per do. Ant. in c. cum ſpeciali. de appellat. lib. 6. nouella, & per Specul. in ti. deleg. §. ſupereſt.

Iudex delegatus ſi eſt parti ſuſpectus, poteſt antequam recuſetur alteri delegare, ſed poſt recuſationem, non poteſt niſi parte conſentiente, & ſi ſuper recuſatione pronunciatur, tunc non poteſt, etiam conſentiente parte cõmittere, ut patet in tex. de off. leg. lib 6.

Iudex ſi poſt recuſationem, de eo factam, uel poſt relationẽ per eum factam procedit, an ualeat proceſſus, ſi non appelletur. uide ſub uerbo iuriſdictio §. iuriſdictio ſicut ſuſpenditur.

Iudex inferior a Papa non poteſt cauſam committere tractandam. præter tamen ius canonicum, & eius æquitatem, & ſecundum iuris ciuilis rigore. no. do. Anto. de iudi. dilecti. uer. cap. intellectum.

Iudex ſiue ſit eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis, debet omnes cauſas, eccleſiaſticas, coram eo vertentes cognoſcere, & pronunciare ſecundum canones, ſi materia eſt ciuilis, tamen ſequenda eſt in ſoro ſuo. dummodo non iudicat ad peccandum.

Item ſi mã eſt mixta, quia lex ſeruatur in foro ciuili, & canon in foro canonico, quando fori ſunt diuiſi, niſi materia ſit pia, quia tunc ſemper canon eſt ſeruandus, & ideo in cauſis libertatis teſtium ad pias cauſas, pupillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miſerabilium perſonarum lex contraria canoni non ſeruatur. Si autem fori, non ſunt diuiſi. ſed ambo in eccleſiam vniti. vt quia eccleſia in loco habet iuriſdictionem ſpiritualem, & corporalem ab initio, vel ex accidenti, vel ex conſuetudine, tunc canon ſeruandus eſt. Et ubi iudices ſæculares, non vellent ſeruare canones in materia peccãt, & poſſent per eccleſiaſticos iudices ad hoc compelli. ut no. do. Ant. de iudic. c. cleri.

Iudex inferior non cognoſcit de priuilegio Papæ, ideo ſi producatur priuilegium exemptionis ad præiudicium Papæ, de illo non iudicat inferior. Idẽ ſi vertitur in dubium quæſtio de poteſtate Papæ concedentis potuerit, vel non, ſed vertitur in dubium de validitate priuilegij ab eo conceſſi, ſiue de eius intentione tunc ſi dubium non eſt probabile, vt quia de hoc apparet caſus apertus, vel eſt decidibile, per aliquas vel opiniones omnes, inferior poteſt cognoſcere, ſicut videmus cognoſcere cotidie iudices, & ſuper talibus iudicare, quando incidenter veniunt, ſecus quando principaliter ſuper hoc adderetur, quia tunc Papa eſt adeundus. Si autem ibi cadit circa veritatem, vel falſitatem narratorum, in priuilegio inferior cognoſcit. Idem ſi dubitatur de priuilegiato, ſ. an ſit capax priuilegij. Sed ſi dubitatio eſt ſolum circa priuilegij verba, ſolus Papa vel alter de eius mandato cognoſcit, & hæc vera in priuilegiis cõceſſis a Papa. De priuilegiis autem ipſi Papæ conceſſis, ipſe ſolus iudicat. Aduerte quòd licet inferior non cognoſcat de priuilegio, & diſpenſatione Papę, principaliter cognoſcit, tamen de extrinſecis, conſecutiuis ad illam, vt ſi diſpenſatum eſt in duobus curatis, cognoſcit in cura animarum, negligatur, vt no. do Ant de iudi. c. cum veniſſent.

Iudex inferior non poteſt cognoſcere de cauſa quę ſemel eſt ad curiam Romanam deuoluta, vt no Ro. conclu 110. vide omnino. c. ſi duobus. de appel & quod ibi no. Innoc & Io. Anto. vbi ſingulariter limitãtur prædicta.

Iudex inferior, ſi cognoſcit de eo, quod ad ſolum ſuperiorem ſpectat, ſententia per eum lata, eſt nulla, quia hic eſt defectus poteſtatis. no. do. Ant de iudic c cum veniſſent. 2 in fi.

Iuriſdictio alias iudex inferior, cui eſt attributa ſpãliter iuriſdictio reſpectu certæ perſonæ in tantũ remanet iudex, in quantum vigil eſt in exercenda iuſtitia, & inquantum eam poteſt exercere, ſed data negligentia, vel impotentia exercendi, propter proteruitatem ſubditorũ, reuoluitur iuriſdictio ad antiquum ſuperiorem, & ſic quandoque ex defectu ſubditi priuatur dominus iuriſdictione, ne iuſtitia periclitetur. no Do. Ant. de iudic. c. ceterum. ver not. quòd vbi tribuitur.

Iudex ordinarius non poteſt cognoſcere de cauſa, cuius iuriſdictio eſt attributa alteri ſpecialiter, quia hæc ipſo iure a iuriſdictione ordinarij cenſetur exempta. quod eſt verum, quando illa ſpecialis iuriſdictio, attribuitur certæ perſonæ, in quã debet exerceri. Secus, ſi reſpectu territorii. quòd eſt notabile no. do. Ant de iudic c. ceterum. ver. no. quod ubi, & no. in §. iudex ordinarius, an poſſit.

Iudex debet habere iuriſdictionem ordinariam, quando habet eam a lege. no do. Anto. de iudi. c. ceterum ver venio ad ſecundum. Item ſubſtitutus loco ordinarij, vel eius vices gerens, dicitur ordinarius. no gl in l. necquicquam. § vbi decretum. ff. de off. procon. & l. e. & l. a. C. de off. eius, qui vi alte. obti. & ordinaria iuriſdictio non datur, niſi per principalem, legem, vniuerſitatem, vel conſuetudinem. no Ro. concl 301.

Iudices ſi ſunt plures, quibus lex tribuit iuriſdictionem, non dicitur data, cuilibet in ſolidum. ſed omnibus ſimul poſſunt tamen inter ſe aliquos eligere, qui cognoſcant, & eligendo delegare videntur, & illi electi, partim ordinaria, & partim delegata iuriſdictione vtentur no do. Ant. de iud. c. ceterum. penul. col. ver. quæro quando pars.

Iudex ordinarius an poſſit cognoſcere de cauſis inferiorum iudicum, & ſubditorum, & an ſit locus præuẽtioni, & an ſi inferior præuenit, poſſit vetari, ne procedat vide Io An. & plene per do. Ant de off. ordi c. paſtoralis in prin. & vide aliquid per Lap in c. 1. de religio. do. & per Bar. ff de iudi l iudicium.

Iudex ordinarius non poteſt per ſe, nec per alium in territorio alienæ iuriſdictionis de conſenſu partium iuriſdictionẽ exercere, ſecundum Inno niſi iudex illius territorii conſentiat, no. Ro. conclu. 299. ver. ſecundum dubium.

Iudex ordinarius, poteſt reuocare delegatum, etiam poſt litem conteſta. ff. de iud. l ſoluitur iudicium, & ibi per Bar.

Iudex ordinarius, non poteſt alteri delegare cauſam ſibi, & clerico commiſſam. No. dom. And. de iud. c. decernimus. verſi. numquid autem poſſit.

Iudex ordinarius non poteſt corrigere ſententiam annullandã, ſed poteſt reuocare ſententiam nullam, & de nouo procedere. Delegatus autem, omnem actum eius, nullum reuocare poteſt, de nouo autem facere nequit, propter diffinitiuã ſententiam, vel quæ diffinitiuæ vim habeat, quæ licet nulla ſit, de nouo ſententiare non poteſt, niſi lata ſuper matrimonio carnali, vel ſpirituali, vel beneficiali cauſa, quia in cauſa beneficiali illa non tranſit in rem iudic. quod eſt verum ſi error, & iniquitas, apparet euidenter, ex ſententia, vel ex actis, & tunc reuocari poteſt, tam per delegatum quam per ordinarium, ac ſi error fuiſſet in ſententia expreſſus, no. Ro cõc. 334. do. Ant. dicit, quod idem eſt in ſententia lata, in cauſa beneficiali, quam in aliis ſententiis. v t ipſe no. in c. qualiter. 1. de accu. ad fin.

Iudex poteſt reuocare interlocutoriam etiam per quam pronunciauit, appellationem deſertam, quia talis ſententia habetur quoad hoc pro interlocutoria, no Ro. concl. 832. Idem tenet do. Ant. de appel c cum ceſſante 5. colu ver ex his deciditur. Bar. dicit, quod interlocutoria per quam pronunciat, quis ſe non iudicem, non poteſt pronuncians reuocare. Et idem in interlocutoria, quæ cõtinet aliquid dari, vel fieri, vt ipſe not. ff. de iudic. l. quod iuſſit. Vide ibi Barto. qui pleno loquitur, & dicit, quod omnis interlocutoria, a qua eſt appellatum, poteſt reuocari. Not pleniſſime per dom Ant in d. c. cum ceſſante. vbi tractat de reuocatione tam diffinitiuæ, quã interlocutoriæ.



Digitized by Google

Iudex delegatus a Papa. ſi non eſt in dignitate conſtitutus ſecũdum formam, in c ſtatutum de reſcr. nõ valet delegatio, niſi Papa contra tex ſibi cauſam, vt ſimplici cleric hoc expreſſo, in reſcripto, quia tunc ex certa ſcientia, commiſiſſe videtur, vt no. de reſcr c. ſtatutum in prin. lib 6. in gl. ſuper verbo literarum, cum duab. gl ſequ. Item dicti. c. ſtatutum. & ſolennitates ibi poſitæ procedunt, quando delegatur, vel ſubdelegatur vnus articulus cauſæ, vel mera exequutio, ex hoc apparet, quod dictum c. ſtatutum, non habet locum in executoria gratiæ, datę cum clauſula, vocatis vocandis, quia talis non eſt merus exequutor, vt no. Ro. conclu. 394. Item dictum c. ſtatutum, procedit dumtaxat in delegatione, quæ fit inter clericos, & ſic non habet locum, in ea quæ fit inter laicos, ſecundũ Io. And. in c. tua nobis, de appell. Et ita loquitur do. Ant. de iud. c. decernimus ver numquid autem inter laicos. Item c. ſtatutum, non habet locum niſi partes conſentiant quod taliter procedatur, quod eſt verum, quo ad loca, non quo ad perſonas. vt not. Rot. conclu. 389 vide omnino. ſub verbo dignitas eſt, eſſe canonicum.

Iudex delegatus a Papa, ſiue a Principe. poteſt alteri ſubdelegare, no. Ro conclu 249. non poteſt tamen paſſim hoc facere, ſi quando vult malitioſe ſe exonerare. no. Ro cõcl 434. Delegatus antem a delegato Principis, non poteſt ſubdelegare articulum cauſæ cognitionem requirentem ętiam partibus conſentientibus, vt no. Ro conclu. 349. nec poteſt ſubdelegare totam cauſam, licet in delegatione ſibi facta expreſſum ſit quod poſsit per ſe, vel per alium de cauſa cognoſcere, vt not. Ro conclu. 381. hoc vltimum limita niſi princeps delegato ſuo commiſerit, quod ſubdelegatus ab eo ſubdelegare poſſit, quia idem poteſt ordinarius facere ſubdelegando. vt no. Io. And in c. is cui de off. deleg. lib 6.

Iudex delegatus a Principe, licet ſubdelegat, & alteri vices ſuas committat generaliter in omnibus cauſis, in quibus eſt, vel erit delegatus, quando talis ſubdelegatus non valet quo ad cauſas, quæ non erant ſibi commiſſæ, tempore delegationis, licet pauca committantur, no. Ro. conclu. 428. in prin ſecus in ordinario, qui iure proprio poteſt etiam cauſas, & negotia committere expedire. vt no. Ro. conclu. 236.

Iudex delegatus ab altero ordinario ad vnam cauſam tantum, licet non poſsit ſubdelegare totam, nec aliquem articulum cauſæ cognitionem requirentem. vt not. Rot conclu. 249. nudã tamen, examinationem teſtium per eum receptorum ſubdelegare poteſt, quando in delegatione ſibi facta expreſſe dicitur, quod poſsit per ſe, vel per prælatum de cauſa cognoſcere, vt no Ro. conclu 291. & aliquid tangitur conclu 361.

Iudex delegatus habens ptãtẽ ſubdelegandi, antequã ſubdelegatus incipiat iuriſdõne vti, expirat ſubdele. no Ro. cõcl. 392.

Iudex delegatus ſi moritur, ante cauſam finitam, non tranſit exercitium iuriſdictionis in ſucceſſorem ſi delegatio fuit facta ſub nomine proprio, ſed ſi ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate de off dele. quoniam Abbas, & no do. Ant. de iud. c. quia V. verſ. venio ad quintum hoc vltimum limita niſi delegatus ſit propinquus delegantis, quia tunc reſpectu affectus pręfectæ perſonæ, non reſpectu dignitatis videtur delegaſſe, vt no de ſeſta cap ſi. lib 6. in glo. pen. Sed in gl. loquitur, quando negotium quod committitur ptioer ad communitatem, iure priuato, in quo cadit affectio.

Iudex delegatus ab Archiepiſcopo tenetur ſeruare ſtatutũ Archiepiſcopi. no. do. Ant. de iudi. c. dilecti ver. ad intellectum.

Iudices delegati ſi ſunt plures cum clauſula, quod ſi non omnes &c. non poſſunt ex eis in cauſa procedere narrando tertium eorum collegam abſentem, vel impeditũ, etiam ſi hoc verum ſit, niſi eis conſtet de impedimento, vel abſentia per literas, vel per nuncium ipſius tertii no. Rot concluſ. 230 Et proceſſus per eos aliter habitus eſt nullus, nec per tertium ratificari poteſt. Prædicta procedunt in cauſis prophanis, ſecus in beneficialibus, in quibus ſufficit veritatẽ, impedienti adeſſe licet collegis, vt præfertur præcedentibus non ſit nota, dum tamen poſtea de illa conſtet. vt no. Ro. conclu. 161.

Iudex ſi procedat contra contumacem ignorans contumaciã non valet proceſſus vt no Bar. in l multum, de condi. & demon ſed contra no Bal in l falſus. C. de furtis.

Iudex delegatus ſi ignorat ſe iudicem, & procedat, & ſententia fertur, ſententia non valet, quia oportet quod ſciat ſe iudicem, vt probatur per tex de eo, qui pro tutore. l. quæro. & ibi no Bar. Et vide not per eũ in l multum de condi. & dem. Et idem no do. Ant de cohab cleri. c. veſtra. 17 col. verſ. iſta materia eſt periculoſa, vt de off deleg. c. prudentiam, in prin. verſ per eum plenius no. 17 colu. ver. reſtat videre ſecundo dic, quod ſi iudex ignoret penitus, ſe iuriſdictionem habere, non valet, quod agit. Et illa regula numquam fallit, ſecus ſi ſcit ſe iuriſdictionem habere Sed ignorat, vel dubitat, an ſuper hos caſus, vel has perſonas habeat, & ita ſubtiliter no. Anto. in l. a. §. conuenire. Et idem etiam ſentit. do. Ant. in c. vlt. per gl de off. deleg. 13. col. verſ. requiritur 3. nam vide, quod ipſe no de appe c. ſi duob. de illa præterea & vide in § iudex, qui poteſt procedere ex vno, & ſi eſt delegatus Papæ.

Iudex qui poteſt procedere ex vno capite, erit delegatus a Principe, modo id ſciat per literas, nec ſufficit per teſtes, vt Ioan. Andr. de reg iur. c cum quid. lib. 6. in nouella. Ideo dicit Ro. quod delegatus non acquirit iuriſdictionem, niſi ſciat ſe delegatum, & conſentiat, & hoc de iure canonico, quidquid ſit de iure ciuili. vt no. Ro. concluſ. 438. ver. circa tertium. ſed alibi dicit Ro. quod licet ante reſcriptum delegationis iudici præſentatum, non poſſit iudex exercere, aliquam iuriſdictionem habet & acquirit, licet illam ignoret. Hinc eſt, quod ſuper perſonas, in reſcripto non expreſſas, etiam ante ipſarũ expreſſionem habet iuriſdictionem, licet non iuriſdõnis exercitium. no. Ro. conclu. 202. prędicta procedunt in prophanis ſed in beneficialibus videtur, ne dum iuriſdictionem, ſed etiã exercitium eius habeat, antequam ſciat. vt not. Rot. conclu. 162. Et per hoc patet, quod in beneficialibus valet proceſſus eius, qui putat iudicem ſe eſſe, & in veritate iudex eſt licet ſibi legitime non conſtet ſe fore iudicem, vt colligitur ex dicta conclu. 161. Sufficit ergo in beneficialibus, quod opinio iudicis cum veritate, concordet, quod non, ſed omnino, i quod oportet iudicem procedentem ſcire ſe iudicem, & notaoi habere poteſtatem, ſibi conceſſam pure, vel in euentũ, ſecundum prius dicta. Sed non requiritur quod ſciat illũ euẽtum eueniſſe, ſed ſufficit illum putare, quod euenit, & ita loquitur dicta conclu 162. Oportet ergo quod principalis poteſtas, & delegatio ſit ei nota, ſed non purificatio delegationis in beneficialibus.

Iudex delegatus, an poſſit inuocare auxilium brachii ſęcularis, ſi ei hoc ſpecialiter, non eſt commiſſum. Archid. dicit, quod no in c. vt officium, §. denique de hæreti. lib 6. ſed Inn. Hoſt. & Io. Andr. tenent contrarium in c. ſignificaſti. de off. deleg. & hoc verius. de iure ſcripto. ſtylus tamen curię ſeruat illam primam opinionem, & ſecundum illam licet non poſſet delegata inuocare brachij ſæcularis auxilium, poteſt tamen requirere ordinarium, & eum compellere, vt inuocet auxiliũ brachii ſæcularis, vt no. Io. And. in c. ſignificaſti.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt, nec debet requirere brachium ſæculare, niſi in ſubſidium, quando poteſtas eccleſiaſtica deficit facto, vel verſatur circa ſubditos corrigendos, non ergo poteſt principaliter inuocare. Et ideo iudex eccleſiaſticus, nõ poteſt arctare ſæcularem ad carcerandum clericos pro debitis, niſi vbi ipſe non habet poteſtatem carcerandi, & carceres habiles ad clericos detinẽdos. no. do. Ant. de iud. c. cum nota ab homine. ver. no. quod ceſſantibus.

Iudex eccleſiaſticus, quando requirit brachium ſæculare non habet iudex ſæcularis inquirere, an iuſte petat, vel non, quod eſt verum, quando illud petit pro executione ſentẽtię, ſecus ſi non præcedente ſententia brachium implorat, quia tunc iniuſte peteret, non tenetur iudex ſæcularis eum impendere ſecundum Inno. & no. do. Ant. de officio ordinarii. c. 1.

Iudex eccleſiaſticus, an & quando poſſit cognoſcere de cauſis pauperum, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, & qui dicantur pauperes, & miſerabiles perſonæ vide Inno & do. Ant de off deleg, c ſignificantibus,

Iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de cauſis penitentiom, & incidenter poteſt cognoſcere de omni cauſa temporali, no. dom Ant. de iud. c quanto ver. circa hoc vltimum. vide quod ipſe no. de ordi. cogn. c. tuam. verſi. oppo de incidenti. & in c. 3. de donation. inter vir. & vxor. & c. lator. qui filii ſint legit. vbi indiſtincte tenet, quod poteſt de omni incidenti cognoſcere, propter excellentiam iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

Iudex eccleſiaſticus rei eccleſiaſticæ alienandæ, vel alteri eccleſiæ vniẽdæ debet ipſi alienationi, vel huiuſmodi interponere auctoritatẽ, non autẽ iudex eccleſiæ cui fit vnio. Ro. cõcl. 173.

Iudex eccleſiaſticus ſemper eſt iudex competens, quando dubium eſt, an iuriſdictio ſpectet ad eccleſiaſticum, vel ad ſæcularem. Nam eccleſiaſticus tamquam maior cognoſcit, nec ſecum iungitur ſæcularis, & hoc in ordinariis. Secus in delegatis, in quibus ſi dubitatio occurrit. ad quem iuriſdictio ſpectet coniunguntur, & ſimul cognoſcunt eccleſiaſticus, & ſæcularis ſecundum Inno. vt no. do. Ant. de iudi. c. ceterum. verſ. venio ad gl.

Iudex eccleſiaſticus eſt iudex competens contra laicum, qui clericum ſpoliauit non ſolum bonis eccleſiæ, ſed etiam patrimonialibus, quia ſacrilegium committit, quod eſt crimen eccleſiaſticum, & aduerte, competens eſt etiam ſi dubitetur an ſacrilegium commiſerit, vel etiam ſpoliatio poſſit includi no do. Ant. de iudi. c. ceterum. verſ. venio ad gl.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri contra laicum quando tangitur cauſa iuramenti, vel quando agitur ad infringendum prę

ceptum

Digitized by Google

ceptum factum contra legem diuinam, vel contra pietatem naturalem, vt ſi cui præcipiatur quod filium exhæredet ſine cauſa, quòd tale præceptum nutrit peccatum. no do. Ant de iureiur. c Quintauallis ver opp a.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri ex pacto nudo, ex quo licet nõ oriatur formalis actio, oritur tamen ius agendi. Et aduerte, quia videtur, quod tale ius agendi poſſit ad iudicium deduci abſque eo quod peruematur ad actum denuntiacionis euangelicæ no. do. Ant. de iud c. dilecti ver no. tertio.

Iudex eccleſiaſticus poteſt etiam inter laicos cognoſcere de cauſa contractus, iuramento firmati, & in omni caſu in quo dat exequutionem agendo, vel excipiendo no dom. Ant. de fo. compe. c cum ſuper. 5. col ver. tertius caſus.

Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri etiam vbi æquitas, vel canonica ſcripta non ſuadẽt ius agendi, vel quando quis excluditur a petendo pacto, vel iuramento, ſed factum quod proponitur coram iudice eſt tale, quod ſecundum canonicam æquitatem mouere debet iudicis officium, aliquid agendum in materia concurrente, & nunc enim licet excluſus, non poſſit agere, nec concludere, vt aliquid ſibi detur pacto, vel iuramento obſtante poteſt tamen aduerſarij ſui iniquitatem iudici notificare, & etiam tamquam incitator, & excitator officij in dictis, intimare, & concludere iudici, vt faciat quod ſibi videatur æquum. Et iudex hoc agere debet, ne ille maneat in peccato, & cum non poſſet aliter pœnitere niſi reſtituat, venit reſtitutio in conſequẽtiam, & ſuper tali cauſa admittetur iſte intimans tamquam teſtis, & computabitur in numero teſtium, & hac via agi poteſt. Nam licet quis iuramento excludatur a petendo, non excluditur, ab officio iudicis implorando modo præmiſſo. no. do. Anto. de iudi. c. dilecti. ver ſed agenti, &c.

Iudex eccleſiaſticus, poteſt adiri pro purgatione cuiuslibet crīs manifeſti, vt appellatur quis a peccato deſiſtere, & poterit ipſum compellere ad pœnitentiam, & in talibus probationes receptæ corã iudice ſęculari contra laicum faciunt fidem coram eccleſiaſtico, probatio autem exceptionis ſuper hæreſi facta coram ſęculari, an faciat fidem coram eccleſiaſtico eſt in arbitrio iudicis, vt no do Ant. de iudi. c. at ſi clerici. in prin. ver opp. quod conuictus.

Iudex eccleſiaſticus, cui fit remiſſio per alium indicem, non arctatur ſtare actis factis coram iudice remittente, etiam ſi remittens fuerit iudex competens. ſecundum Innoc. an iudex ſęcularis arctetur ſtare actis iudicis eccleſiaſtici, vide dom. Ant. de iud. c. at ſi clerici, in prin. actis tamen factis coram iudice ſæculari, contra laicum eſt adhibenda fides coram iudice eccleſiaſtico ſi agatur contra eum coram, vt not. do. Ant. eo. c. in prin. ver. ſi opponitur quod contra conuinctus.

Iudex ſæcularis, habens iuriſdictionem ratione feudi, non poteſt cognoſcere ſuper clericũ vaſallum etiam de cauſa feudali no. do Ant de iud. c. at ſi clerici. in princ. ver. opp contra gl ſed contrarium dicit gl quam. do Anto. pro ſe allegat. 11. q 1. in ſumma Vide ſub verbo feudũ §. feudi. quæſt. quando eſt de iuriſdictione.

Iudex ſæcularis, non poteſt cognoſcere ſuper clericum, de aliquo crimine, & ſi de crimine ciuiliter agatur, ſiue clericus conueniatur, ſiue etiam per modum exceptionis, puta quod nõ poſſit eſſe teſtis no. do. Ant. de iud. c at ſi clerici. ver. ad 3.

Iudex ſæcularis poteſt interponere auctoritatem ſuper emancipatione quam facit pater laicus de filio clerico, & quod dicitur quod actor ſequitur forum rei, verum eſt, quando iudicium redditur in inuitũ poteſt tamen dicta emancipatio fieri etiam coram iudice eccleſiaſtico eius filii clerici. not. Rot. concluſ. 173.

Iudex ſæcularis nõ poteſt cognoſcere, an filius ſit legitimus. no. Ro concluſ 173. vide do. Anto. de ordi. cogn c. tuam. & qui fi. ſint legit. c. lator.

Iudex non cognoſcit ſæcularis de cauſa iuris fœnerandi, quando agitur reali actione pro ipſo vſu fœnoris. ſecus ſi agitur actione perſonali inter laicos, vel ſi agatur de expenſa circa rem litigioſã facienda, vel repetẽda. no. do. An. de iud c. q̃to.

Iudex ſæcularis non cognoſcit de cauſa ſpirituali principaliter, nec incidenter, ita nec de cauſa iuriſpatronatus, quæ ſpiritualis cenſetur, niſi ageretur actione perſonali pro iure patronatus promiſſo, vel donato, quia tunc ſorte poſſet coram ſæculari iudice tractari. vt no. do. Ant. in d. c quanto. vide per eũ. de ordi. cogn. c. tuam. ver opp. quod de incidenti.

Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de iuramento, an ſit ſeruandum, vel non, ſed ſi eſt probabile dubium, an iuramẽtum ſit ſeruandum, & licitum, alias licitum, & ſeruandum, ſolus eccleſiaſticus cognoſcit no. Io. And de fo. compet c ſi. lib 6 ſuper gl. vlt. in nouella. vide plene per do. Ant. de fo. compet. c. cum ſit quinta col ver. tertius caſus.

Iudex an poſſit cognoſcere de cauſa poſſeſſoria iuris ſiue rei ſpiritualis. vide ſub verbo ſpiritualis §. 1.

Iudici laico poſſunt per Papam non ſolum cauſæ ciuiles, ſed etiam ſpirituales delegari, ſed ab inferiori delegato facta non valet, in cauſa ſpirituali, nec in criminali, ad eccleſiam ſpectante, ſed in ciuili ſic, vt not. do. Ant. de iud. c. decernimus. ver. oppo. contra gl.

Iudex laicus an poſſit excommunicare, & excommunicatus abſoluere, vide ſub verbo laicus § laicus ex conceſſione.

Iudex laicus non poteſt in eccleſiaſticis cauſis eſſe iudex nec conſultor, nec aſſeſſor, vt de eius iudicio cauſæ tractentur. no. do. Ant de iud c decernimus, in prin. §. & quod dictum eſt de conſultore, intellige quando eius conſiliũ, pręciſe tenetur ſequi iudex eccleſiaſticus, alias ſecus. Licet Inno ſimpliciter dixerit laicum non poſſe eſſe conſultorem. Et idem dicit. Hoſt de aſſeſſore & no. de aſſeſſore, apud do. Anto. eo. c. vltima colum.

Iudex a quo ſi reuocauit grauamen poſt tempus datorũ Apoſtolorum, an poſſit in cauſa procedere. Io. And. ſentit, quod nõ in e. de appel c. vt ſup lib 6 in nouella.

Idem ſi infra tempus reuocauit tantum, & apoſtolos non dederit, quia reuocatio grauaminis non ſufficit, niſi etiam dẽtur apoſtoli vt no Io. And ibid.

Iudex a quo ſi appellanti a grauamine reſponderit, quod appellationem, non admittat, niſi in quantũ de iure teneatur, habetur pro non reſpondente, quoad dationem apoſtolorum, no Fran de Zabar. in cle. quamuis. in pen q ex quo ſequitur, quod eſt iuriſdictione priuatus. nec poteſt ad ulteriora procedere, ſecundum gl. in d. cle. ſuper verbo, autem ſi.

Iudex ſæcularis an poſſit cognoſcere de cauſa vſurarum, vide plene per do. Ant. de fo. compe ſit. ver. numquid aut &c.

Iudex cui committitur poteſtas confirmandi, an poſſit infirmare, & econuerſo cui committitur poteſtas infirmandi, an poſſit cõfirmare, vide ſub verbo libell. §. libellus ſi eſt datus.

Iudex ordinarius non poteſt cauſam diffinire, in qua excipitur de ſentẽtia lata, vel collatione facta per delegatum papæ, nec etiam principaliter poteſt cognoſcere, an delegatus iuſte, vel iniuſte proceſſerit, quia delegatus eſt maior quolibet ordinario. Sed bene poteſt principaliter cognoſcere vtrum quis iuſte, vel iniuſte poſſideat, vel alius potius ius habeat, vel vtrum quis licet per delegatum prouiſus propter delictũ ſuperueniens, priuandus ſit. no Io. An de off dele ſup. co. ad ſi.

Iudex ordinarius poteſt de cauſa cognoſcere inter ſubiectos, non obſtante quod illa pendeat, in curia, niſi de illa litis pendentia excipiatur, vel niſi de illa litis pẽdentia proteſtetur, & contra citatum non comparentem, valet proceſſus ordinarij, ne dum contumaciæ punitiuus, ſed etiam in principali, vt no Inno Io. And. & do. Ant. in c. ſi duobus. de appell. & in c. præterea. de dila.

Iudex quis dicatur competens ad cognoſcendum de ſurreptione præcepti. dic quod ille cui præceptum dirigitur, & nullus alius, ſecundum Hoſt vt not. Io. And. de reſcrip. c. cum contingat, ſuper gl. ſed qualiter. vide tamen, quod not. in c. paſtoralis. in prin. eo. tit.

Iudicum præcepta, & commiſsiones an ſe extendant vltra tẽpus ſuæ iuriſdictionis, vide Barto. in l fina. ff. de pœnis, & in l. fundi ff. de acq vel omit. poſſ. & Bald. in l. 1. C. de poſtu. & ff. eo. tit. l puto § ſi quis, & gl in l certarum § fi ff de teſta. mili l. iubemus. in gl. vlt. & ibi ar de iur. patr. c cum dilectus. in gl. ſuper verbo. reſeruandum quod hodie videtur expeditũ. de off leg c præſenti. lib 6 tex. & gl ff de iuriſd. om. iudi. & l. quia. § fi. & quod no. de ſent. exc. c a nobis in gl magna. in fi.

Iudex delegatu per ordinarium de mandato ſuperioris, vel ſuperiorem approbante, an poſsit reuocari per ordinarium, ſine conſenſu ſuperioris, vide ſub verbo mandatum, § 3.

Iudex an poſsit partes litigantes compellere ad concordiam faciendam Vide do. Ant de mi. pen c. 1 vlt col.

Iudex ſi datus eſt vnus in primis literis, poſtea alter iudex in cã procedit, habita notitia ambarum literarũ, cuius proceſſus valebit, primi, vel ſecundi vide do. Ant. in c. cum M. de cõſti. 39. col ver. ſecundus caſus. Sed hunc paſſum egregie tangit Inno in duob. locis in primo dixit, quod aut Papa, in ſecundis literis directe reuocat primas, vt quia dicit reuoco iuriſdictionem primi iudicis, vel reuoco commiſsionem, quam ſibi feci, aut reuocat iudicem, puta quia dicit cognoſcas de tali cauſa non obſtantib. literis, fecit expreſſam mentionem de primis primo caſu Finaliter tenet, quod licet quidã diſtinguant, inter reuocationem, factam motu proprio, & factã ad inſtantiam partis, tamen ſibi magis placet de vtroq; caſu, per talem directam reuocationem, reuocatur iuriſdictio, a primo iudice ipſorum, nec eſt opus excipere, quinimmo, nec partes poſſunt in eũ conſentire, ideo nõ valet proceſſus eius. poſtq̃ ſciuit ſe reuocatũ, ſed proceſſus, ante reuocationis ſñiam factã valet, quia ante ſñiam non deſinit eſſe iudex.



Digitized by Google

Secundo caſu quando reuocatio eſt indirecta, non reuocatur ipſo iure, ſed ope exceptionis, ideo niſi excipiatur, valet proceſſus primi iudicis, & ita concludit Innoc in c. cum contingati de reſcrip. ſed potius hunc paſſum latius examinans in c. primo. de conceſſ præbend lib 6. ſic concludit, vbi directa reuocatio fit proprio motu nullo caſu valet proceſſus primi iudicis factus poſt notitiam reuocationis, niſi de intẽtione reuocantis aliud appareat, & Hoſt. hoc firmat. in dicto c. 1. in gl. hoc intelligunt quidam, ver ſed ſi ad nullius petitionem, vbi non fit reuocatio, eſt indirecta, alius qoando directa tamẽ in fine concludit, idem eſſe in vtroque caſu. Tres ſunt opiniones. Prima eſt, quod valet proceſſus primi iudicis, ſi fiat contra abſentem ratione differentiæ, quia præſens tacendo, videtur literis ſuis renunciaſſe, & hoc ponit in dicta glo. Iam videtur in literis iuriſdictionalibus. Secunda opinio etiam contra abſentem valet proceſſus primi iudicis, ſcilicet infra decẽ dies a tempore, quo proceſſum ſciuit, & non appellauit ſecus ſi appellauit Et hoc dicit in dicta gl. ver. quidam tamen dixerunt. Tertia eſt opinio, & hæc ſibi magis placet, quod aut ante proceſſum primi iudicis conſtat partem, quæ ſecundas literas impetrauit, voluiſſe illis vti, aut noluiſſet, aut, quod voluit, aut quod dubitatur. Primo caſu nõ valet proceſſus primi iudicis. Secundo caſu ſecus Tertio caſu valet proceſſus, contra præſentem, ſed non contra abſentem. Ratio differentiæ eſt, quia præſens ex quo comparuit, & non excepit, videtur literis ſuis renunciaſſe, quia vna præſumptio, tollit aliam, & hoc caſu ſaluatur, quod dicit in c cum contingat, vbi dicitꝗ, exceptionem eſſe neceſſariã quãdo reuocatio fuit indirectiua. Sed in abſente præſumitur, quòd literis ſuis vti voluerit, & credendum eſt ei poſtea venienti, & dicenti, quod vti voluit, quia nõ debet præſumi, quod fruſtra laborare voluerit ad literas impetrandas, & hoc ponit in dicta gloſ. ver. alij dicunt, & forte melius, ſecundo caſu principali, quando reuocatio eſt directiua, dicit idẽ eſſe, quod in tertia opinione primi membri, & ita concludit in dicta glo. Item videtur ſi expreſſe ex his patet, quod concluſio Innoc. reducitur ad duos caſus, primus eſt, ſi reuocatio fuit ꝓprio motu facta, & tunc ſiue ſit directa, ſiue indirecta, non valet proceſſus primi iudicis poſt notitiam reuocationis factus, quia tũc deſinit eſſe iudex, aliter non Secũdus caſus eſt, quando reuocatio fuit ad inſtantiã partis facta, & tunc ẽt ſiue ſit directa, ſiue ſit indirecta, nõ valet proceſſus primi iudicis, ſi conſtat, quod impetrans ſecundas literas illis vti voluit. Vbi autem dubitatur tunc valet contra abſentem, & ſic in effectu patet, non eſſe differentiam, an reuocatio ſit directa, vel indirecta, ſed ſolũ an ſit motu proprio facta an nõ, & ſemp ĩtellige de proceſſu facto poſt notitiam reuocationis, quia factus valet in omni caſu in dicto c. cum contingat. ſuper gl ſed qualiter intellexit, quod Innoc. voloit facere differentiam inter reuocationem directam, & indirectam, vt primo caſu ſit iuriſdictio ipſo iure a primo iudice reuocata, ita quod non ſit neceſſaria exceptio, ſecunda caſu ſecus, & ita ẽt intellexit Do. An. dicta Inn. in c. ceterum, tenẽtis, quod vtroq; caſu, ſiue reuocatio ſit directa, ſiue indirecta, reuocatur iuriſdictio per ſecundas literas ipſo iore, ſiue motu proprio ſiue ad inſtantiam partis fuit conceſſa. In hoc tamen eſt differentia ſecundum cum, quod ſi motu proprio ſufficeret quod intimetur primo iudici a quo, Vbi aũt ad inſtãnam partis requiritur, quod per partem intimetur. Sed Io. An. in dicto c. ceterum. tenet, quod etiam ſi ſecundæ literæ reuocent primas, tenet proceſſus per primas habitus, ipſo iure, & in hoc ſolũ differt, quia vbi iure reuocat, nõ valet proceſſus corã primo, niſi partes expreſſe cõſentiant. Vbi autem ope excep. quod tunc opponatur exceptio, ita no Compo. ĩ c paſtoralis. ſuper verbo arbitros. de reſcriptis. Sed Inno in dicto c cum cõtingat tenet etiam, quod partibus conſentiẽtibus nõ valet proceſſus corã primo, quia ſecondæ literæ reuocantur ipſo iure. Vide omnino. in §. iudex delegatus.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere, an quis ſit legitimos, vel nõ, & an contractus ſit vſurarius, alias non, quando non eſt, an iuris, ſeu facti, ut no. D. An. de or. cognit c. tuam. uer. ob quod de incidenti, ita etiam, quando eſt queſtio iuris, licet non poſſit cognoſcere, etiam incidenter de cauſa aliqua ſpirituali, ut de ipſa pronunciet, tamen reuocato in dubium, an ſit ſpiritualis, poteſt ſi uolt cognoſcere ſummarie, an ſit ſpiritualis, ad finem, ut remittat, no. eo c ad fi.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere, de nullitate, & ualiditate ſententiæ, etiam in cauſa ſpirituali, per iudicem eccleſiaſticum latæ, & coram ipſo iudice ſeculari productæ, quia hic non tãguntur merita cauſæ, & conſequenter quæſtio non eſt ſpiritualis, no. do. Ant. in c. tuam. in fin de ordin. cogn.

Iudex poteſt incidenter cognoſcere, quod eſt iterum, quando cauſa incidens non eſt omnino diuerſa ſpecies iuriſdictionis, nec altioris gradus a cauſa principali, alias ſecus Ideo ſi iudex habet ſimplicem cauſam, non prorogatur eius iuriſdict. o ex incidentia ad ea quæ ſunt meri, & mixti imperij, no. Do. An. de ordin. cogn c. tuam. uer op de incidenti.

Iudex delegatus ſub nomine dignitatis, ſi mutat dignitatem, deſinit eſſe iudex, & ſucceſſor in dignitate iudex erit. licet Ioã. An de offi deleg. c quamuis in no. lib 6.

Iudex ſubdelegatus ſubdelegãdo perpetuat iuriſdictionem, & facit deſinere rem eſſe integram no. Io. An. de offi. deleg. c. ſi a ſubdelegato lib. 6 nec ad talẽ perpetuationem requiritur partis citatio, licet. Archid contra. uide. Io. An. eo tit. c. quãuis. lib 6. ſuper glo. ultima, in nouella, & in addi. Specu. in tit. de re §. 2 addi. Item directum citationis, licet citatio non ſit exequuta, facit deſinere rem eſſe integram, ideo tunc morte delegantis, non expirat iuriſdictio delegata, ut no. Io. An. in c. 1. de officio deleg.

Iudex aditus ſuper nullitate diffinitiuæ ſententiæ latæ per inferiorẽ non poteſt de principali cognoſcere, etiam articulo nullitatis expedito, niſi partes cõſentiãt, no do An. in c auditis.

Iudex qui pronunciauit in cauſa principali, ſi efficitur iudex appellationis, tamen facit, ſi delegat, immo ſi non delegat, põt recuſari ut ſuſpectus. no. do An. de elec. c. querela uer. ad materiam decretalis.

Iudex delegatus, cui poſt proceſſum inchoatum alter adiungitur, an poſſit in cauſa procedere, mortuo adiungente re integra, antequam adiunctus aliquid fecerit, vide Io An de offic. deleg. c cum plures, lib. 6. ſuper uerbo eo caſu, in nouella, & quod no. ibi. Do de Sancto Geminiano, qui inuicem cõtradicũt, viuentibus tamẽ adiungentibus, & adiuncto, tamẽ non tenet proceſſus factus per primũ, ſine adiuncto, ut no. Io An. in dicto c cum plures, quod intellige niſi partes conſentirent, coram primo procedente, quia iuriſdictio primi licet afficiatur per dationem adiuncti, ut ſola non procedat, illa affectio, ex reſcripto adiũctionis fauore impetrantis inducta deſinit, & extinguitur conſenſu partis, quæ poteſt fauore ſuo, & dicto reſcripto renunciare, ſicut deſinit, & extinguitur, in cauſa fortiori, quando per ſecundum reſcriptum eſt iuriſdictio a in totum a uocata, & poſtea para conſentit coram primo procedẽte. ſũp. §. iudex ſi dicatur. hic autem non aduocatur, ſed cum alio cumulatur, quod eſt nimis.

Iudex delegatus deſinit eſſe iudex, morte delegantis, etiam re integra. uide ſub uerbo mandatum.

Iudex a principe, poteſt ſententiam per eum latam exequi inf. annũ, poſtea non põt, de offi deleg. c. coẽrẽti. Et idem in ſubdelegato principis, ut no ibi do. Ant. in fi. Sed ẽt poſt annum poteſt exequi, ſi in litera delegaionis ſit clauſula cõtradictores, &c. ut no. inf §. exequutoris poteſtas.

Iudex qui prætendit ſe delegatum, ſed funditus nullam habet iuriſdictionem, ſi hoc conſtat, non ualet proceſſus eius, in quo etiam ſi pronunciet ſe iudicem competentem, ſi eſt dubiũ, an iuriſdictionem habeat, tamẽ in ueritate funditus nullam habet, quia ſi eſt datus per falſum reſcriptũ, nõ valet aliquis proceſſus, & ſi pronunciaret, ſe competentem. ſi eſt datus per reſcriptum alias nullum, tunc poteſt cognoſcere de incidenti, an ſit iudex, & ualet eius proceſſus cõtumaciæ puniuus, ſed non ualet in principali, niſi expreſſe pronunciet, ſe competentem, quando procedit, cõtra abſentem, ſed præſentem, & de defectu iuriſdictionis opponentem, quia tunc procedendo ad ulteriora tacite ſe pronũciat competentem, & ex tunc ualet proceſſus, etiam ante geſtus confirmatur, niſi inhabilitas, & defectus, qui opponitur reddat iudicem funditus in capacem, ut quia iudex ſecularis citat clericum in cauſa feudali, uel ſi iudex eſt infamis, uel pupillus, uel ſuſpectus, quibos caſibus non poteſt ſe pronunciare competentẽ, ut no. do Ant. in c. præterea uer. quartus caſus de dila cõtratium dicit, ſecundum Inno de infami. c. ceterum. uer. venio ad ſecundus, de iud ſed primam partem tenet Angel. in l. 2. ff ſi quis in ius, Ro nõ ve prædicta intellige, quãdo dubium eſt in iudice, an iuriſdictionem habeat, ſecus ſi ſit certus. eũ iuriſdictionem non habere, licet partibus, vel alteri earum ſit dubium, quia tunc non ualet proceſſus, nec in incidenti nec in principali, & ſi pronũciet ſe iudicem, & hæc uera ſunt tam in ordinario quam in delegato. Non enim in præmiſſis eſt differentia inter ordinarium, & delegatum, niſi in hoc, quia ordinaria iuriſdictio eſt magis certa, & citius ingeritur dubium in ea, quam in delegata, quæ eſt minus certa, & citius ingeritur dubium in ea. Et aduerte quia tũc dicitur eſſe dubium iudici etiam, quando non eſt huiuſmodi probabile, dum poſſit tamen aliqua cadere opin. licet non ſit vera. Vnde ſi iudex, aſſerit ſe iudicem, ſtatur dicto ſuo, vt ingerat dubitationem. ſi aliqua cadit opinio, quia non præſumitur imme mor ſuæ ſalutis, vt no. do. Ant. de reſcriptis. c. ſuper literas, in quinta charta, ver. venio ſecũdũ paſſum. Et vide quód no. per

Bar.

Bar & Bal & Ang. in l 2 ff ſi quis in ius vocat. non etit. vide infra. §. prox & ſupra iudex coram, quo opponitur de impotentia iuriſdictionis, nõ poteſt cognoſcere an ſit iudex, quin immo etiam litigio inter partes. vertente ſup dubio iuriſdictionis, ſi iudex locũ partis ſupplet eũ pertineat commodũ ſportulanum, an veriſimiliter, moneat eum, vel non. vt not. dom. Ant de reſcript. cap. ſuper literis 6. charta. ver. aduerte tamen. & ver ſeq.

Impetrans iudex per falſum reſcriptum, licet pronunciet ſe iudicẽ, & procedat in cauſa, non valet proceſſus falſitate determinata, licet Bar. aliter dixerit. vt no do. Ant de reſcrip. c. ſuper literis. 6. charta. verſic. per prædicta terminantur. & de dilat. c præterea.

Iudex delegatus contra quem opponitur de poteſtate delegantis, poteſt cognoſcere, an ſit iudex. no. do. Anto. de reſcrip. c. ſuper literis. 7. charta. ver. per prædicta dicit hic Cal.

Iudex delegatus, vel ordinarius, ſi additur ſuper appellatione quæ narratur interpoſita. cum non ſit, & in cauſa procedit, videlicet proceſſus. ſecundum Compo. quod eſt verum. ſi prius pronunciauit ſe iudicem, alias ſecus, ſecundum Inn. vt no. do. Ant. de reſcrip c ſuper literis 7. charta. ver. aduerte tamen, per prædicta decidi dubium.

Iudex ſi appellatione deſerta, procedit ſtante dubio, an ſit deſerta, valet proceſſus, ſi per prius pronunciet, & firmet inſtãtiam, vt quia excludit appellationem deſertam non eſſe, & procedendum eſſe, alias ſi non tollitur, vterque defectus ex pronunciatione, ſententia eſt nulla, vel propter defectum poteſtatis, vel quia lata, ſiue inſtantia no. dom. Anto. de reſcrip. 7. charta. Vidi dubitare, ſed videtur, quod iudex pronunciando appellationem deſertam non eſſe, conſequenter pronunciat procedendum eſſe.

Iudex coram quo quis conuenitur ratione delicti, in tertio loco commiſſi, vel contractus initi, ſi conuentus negat, ſe ibi deliquiſſe, vel contraxiſſe, vel locum negat eſſe de iuriſdictione ipſius iudicis, an poſſit de hoc cognoſcere, & in principali procedere, & quis habet probare, an ille qui dicit, an qui negat. Vide do. Ant. in c. ſuper literis. in vltima charta.

Iudex delegatus cui cõmittitur negotium ſimpliciter, nec additur, vt perſonaliter exequatur, ſi negotium eſt arduum, & non communiter per alios expedibile, non poteſt ſubdelegare. quia videtur electa induſtria perſonæ. Secus ſi negotium eſt leue. Quæ autem dicantur negotia parua, vel magna, & per alios non expedibilia, relinquitur arbitrio iudicis. Vbi autem committitur iudicium, ſeu negotium, & adiungitur quod perſonaliter exequatur, vel aliod ſimile, tunc ſi negotium committitur expediendum ex officio, non inter partes, non poteſt ſubdelegare ſi iudicium eſt graue, ſecus ſi leue, ſi committitur expediendum inter partes, & concernit vtilitatem priuatam, poteſt ſubdelegare, partibus conſentiẽtibus, alias non. Si autem concernit vtilitatem publicam, nõ poteſt ſubdelegare, etiam de conſenſu partium, nec diſtinguit negotium leue a non leui, quia vtrobique eadem eſt ratio, vt no. do Ant. in c ſi § idem autem. de off. deleg. Et idẽ dicit Io. And. ſe. Hoſ in d c ſi. ſuper verbo iungitur. Vbi autem mandatur iudici, nudum miniſterium, non poteſt ſubdelegare. quod fallit in legans Sedis apoſtolicæ. Fallit etiam, quando delegatus ſubdelegat expreſſo, vel tacito conſenſu partium, & quod dicatur nudum miniſterium, declarat. do. Ant. in d c ſi & Io And ſuper verbo eligere, & ſuper verbo excommunicare. & ſuper verbo committitur, & ſuper verbo in hac parte. vbi plenius loquitur. & vide ſup.

Iudex delegatus a Papa an poſſit ſubdelegare, vide inf. ſub verbo mandatum. § mandatum ſi tranſeat. & ſuper verbo executor Apoſtolicus cui committitur.

Iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſi in vna cœpit cognoſcere in vita delegantis, non expirat. vt not Barto in l & quia. ff. de iuriſd. omnium iudic. & dom. Anto. in cap. licet vndiq; de off dele.

Iudex cui committitur expediẽdum, ſi decedat antequam expediat, an ſucceſſor eius illud expedire poſſit. Vide infra ſub verbo mandatum an tranſeat.

Iudex cui certum eſt miniſterium commiſſum, ſi in commiſſione eſt clauſula contradictores &c. poteſt excommunicare impedientes, alias ſecus, quãdo careat iuriſdictione, & excommunicare eſt iuriſdictionis, ſecundum Vinc. & Hoſt. dicit etiam ſiue clauſula poteſt, quando eſt in loco remoto a Papa. Secus ſi Papa eſt præſens, & ita ſeruat curia, ſecundum eum, vt no. Io And. in c ſi de off dele. ſuper gl. iſti quibus. vide gl. & Inno. c. abbatem de reſcriptis. vbi tenent, quod poteſt. vide inf. §. prox.

Iudex quilibet ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus a Principe, vel inferiore. Siue ſit ſubdelegatus, poteſt exequi ſententiam ſuam, excommunicando, & interdicendo, ſed non poſſunt in poſſeſſionem mittere extra terminos ſuæ iuriſdictionis, ſecundum Inno & no. Io Andr. de off. ordi. c cum ab eccleſiarum, ſub verbo malefactores. Immo quilibet iudex, etiam delegatus, eo ipſo, quod cauſa ſibi committitur, poteſt contumacem excommunicare, vt in c præterea. de off deleg. vide do. Ant de ſo. cõp. c cũ contingat. ver. nunc autem habeat 8 coll. vide ſub verbo excommunicatio. §. excommunicare poſſunt, & vide ſub verbo laicus exceſſione.

Iudex qui poteſt procedere, cum vno capite competenti, in quo iuriſdictionem non habet, putãs ex illo habere, non vitiatur proceſſus ſecundum quoſdam, vt no. Inno in c. cum ex officij de præſcr. Hoſt. tamen, cõtra quod intellige, vt not. Ang. in l. a §. cõuenire ff de iudi. Hoc aduerte pro ſolutione contrar de le. 1 § 1 ff de fal tu. ad c cum ſuper de off. deleg. l. 1. loquitur in actu, qui fit inter conſentientes. ideo ſi non valet, vt agitur, valet eo modo, quomodo poteſt. Sed c cum ſuper loquitur in actu iudiciali, qui fit in inuitum, ideo ſi nõ valet vt agitur, valet vt poteſt. Et ad hoc facit, quod not Inn. in d. c. cum ex officij, & hæc ſolutio videtur melior aliis, quę datur per gl. & Doc in d c cum ſuper. Vide inſ. §. proximo. & inſ § iudex delegatus ſi ignorat. Vide do. Ant. in d. c. cum ex officij.

Iudex poteſt procedere vt iudex, ſuper vno articulo, & vt arbiter ſuper alio, & vt arbitrator ſuper alio, quando in iudicem eſt factum compromiſſum, vt in arbitrum, vel arbitratorẽ. Et in dubio intelligitur proceſſiſſe, vt iudex, vel vt arbiter, vel vt arbitrator, prout de iure melius ponit, vt ſingulariter. not dom. Anton. in d. capit. niſi eſſet de præben. vide ſupra §. proximo.

Iudex non eſt citandus, nec tenetur proceſſum ſuum defendere, quando proceſſit inter partes, niſi agatur de eius pœna, poteſt tamen ſi vult aſſiſtere, & defendere proceſſum ſuum, ſed vbi ex officio ſuo proceſſit, tunc eſt citandus, & defendere tenetur, alias iudicabitur appellans pro temerario appellante, ſi non facit iudicem citari. Not do. Ant. de ap. c. cum ſpeciali. ver. opp quod non habet. Vide Innoc. qui in effectu concordat in c. de cetero. in prin. de tranſac. & capit. iniuria. de procur. & idem dicit ibi Io. And. ſuper glo. ſi & ar. 2. q. 6 c. hoc etiam.

Iudex ordinarius, cui Papa aliquid mandat, non cenſetur in illo, quod mandatur eſſe delegatus, niſi in litera dicatur, auctoritate noſtra, vel etiam niſi ſimpliciter dicatur auctoritate noſtra, vel etiam dicatur committimus, vel delegamus, vel ſimile, vel niſi apponatur aliquid aliud vltra formam iuris, vt no. Io And. de off or c. inter cetera.

Iudex qui tulit iniquam ſententiam, a qua pars læſa non appellauit, poteſt conueniri ad totaliter intereſſe cauſæ, & ad expenſas litis, vt not Bart. & glo in pri. l. ff. quod quiſque iuris. Et ita no. Barto. in diſputat. quæ incipit, & iudex per imperitiam, alias incipit a ſententia iudicis. Idem tenet Innocent. de ſenten excommu c. ſacro in pen col. ſuper verbo curare. Si autem pars appellauit, & ſuccubuit non poteſt, ut no Bar. in diſput. prædicta. Sed contrarium dicit Inno. de offi deleg. c. paſtoralis ad fi. ſuper verbo iniuſtam. Si vero obtinuit, tũc iudex non poteſt conueniri, niſi ad expenſas litis, & cetera damna, ſi forte debitor, qui in prima inſtantia debuit condemnari, eſt poſtea factus non ſoluendo. not. Barto. in diſputatione prædicta. Vbi autem appellatio eſt deſerta, tunc ſi iudex non detulit appellationi poteſt totaliter conueniri, ac ſi non fuiſſet appellatum, vt no Bart in diſputatione prædicta. Et idem no Inno de appell. cap. ſæpe contingit. ſuper verbo peremptorie in fi. Sed ſi detulit appellationi, non poteſt conueniri, niſi quoad expenſas in lite factas, vt no. Bart. in diſputatione prædicta & in l. ſi minori ff. de admin tuto & in l 3. § ex quib ff de alien iud mut cau. fac. licet aliter ſenſiſſe videatur. ff. de app. l. 1. in prin. ad fi apparatus. Et idem dicit Bal. in l. obſeruare § proficiſci ff. de off proconſ. & lega q. 20 & in tit. de pac iuram. firm. cap 1. § ſi quis non temerario. ſuper verbo iudices licet aliter dixerit. in l. nouiſſime §. 1. ff quod fal tut auct. Vbi autem ſententia eſt nulla, etiam iudex non poterit ad intereſſe conueniri. vt no gl. in l. ſi ff de variis, & extraord. cogn. vide ſup. § iudex, qui partem lædit. Non ob. c. ſolicitudinem. de app. vbi dicunt quidam eſſe caſum, quod pendẽte appellatione poteſt iudex, qui vnũquam proceſſit, conueniri ad intereſſe, quia ibi non conuenitur iudex ſuper actu a quo fuit appellatum, ſed ſuper alio, quia poſt appellationem præcedente grauamine interpoſitam iudex excommunicauit partem, a qua excommunicatione non fuit appellatum, ſed per ſimplicem querelam conuentus fuit ſuper iniuſta excommunicatione. Item non conuenitur ibi iudex ad aliquod intereſſe, per eum ſoluendum, quia iniuſte excõmunicauit, ſed ſimpliciter fuit conuentus ad finem, vt declaretur partem non fuiſſe dicta excõicatione ligatam, vel

vtab-

Digitized by Google

vt abſtineretur ab ea, non ob. c. venerabilibus, § ſed ſi excommunicatus. de ſen excom. lib 6. vbi dicitur expreſſe, quod iudex iniuſte excommunicatus, poſſit conueniri ad pœnam, & intereſſe per eum ſoluendũ, quia referendo illum, & textus pro vt debet referri ad cauſam immediate præcedentem, loquitur, quando non fuit appellatum, & ita intelligit, Ioan. An in dicto c. 1. in glo. ſuper verbo perſona, ſed quis text illum intelligat, etiam quando appellatum fuit, tamen non obſtat, nec ĩcludit. quod ad intereſſe litis cõueniri poſſit iudex, ſed non intelligitur de intereſſe extrinſeco a lite, & ab actu iudiciali inique per iudicem geſto inferiorem, alterus partis in fauorẽ, verbi gratia ſi excommunicatus ad inſtantiam partis, quæ ab excommunicatione appellauit, damnum paſſus fuit in eo, quod propter excommunicationem, non potuit debitorem ſuum conuenire, qui poſtea ſugit, vel factus fuit non ſoluendo, ad totale intereſſe poteſt iudex cõueniri, quia partis appellatæ non intereſt, nec aliquod præiudicium ſibi principaliter infertur, quod tale intereſſe paratur a iudice. Idem in intereſſe prouenĩẽte ab eo quod excommunicatus non fuit ratione excommunicationis electus, vel electio ſua fuit propter excommunicationem caſſata. Et ſic habetur ratio non ſolum damni. ſed etiam lucri. vt no. Io. An in c. de ſacro de ſent. excom. ſuper gl de uer ad damna. Sed vbi agitur de intrinſeco intereſſe ipſius actus ad reuocandum ipſum actum iniquum in fauorem alterius partis factum per Iudicem, ad tale intereſſe non poteſt inuitus conueniri, ſed debet contra partem, cuius principaliter intereſt agi, vt eſt caſus in dicto § ſed ſi excõmunicatus, ver. ſecus autem. Fateor quod ſi iudex velit ſponte appropriare, & cauſæ aſſiſtere, & proceſſum ſuum defendere, debent admitti, vt no Io An poſt. Archi in dicto c. venerabilibus, in nouella. ſ c. dilectus. in princip. de reſcriptis. Non ob de reſti. ſpol. ca conquerente. vbi eſt expreſſum, quod iudex, qui ſubditum ſpoliauit beneficio ſuo, poteſt conueniri, vt rem ſpoliatam reſtituat, cum fructibus perceptis, quia ibi proceſſit ex officio, quo caſu conueniri poteſt, vt dicto §. ſed ſi excommunicatus, ver. attamen. Itẽ ibi non fuit appellatum a ſpolio ſuo, quo etiam caſu poteſt iudex conueniri, vt dictum eſt. Item ibi Iudex, qui ſpoliauit retinuit pro ſe, ſecus ſi alteri tradidiſſet, quia tunc non debet iudex cõueniri, ſed ille cui eſt poſſeſſio tradita, & cuius intereſt vt ibi no. per do Ant. &c.

Iudicium quãdoq; ſumitur pro diſcretione, quãdoque pro pœna, quandoque pro inſtantia cauſæ, & quandoque ſumitur pro inſtantia. ſed diuiditur, quia quoddam eſt temporale, & quoddam ſpirituale, & iſtorum, quædam ſunt ciuilia, quædam criminalia, quædam miſta, quædam ordinaria, quædam extraordinaria, quædam ſummaria vt not do. Anto. de iudi ſuper rubr.

Iudicio tuo, quid iſta verba important, vide ſub verbo arbitriũ. § arbit. differt.

Iuramẽtum an requirat, quód ſcriptura ſancta tangatur, an vero ſufficit quamlibet ſcripturam, tangere, vide gl in c. vt circa. de elec. lib. 6. ſuper verbo corporaliter, & in clem. 1. verſi. porro, ſuper verbo iuramentum, de hæret. & vide ſub verbo debitor.

Iuramentum tendẽs in præiudicium alterius quã iurantis, nõ eſt ſeruandum. de iureiur. capitu. cum contingat. & capitu. veniens.

Iurare cenſetur, qui dicit promitto in fide mea, quando iuramentum eſt voluntarium. not. Ioann. Andr. de iure iuran. c. & ſi Chriſtus.

Iurans non exire domum infra dies decem, ſi interim citatur a iudice tenetur comparere, nec eſt periurus, quia intelligitur excepta ſuperioris dignitas, ſeu auctoritas. no. I. ap in addit. facta ad tractatum permutat. Fre. de Senis. ſuper quæſtione 34.

Iuramentum licet ſit dolo, vel metu præſtitum, tamen ante relaxationem, non debet iudex iurans conuenire, & ſi contra facit non eſt audiendus, quando iuramentum eſt tale, quod poteſt ſeruari ſine præiudicio animæ. no Ro. concl 384. vide inf §. iuramentum ſemper debet.

Iuramentum non extenditur ad incognita. Item non extenditur etiam de expreſſo conſenſu partium ad aliud quam in ipſo iuramento expreſſum fuerit. Ratio eſt, ſecundum Hoſt. & Io. An. quia ſolo conſenſu iuramentũ nõ præſtatur, cum habeat etiam formam, quæ neceſſario ſeruari debet, vt no. do. Ant. de iureiuran. c. clericus.

Iuramentum de non faciendo, non inualidat actum contrariũ licet cõtrafaciens incidat in periurium, no. in c fi. de procu. lib. 6. & idem no. in regula, quod ſemel. in eodem lib. in nouella idẽ tenet Fre. de Senis conſ... c. 6 & Bar. in l cũ precario ff. de precario. Hoc eſt verũ in actis tẽporalibus, ſecus in ſpiritualibus, in quibus id, qđ fit contra iuramentũ, eſt inualidũ, vt no. Do Anton. in c. cum. M. Ferarienſis. 2. col de conſtit. Idem no. Arch. de præbend. c. ſuper. verbo iuramento.

Iurans ſeruare ſtatuta, & conſuetudines eccleſię, ſi impetrat beneficium contra ea, valet impetratio, quando in gratia ponitur illa clauſula, non obſtante ſtatutis contrarijs iuramẽto firmatis. Item ſi clauſula illa non ponitur, ſed gratia motu proprio conceditur. Si autem ad inſtantiam iurantis, tunc diſtingue, vt not. Rot. concluſione. 24. & vide ſupra §. proximo.

Iuramentum poteſt relaxari per partem cui iuratum eſt, quatenus concernat eius vtilitatem. No. do. Anto. de iureiuran. c. Quintaualli. ver. op. 2.

Iuramentum recipit illas conditiones, illas exceptiones, illas limitationes, illas interpretationes, quas recipit principale promiſſum, vel diſpoſitum. no. do. Anto de iureiuran. c. Quintaualli. ver venio ad ſeptimum, vbi aduerte tamen.

Iuramentum licet non habet vim clauſulæ, de rogatoriæ contra Bar ff. tamen bene habet vim clauſulæ, quod valeat, omni modo, quo poteſt, No. Do Ant. in c. 1. de conſtitut. lib. 6. in tertia opinione, ad fi.

Iuramentum quando defertur in odium violenti, vel doloſi, an ſit neceſſe partem citari. vide ſub verbo citatio. §. citari non oportet.

Iuramentum neceſſarium non defertur, vbi eſt vehemens ſuſpicio contra iurantem. no. Ro. concl 429.

Iurare an teneatur quis, vel referre, vtrum ſibi fuerit pecunia numerata, & mutuata, pluſquam in veritate fuit mutuata, poſtea tamen ſoluta, ſed ſolutio per teſtes, per ſcripturam probari non poteſt. Dic vt no. per Pe. de Ancha. Io. Immo. & alios in c. cupientes. in gl. ſuper verb malignantium. lib 6 de elec.

Iurans ſoluere, vel aliquid facere creditori ad certum terminũ, an incidat in periurium, ſi non facit creditore tunc excommunicato exiſtente. vide ſub verbo excommunicatio. §. excommunicatus non perdit.

Iuramentum in ſupplementum non defertur, vbi probationi teſtis ſit maius præiudicium per intellectum, quam per corporalem ſenſum, no. Bal. C. de ſen. quæ pro eo. l. 1. in fi.

Iuramentum licet validet donationem inter virum, & vxorẽ, vt no. Bar in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in l. Seius, & Augerius ff. ad leg. Falc tamen non validat confeſſionem, per quam fatetur vir, ſe aliquid ab vxore accepiſſe, vt no. per Bar. in l. cum quis decedens §. Titia. de legat. 3. & in l. Aurelius §. fi. de liberat lega. & Bal. in l. 1. C de inoffi. do. quod eſt verum de iure ciuili. Sed de iure canonico, in materia iuramenti ſeruari debet, quod no in c cum contingat. de iureiuran & validat confeſſionem, quæ alias non præiudicaret, vt no Bart. in Authent. ſi qua mulier. C ad Senatuſcon Vell. & idem ſentit. Bal. in l. fi. C de non num. pec. in penul. q. Sed contrarium dicit in dicta Authent ſi qua mulier & ff. ſi cert pet l ſi pecuniam. ſub verbo donatio §. donatio facta inter virum. Sed diſtingue ſecundum. do Anto quod aut quis iurat ſimpliciter, non contrauenire, & tunc debet iuramentum relaxari, aut iurat prædicta omnia vera eſſe, & tunc non debet audiri, veniens contra, quia detegit ſe periurum, no. do. Anton. in dicto c. cũ contingat. ver. octauus caſus hoc intelligitur, niſi allegatur dolus, vel fraus eius, cui iuratur, quo caſu qualitercumque iurauit, debet iuramentum relaxari vt no do. An. in c. cum contingat ver. quartus caſus.

Iuramentum licet ſit reale ex parte eius, cui iuratur, & tranſeat ad hæredem eius, tamen ex parte iurantis eſt perſonale, ideo ex iuramento defuncti, non ligatur anima heredis, nec hæres incidit in periurium, vt no. Dom. Anton. in c. veritatis, de iureiuran.

Iuramentum an confirmet, & validet contractum, alias nullum, vide per do. Ant in c. cum contingat. de iureiur. & per Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ & per Fre. de Senis conſil. 31. 40. & c. 41. & vide 182. vbi concludit, quód licet iuramentum cẽſeatur illicitũ, propter legis prohibitionem, tamẽ hoc verum videtur, & contra iura dicentia, tale iuramentum, ſeruandum, vt in c fin de pact. lib 6. & ca. licet mulieres de iureiuran eo. lib. & c. cum cõtingat eo. tit. in antiquis. Si enim ille cui iuratur compelleretur iuramentum relaxare iura prędicta impoſita eſſent verbis, & non rebus, non ob c. debitores, incerto de iureiur quia ideo relaxatur, ibi iuramentum, quia erat ſuper re turpi, ſcilicet de ſoluendis vſuris, licet lex prohibeat contractum, qui tamen in ſe non eſt turpis, iuramentum ſuper eo præſtitum relaxari non debet, niſi dolus, vel fraus eius cui iuratur, vere vel præ[illegible] intercesſerit, quia tunc ratione doli vel fraudis, [illegible] qualis turpitudo adeſſet. Et ita concludit Anton. in d[illegible] c. cum contingat, uer. numquid autem habeat, nec [illegible], quod ſtatutum fingeretur dol[illegible] vel fraudem [illegible] adeſſe. ſic præſumendo,

mendo.vt no.do.Ant in dict c cum contingat ver.licet Bal. in hoc contradicat, in Authent. ſacramenta pubertum. C.ſi aduer.ven.int §.iuramentum valet relaxari. &c.

Iuramentum ſemper debet relaxari, quādo arguitur manga leſio.item vbicumque præſumitur vere, vel præſumptiue, dolus, vel fraus eius cui iuratur. Imo ſecundum quoſdam, iuramentum tunc non ligat, licet cautius ſit, quod relaxatio petatur, & hæc vera ſunt, qualitercumque iuret, vel non, de veniendo contra, vel quod prædicta omnia ſunt vera, vt no.do. Anto.de iureiuran.c. cum contingat. ver. quartus caſus, & Gaſ.de Cal.ſub tit.de iureiur.cōſilio 8 Et facit, quod no. Bar. in l.cum quis decedens.§ Titia.de leg 3. & Bal in l.1.C.de in offic.donat & in Auth.ſi qua mulier in penul q. Vide ſup §. iuramentum, licet ſit. Vbi autē non arguitur dolus, vel fraus vere vel præſumptiue, tunc diſtinguitur, aut nō iurauit prædicta omnia eſſe vera, aut iurauit. primo caſu debet iuramentū relaxari. Secundo non, vt no.do. Ant. in dicto c. cum contingat, ver. 8. caſus. Et aduerte, quod iuramentum, qualecumq; ſit, non tolli præſumptionem doli, vel fraudis, vt no. Bal. C. de legibus, l. non dubium, in 17. op. & Bar. de Saliceto in dicta Authen Si qua mulier.

Iuramentum vt relaxetur ſufficit quod dolus, vel fraus interceſſerit re ipſa, licet non ex præſuppoſito, vt no.do Anto. de iureiur c.cum contingat.in tertio notabili in ver.quartus caſus in fine apparet.

Iuramentum debet relaxari, quodcunque interponitur, ſuper contractu a iure prohibito.no. Fre de Senis, conſilio 271. pro quo facit, quod tale iuramentum cenſetur turpe, vt patet etiam ex Dyno in reg.quæ contra.ibi turpis cum eſt &c. Cōtrarium determinat do. Anton de iureiur, c.cum contingat. ver.numquid autem, & ver.dicit no. Bar. Vide ſup §.iuramētum an firmet. Pro veritate conclude, quod etiam contra iuramentum veritatis, per quod quis iurat, concepta in tractatu vera eſſe, debet quis abſolui ad fin. agendi, ſi dicat in tractatu & iuramento dolum, & fraudem, interueniſſe, quia ſi contradiceremus, ſequeretur, quod iuramenta, dolo, vel fraude præſtita, eſſent ſeruanda, contra c.cum contingat. de iureiur & contra Authen ſacramenta pu. C. ſi aduer. vend. Et daretur occaſio, delinquendi, & fraudes committendi, & uia malis aperiretur, contra l.ſi cum hi.§.ſi cum lis.ff de tranſact. & ex lucro & fraude, quis præmium reportaret contra l. hæreditaria ff.de nego.geſt. & inuitarentur homines, ad mutuandum ſub vſuris, quia faceret confici inſtrumentum confeſſione de duplo veræ ſortis, vt debitor iuraret contenta in inſtrumēto vera eſſe ad obuiandum. Ideo debet iſtis petitorib dari abſolutio a iuramento ad finem agendi, & probandi dolum, vel fraudem, in tractatu aſſuiſſe, ad quam probationem venire non poteſt, obſtante iuramento, niſi prius detur abſolutio a iuramento ad finem agendi, ideo antequam aliquid probet, de dolo, vel fraude, debet abſolui. Et iſta fuit mens Oldradi in cōſ. 119 nec poteſt dici periurus, qui auctoritate iuris petit abſolutionem a iuramento prædicto, ſed potius debet dici iuramentum temerarium, iuxta no. per Do. Ant. in dicto c cum contingat. ver quartus caſus.

Iuramentum non perdit actionem, nec exceptionem, niſi ſit iudicialiter parti, & iudici, indifferenter præſtitum, ut no. Bar. ff.de iureiuran. l. quod ex conuentione. in principio.

Iurans non reuocare teſtamentum, licet poſſit reuocare teſtamentum, non obſtante iuramento, tamen ſi reuocat, eſt periurus, ſecundū Do. An. Sed Bar. dicit, quod non ſit periurus, in l cum duobus §.idem reſpondit.ff pro ſocio Vide Io. An. in c.dilecto, de præbend. ſuper verbo iuramento.

Iuramentum an poſſit relaxari ad finem agendi, vel excipiendi parte non vocata, vide Io An in addi. Spec. ſuper rubrica. de iureiur in fi. & do. Ant. in c.debitores.eo tit.

Iuramentum præſtitum in per materia quæ dicitur vſuraria, nō debet relaxari, niſi prius conſtet ſaltē ſummarie, quod admiſſus eſt vſuratius, vel quod inſtrumentum, ſiue promiſſio eſt uſuraria, ut no. Fre. de Senis. conſ. 300. quem recitat Do. An. in c.debitores. de iureiur.

Iuriſdictio ordinaria non poteſt dari niſi per principem, legē uniuerſalem, uel conſuetudinem. Inferior autem a principe nō, ut no. Ro. concluſione 161. Et uide ſub uerbo exceptio. & uerbo iudex, & uerbo reſcriptum ſucceſſoris.

Iuriſdictio non poteſt prorogari de loco ad locum, niſi in caſibus expreſſis in iure. No. Ro concl 399. in quibus aūt poſſit iuriſdictio prorogari. uide pleniſſime per Do. Ant. de offi. de leg.c. P. & G. iuriſdictio an poſſit prorogari in cauſa feudali. vide in §.feudi. & infra.§. iuriſdictio nō poteſt prorogari per uaſallum.

Iuriſdictio quam habet dominus in ſubiectos, non ſub ratione iuriſdictionis, uel tributi, nō poteſt ad inſtar clerici in alium prorogari, ſecundum Bar. ut no. Do. Ant. de iud.c.ceterum, net.quæro an in caſibus. Et uide inf § proximo.

Iuriſdictio non poteſt prorogari per uaſallum.

Iuriſdictio non poteſt prorogari per iudicem, qui iure prohibēte impetrari, uel adiri non poteſt, no. Do. Anton. in cle. 1. de reſcript. in fin.

Iuriſdictio non poteſt prorogari niſi per expreſſum conſenſum partium. no. Ro. concluſione 363. Bar. c. ſequens Inn. tenet, quod ſufficit tacitus conſenſus, in l.1. in fin. ff. de iudic.

Iuriſdictio non prorogatur irreuocabiliter ſimplici pacto, de litigando, coram non ſuo iudice, ideo ante litem cōteſt poteſt pęnitere, tamē teneatur pęnitēs parti ad intereſſe, & poterit cōueniri coram illo iudice, coram quo promiſit litigare, quia executorem pacti deſtinauit in loco iudicis, & ſic quaſi, quo ad pactum videtur ibidem contraxiſſe, ſecūdum Guil. quod eſt ſingulare dictum, quod not. Dom. Ant. de iud.c.1. ver op. quod locus. Et prædicta intellige, niſi pactum, & promiſſio de litigando fiat iudici, quia tunc præciſe compellitur, nec poteſt pęnitere no. Do. Ant. eo.c. ver. quantum agitur de prorogando, prorogatio enim fit expreſſe in iudicis pręſentia, per hæc verba, volo coram te litigare præcludit declinatorie viā, ſecus in tacita, quæ fit litigando, quia tunc licet valeat actus, poteſt eius iuriſdictio declinari vſque ad litem conteſtatam, vt no. Ang. in l.1. ff. de iudic.

Iuriſdictio ſicut ſuſpenditur per appellationem legitimam, ita per recuſationem, & per relationem, no. Io. An de ap. c.1. in nouella. Et hoc infertur quod proceſſus habitus poſt appellationem, vel recuſationem, vel relationem, eſt ipſo iure nullus Et hoc tenet Bar. in pceſſu poſt recuſationē habito. ff ad Trebel. qui poterat. & La. allegar. 1. Idem tenet gloſ. 3. q. 1. c. quia ſuſpecto in verbo, canonice & ſecunda q 6. c. quotiens. t. & eſt caſus in l.1. C ſi qua prædi. pot &c licet Do Ant aliter diſtinguat, in c cum ſpeciali. de ap. 2. colum:na. Sed eius diſtinctio in quantum intelligatur facere differentiam, inter iuriſdictionem abdicatam, & ſuſpenſam non habet in ſe rationem, quia ſuſpenſio ita vitiat proceſſum, ſicut abdicatio, cum pendente ſuſpicione ceſſet omne exercitium iuriſdictionis, niſi pars iuriſdictionis cōſentiat, vt patet de offic. de leg.c iudex lib.6 Et ibi eſt caſus de iure Canonico. quod ſola recuſatio ex cauſa legitima, adeo ſuſpendit iuriſdictionem, quicquid poſtea iudex recuſatus faciat reijciatur tamquam factum ex cauſa notorie facta falſa, & hoc exprimat, vt no. Lap. in dicta allegatione, poſtquam dictum eſt, quod recuſatio ex cauſa legitima ſuſpendit iuriſdictionem, intellige probata veritate cauſę ſicut in appellatione requiritur, quod videlicet cauſa in certa probetur.

Iuriſdictionis prorogatio non cadit in papa, quia eſt iudex cunctorum. no. Io. An. de offi. deleg. c. P & G. ſuper vltima gl. ſed Io. An. non videtur dicere vnde, quia non eſt iudex in laicis, niſi in certis caſibus no. Do. Ant de for. compe. c 1. poteſt dici, quod immo habet iuriſdictionem vniuerſalem habitu etiam in laicos, vt patet 9. q. 3. cap. cuncta per mundum, & c. per principalem, ſed non habet vſum, ſiue exercitium iuriſdictionis in laicos, niſi in certis caſibus, & tunc ſi pars non opponit. Et ideo ſi habeat exercitium, non dicitur iuriſdictio prorogata, ſed exceptio omitti, quo caſu nō refert ſiue omittatur ſcienter ſiue ignorāter, ſecus in prorogatione, quæ per ignorantem fieri non poteſt, vt no Io. An. ſecundum. Inno. eo. tit. c. prudentiam, ſuper ſecunda glo ſuper verbo non poteſt Sed & tunc licet non prorogetur iuriſdictio, tamen prorogatur iuriſdictionis, exercitium, no. Do. Ant de mut. peti. c. 1. 5. colum. ver. quinto eſt, dubium. in fi. quod aut papa habeat vniuerſalem iuriſdictionem habitu, licet non exercitio, in omnes laicos No. gl. & Io de Lignano, ī c nouit. de iudic. Et idem no. gl. & Do. Ant. in c. cauſam. inf qui. fi. ſint legit. in prima opin. & c nouit. ſupra allegato, vltima charta.

Iuriſdictio non poteſt prorogari per ignorantem ius, vel factū, quia prorogatio venit ex conſenſu, qui non poteſt concurrere, ſed vſus, & exercitium ipſius iuriſdictionis, poteſt etiam per illum qui erat, concedi tacite omittendo exceptionem, per quam poterat exercitium impediri, & tunc non dicitur iuriſdictio prorogari, ſed exceptio omitti, vt no. Io. An. ſecūdum Inn de offi. deleg. c. prudētiam in 2. gl. ſuper uerbo. nō poteſt vet. ſed neutrum.

Iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum, inuito domino feudi. Item quilque non ſolum ratione nudi exercitij iuriſdictionis, ſed aliter ex toto ſubiectus alicui domino, non poteſt iuriſdictionem alterius inuito domino prorogare, not. do. Ant. de foro compet c. ex tranſmiſſa, ad Bar. in l.1 §. poſt opin. ff de no. op nunc. Et vide ſup. §. iuriſdictio poteſt per laicum, vel alium.

Iuriſdictio quando non intelligatur prorogari, vide ſub verbo exceptio declinatoria iuriſdictionis non tollitur.

Iuriſdictio perpetuatur per delegatum eo ipſo, quod commit-

tit

Digitized by Google

tit citationem nondum requiſitam, vt no. Io. And. in c. fin. de offi deleg.

Iuriſdictio epiſcopi, & aliorum prælatorum, qualis, & quanta ſit. Et an inter Epiſcopum, & alios prælatos inferiores, ſit locus præuentioni, vel Epiſcopus præferatur, vide plene per Io. And. in c. cum contingat de foro compet. Et aliquid per Ioã. An. in c. paſtoralis de offi. ordi. ſuper prima glo. & vide ſupra § epiſcopus ſolus cum pluribus, §. ſequentibus.

Iuriſdictio poteſt per alium, iudicem prorogati etiam, abſque conſenſu iudicis, & ſuperioris ipſius prorogãtis, vt no. Cyn. in l. ſi qui ex cõſenſu in c. de ep. audien. quinta, q. quod intelligẽ, niſi prorogatus eſſet vaſallus, ſui iudicis, & ab eo, & ſuperiore haberet prædia hæreditaria, vt no. Bar. in l. 1. §. & poſt operis de no. op. nunc. & in l. 1. ff. de iud. ſed & tunc, ſi de alio quam de feudo, vel de re tributaria litigaſſet, poſſet etiam inuito domino iuridictionem alteri prorogare, vt no. Angel. in dicta l. 1. ff de iudi. & quod dictum eſt, laicum poſſe etiam ſine conſenſu ſui iudicis prorogare alterius iuriſdictionem, procedit, quando prorogat ratione eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis ſub eodem genere, vt quia ſubditus iuriſdictioni generali Imperij, de vno iudice ſubiecto imperio prorogat ad aliũ iudicem eodem modo ſubiectum. Secus ſi prorogaret ratione diuerſæ ſpeciei, & de iudice laico, ad eccleſiaſticum, tamẽ hodie etiam ad eccleſiaſticum fit prorogatio, niſi in his quæ ſunt ſupremi imperij, & principibus reſeruata, vt no. Do An ton in c. ſignificaſti. de foro compet. In criminalibus autem non fit prorogatio ſine conſenſu iudicis vt no. Bal. in dicta l. ſi ex conſenſu. de epi audi. Et vide ſup. §. iuriſdictio non poteſt prorogari per vaſallum. Adde quod non poteſt prorogari, non ſolum laici, ſed etiam clerici, licet non poſſint in alium iudicem conſentire. Sed illi per pactum ſubijciendo ſine licẽtia ſui iudicis, & ſuperioris, poſſent tamen contrahendo, vnde ſi quis contrahat in loco ſui iudicis, & ſuperioris, non ſubiecto ſortitur ſorum iudicis loci contractus, quia eſt prorogatio iuriſdictionis, quæ fit a lege, licet fiat ex facto hominis, vt in c. dilecti. de for. compet. Et ib. no. Innoc. & Ioã. And. & Do Anton.

Iuriſdictio delegata an perpetuetur ex ſolo decreto citationis, licet citatio non fuerit executa, ita quod iuriſdictio non expiret morte delegantis decedentis ante executionem prędictam, vide ſub verbo iudex delegatus, ſub delegando

Iuris appellatio intelligitur de iure quod ſtringit. Et io ſub hoc nomine veniunt ſtatuta etiam iuris communis, licet quidã, contra. Vnde ſi dicatur in aliquo compromiſſo vel ſtatuto, quod de iure pronunciare debeat, intelligitur de iure, quod in loco, ſeu in cauſa illa ſtringit, ſiue ſit ius commune, ſiue ſtatutum, ſiue conſuetudo, vt no. do. Ant. de iureiur. c. Quintauallis, vltim col. Et vide ſub verbo gratia, & ſub verbo lex.

Iuris appellatione venit, & comprehenditur poſſeſſio acquiſita, quia illa iuris eſt, no Rot. concl 61.

Ius ſuperueniens poſt impetrationem reſcripti, immo etiam poſt litem cõteſtatam prodeſt, vt fiat condemnatio. no. Ro. concluſione. 191. vide Io. An in c ſi. vt lite pen. ſuper prima, glo & pleniſſime per Do. Anto. in dicto c ſi. & per Bar. in l. & in eandem, §. actionem ff. de excep. rei iudi. Et omnino vide Bal. in l. 2. C. ne liceat potẽt. vltima columna, ver. idem dico, quando ceſſio fit ad defenſionem. vbi videtur contradicere his, quæ dicit idem. Anto. io dicto capitulo fin ſed non contradicit, quia Bal dicit quod ſuperuenit ius dominij. d. An. loquitur referendo, Io. An quando. ſuperuenit ius publicum. primum prodeſt, ſecundum non.

Ius acquiritur in beneficio, per ſolam collationem, ſiue prouiſionem, etiam ante adeptam poſſeſſionem, de præben. c. ſi tibi abſenti, & de reſcriptis. c. gratia, lib 6. Et per ſolam acceptationem acquiritur ius ad rem, vt no. ſub verbo acceptatio. in principio &c.

Ius ad rem qualiter intelligatur ĩ re, vide ſub verbo acceptatio. in fi. & ſub verbo. electio § electus nõ habet ius. Nam ius ad rem facilius perditur, quã ius in re, & preſentatus ante quã reſtituatur habet ſolum ius ad rem, vt no. Ro. concluſ. 299. & Io. An. in tit. 1. de Inſti. lib. 6. in nouella, & patet ex text. in c dilectus de offi. deleg.

Ius accreſcendi competit filio in re certa inſtituto. no. Ro. concluſione. 217.

Ius accreſcendi non poteſt prohiberi per teſtatorem inter hæredes vniuerſales, ſed quandoque fauore poſthumorum prohibetur. no Ro. concl 317.

Iuri offerẽdi, & iuri deliberãdi, qualiter præſcribatur vide ſub verbo præſcriptio. § præſcribi non poteſt. inſ eo & § præſcribitur iuri adeundi.

Ius canonicum ſeruandum eſt, non ciuile inter laicos in terris eccleſiæ ſubiectis no. Hoſt. & Do. Ant. de appel c. ſi duobus, ver. denique, & ibi vide.

Ius ſi certo reſpectu competit, tunc alio reſpectu non valeat actus.

Ius ſuperueniens in perſonam actoris ſeu datoris, an confirmet ius acceptoris, tam ad agendum quam ad accipiendum, vide plene per Bar. in l cum vir. de vſucap. vide Bal. in l. obſeruare. § ſi. ver. quæritur. ff. de offi. procon. & legat. vbi pulcre limitat,

Ius accreſcendi an locum habeat in contractibus donat. cauſa mortis, & in quibuſlibet diſputationibus. Vide. Bar. in l. ſi mihi & Titio. de verb oblig. & plenius per eundem. in l. re coniuncti de leg. 3. & Bal. in Auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſan. eccl. & plenius. in l. 1, C. quando, no. pet. partes.

Iuris commiſſarius facit pactum licitum, quod alias eſſet illicitum, vt no. Do. An in c. cũ M. Ferrarienſis. de conſtit. 33. col. ver. venio, ad tertium notabile.

Iure datoris reſoluto, an reſoluatur ius acceptoris. vide Bar. in l. ſi res diſtracta. ff qui. mo. pig. vel hypotheca ſol. & in l. lex vectigali. ff. de pignoribus.

## L

Laicus licet non poſſit obtinere canoniam, quia eſt beneficiũ ſpirituale. no. Ro. concl. 426. poteſt tamen habere præbendã. quapropter laicus poteſt eſſe præbendarius, ſed non canonicus, vt no de conſti. c. cum M. Ferarien. ſuper verbo canonicos, quod intellige in præbenda, quæ mera temporalitate cõſiſtit, de qua loquitur. Ro. concl. 441. nam in ſpiritualibus nõ habet vocẽ in Capitulo, nec etiam cotidianas diſtributiones percipit, vt no do An. de conſti c. cũ M, vltima charta. ver. 2. quæ eſt differentia Non ẽt poteſt habere præbendã in monaſterijs, vt ibi no. ſed dic quod laico poteſt concedi præbenda pro eius ſuſtentatione, tñ per hoc non dicitur habere ius appropriatum adminiſtrandi, ſed tamquã procurator in re ſua adminiſtrat, vt no. do. An. de cauſa poſ. c. ſi 13 col. ver. ex his inſurgit deciſio Et vide ſub verbo clerico §. Notarius.

Laicus non põt aliquod ius ſpirituale poſſidere, vel quaſi, nec acquirere iuriſdictionem in clericum, nec poteſtatem audiẽdas confeſſiones, vt no. do. An. io c ſi 25 col. ver. ex his decidi tur. de cauſa poſſ. nam in laicum nõ cadunt ſpiritualia ratione dominij. nec ratione poſſeſſionis, quia non eſt mere ſpirituale, & hoc eſt propter diſpẽſationem eccleſiæ, quæ hoc cõcedit laico ſepulcri. Laicus autem non poteſt habere dominium, licet poſſideatur ab eo, cum ſepulctum ſit in cœmeterio, quod eſt ſacrũ Ius ergo ſepulcri, quod dicit, poteſt ſpiritualitati eſſe annexum, vt no. do An. de iud c. quanto

Laicus nõ põt habere ius eligẽdi, nec cõferendi bñficiũ, niſi ex diſpẽſatione papę Et qñ papa cõcedit laico poteſtatẽ eligẽdi, tunc ex tali electione non præcipitur matrimonium, ſed illud, incipit & finitur, vt in confirmatione, quæ poſtea ſequitur per viros ſpirituales, no. do. An de iudi. c. quanto.

Laico poteſt ex cõſuetudine, vel priuilegio competere iuriſdictio, ſiue adminiſtrõ tẽporaliũ eccleſię vacãte ſede. not. Ro. concl. 300. Sed ẽt nõ vacante, ſed poteſt laicus habere vniuerſalem adminiſtrationem ruſticorum, & ruralium bonorum eccleſiæ, vt ſi vult eſſe gaſtaldus, ſed non põt eſſe adminiſtrator vniuerſalis perſonarum eccleſię, & nec põt ẽt proprio nomine principalis collector cõſtitui, & adminiſtrator ſpiritualiũ obuẽtionum. Vñ decimas, & oblationes colligere nõ poſſet, vt illorũ principalis adminiſtrator. Sed nudũ miniſteriũ poſſet ei cõcedi. Et ideo auctoritate inferioris a papa nõ põt quis laicus deputari, vt habeat ius colligendi obuẽtiones, & reditus eccleſiaſticos, & quòd ei deputetur officiũ ſuper eccleſia, vt diſtribuat reditus ad libitum in fabrica eccleſię, qñ illud officiũ nõ eſt ĩ eccleſia, vt miniſtrale Sed principale ſub quo cadit ſubiectio eccl quòd no. cõtra operarios in partib. Tuſciæ, qui colligunt reditus, & legata eccleſiaſtica, & diſtribuunt ad ſabricam ad libitum. Sed laicus bñ põt cõſtitui procurator, & Syndicus in vnã particularẽ cauſam, ẽt eccleſiaſticam, & ſpiritualem, ex quo non habet ſub nomine ſpiritualis officij. põt ẽt cõſtitui Syndicus, ad cauſas perſonales eccleſiaſticas quia per hoc nõ videtur habere vniuerſalem bonorum adminiſtrationem, & perſonarum &c. in qua tñ no. vt no do. An. de iud. c. decernimus, ver. ſi quæritur an poſſit habere An aũt, qñ laicus cõſtituitur procurator, vel Syndicus ad vnam particularem cauſam eccleſiaſtiam, & ſpiritualem, requiratur ſpeciale mandatũ, an vero ſufficiat gñale, vide ſub verbo procurator §. procurator põt eſſe laicus Adde pro neceſſitate eccleſiæ, poſſe dari ad firmam cum vniuerſali, adminiſtratione redituũ, & cũ facultate colligendi tẽporales, & ſpirituales reditus, vt no. do. An. de cauſa poſ. c. ſi. 13. col. ver. ex his ergo deciditur.

Laicus licet poſſit cõſtitui Syndicus ad vnã particularẽ eccleſiaſticã ẽt cauſam, & ſpiritualẽ. vt §. proxime dictũ eſt, tñ non põt cõſtitui Syndicus ad alienãda iura, vel bona eccleſiaſtica,

vel

Digitized by Google

vel etiam vnam rem ſingularem, quæ interuenerit, vt princi palis diſpoſitor rerum eccleſiaſticarum, quod eſt prohibitũ, vt no. do. An. de iud. c. decernimus, ver. ſi autem poſſit, &c.

Laicus non pōt eſſe vicedominus, ſed poteſt eſſe adiutor eccleſiæ, Vicarius autem eſſe non poteſt. Sed an poſſit eſſe Notarius in cauſa eccleſiaſtica, præſertim ſpirituali, vide, do. An. de iud. c. decernimus, vlt. col.

Laico non pōt epiſcopus, nec papa delegare poteſtatem excōicandi, nec abſoluendi ab Excōicatione, no. Do An de iudi c. decernimus, ver. cōcludendo. An aũt poſſit laicus eſſe iudex in cauſis eccleſiaſticis, ciuilibus, criminalibus, & ſpiritualib. & an poſſit eſſe ſaltem aſſeſſor, aut conſultor iudicis eccleſiaſtici, vide ſub verbo iudex laicus.

Laicus auctoritate epiſcopi prædicare an aũt poſſit publice, & diſputare de fide. vide d. An de iud c. decernimus, circa finē.

Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum bñficium eccleſiaſticum pro dño clerico, ſiue ſit conſtitutus ad certum beneficium acceptãdum ſiue ad incertũ. An aũt poſſit laicus in veſtin pro alio de beneficio eccleſiaſtico dic quod tutius eſt eum eſſe clericum, vt no. Io. An. de præben c. accedens.

Laicus capiens clericum ēt delinquentem ſine auctoritate ſuperioris prælati ſniam excommunicationis incurrit Et licentiam licet habeat capiendi, tamen ſiue pœna non percunt. Si autem clericus delinquens eſt in fuga, ita quod licentia prælati haberi non poteſt, tunc ſecundum abba licet eum capere, ſine pœna papæ Sed ſtatuerunt, do. An & Archid. contrariũ, vt no. do. An de iud. c. cum ab homine. ver ad vltimã. quis autem dicatur ſuperior, pro dicta licentia danda. vide do. An. in d. c. de famæ de ſen excom vbi tex. de hac materia loquitur.

Laicus an poſſit teſtificari, non poteſt laicus regularis.

Laicus regularis non poteſt accipere curatorē ordinis, & eius exequutionem, vide ſub verbo ordo. §. ordinis characterem.

Laicus ſicut eſt inhabilis ad impetrandum beneficium ad viã reſcripti, ita & ad præſentationem de ipſa fienda per patronũ. Oportet enim quod impetrans, vel præſentãs ſit clericus, tēpore impetrationis, vel præſentationis. no. Do. An. de iure patro. c. conſultationibus, in ſecundo notab.

Laicus ex conceſſione papæ poteſt excōicare. no gl. 32 diſt. præter hæc verum ver ſcribit. n idem vt no. Io. An. in c. 2 de præben lib 6 ſuper verbo, nil dixit in fi. in nouella. An poſſit aũt laicus excōicatum abſoluere, puto in dubio, quod ſic ex ſpeciali conceſſione papæ, eadē rōne, qua pōt excōicare ſed ceſſante tali commiſſione, dubitatur an iudex eccleſiaſticus, laicus ordinarius, vel delegatus. per eum poſſit excōicatum abſoluere. Goffred. dixit, quod ſic, vt no. Arch. 87 diſt. bene quidem in fi cōtrariũ tenet gl. de ſent. excom. c. canonica. & do. An. eo. ti. cum illorum, & Hoſt eo. ti. c a nobis Sed Io. An ibi dicit, quod p̄t abſoluere quo ad forũ iudiciale, non quo ad pœnitentiale, & hoc tenet idem do. An in d. c. a nobis, vide ſub verbo excommunicatio, §. excommunicare poſſunt.

Laicus an poſſit eſſe iudex conſiliatius, vel poſſeſſor in cauſis eccleſiaſticis, vide ſub verbo iudex. § iudici laico, & §. ſequēti, & an poſſit eſſe vicarius epiſcopi, vide ſub verbo vicarius, § vicarius epiſcopi in temporalibus.

Legatum ſiue relictum oīum bonorũ inducit hæredis inſtitutionem, ſi alius non eſt hrs ſcriptus. vt no gl ff de hære inſti. l. his verbis, vide. inf § legatũ totius hæreditatis, vel partis habetur pro tali fideicommiſſo per quod tranſeunt iura actiue, & paſſiue Idem in legato omnium bonorum, ſecus in legato partis bonorum, quia illud intelligitur deducto ære alieno no Bar. de legat 2 l. ſi quis ſeruum, § fi.

Legatum tacitũ non operatur tranſlationem dominij, no. Bar. de legat. 3 in l. vxorem, §. agri plagam.

Legatum an poſſit fieri collegio, vel templo futuro, vide ſub verbo futurum.

Legatum ad certum vſum pium non poteſt ad alium vſum cōuerti ſine licentia papæ, vt patet in clem. quia contingit. de reli. domibus in tex. & gl.

Legatum ſpeciei non minuitur ex legato quãtitatis, licet bona hereditaria, nō ſufficiãt ad vtrũq; legatũ uo. Bal. de teſt. mili. l. ſi certarũ § fi. & l. ſequen. niſi teſtator expreſſe dixerit velle, quod legatum quantitatis integre præſtaretur, vt no. Bal in l. qui quadraginta in principio ff. ad legem Falcid.

Legatæ rei dominiũ an recta via tranſeat in legatariũ, dic quod non, ſi eſt legatũ quãtitatis Idem in legato gñis, niſi facto electione; ſecus ī legato ſpeciei certe, niſi eſſet ſpecies aliena, vel niſi eſſet legatũ tacitũ, vel expreſſum, no. Bar. in l. 1 Vbi aũt legatur res in qua teſtator no habet dominiũ, ſed publicianã, ut ibi no. per Bar. In legato aũt vniuerſali partis hæreditatis, quia illud equiparatur fideicom. uniuerſali, nō trãſit dñium niſi facta reſtitutione. Secus ſi legatum eſt alias uniuerſale, ut quia legatur grex, peculium, & familia in legato uero omniũ bonorum idem eſt, quod in fideicom. uniuerſali, ſecus in genera i legato partis bonorum, ut no. Cy & Bar. in l 1. C communia de legatis.

Legatarius habet tacitã hypothecam pro legato, & aliis rebus, quæ a teſtatore prouenerũt ad hæredem, non in ipſa re legata. Vel dic quod ēt in ipſa habet tacitã hypothecam, non obſtante quod illius rei dominus ſit, quia illud dominium habet de iure ſpeciali, no. Bar in l 1. ff de legat. 1. in ſpecie autem re vni legata, non cōpetit alteri legatario tacita hypotheca vt no. gl. & Cy. C. communia de legatis, l. 1.

Legata non poſſunt peti, niſi adita hæreditate & ſic legatarius nullam habet actionē realem, perſonalem, hypothecariã, niſi poſt additam hæreditatem, & ſi aliter aduocatus conſulit, fatue agit, no. Cy in l 1 C communia de legatis.

Legatum per quod quis relinquit vxorem vel aliam perſonam dominã, & vſufructuariam oīum bonorum ſuorum filio inſtituto, cōtinet alimenta duntaxat, ſed inſtituto extraneo cōtinet vſumfruc. no. Bar in l. Titia. & Bal §. ſi ff de legat. 2 nullo aũt inſtituto extraneo, cōtinet hæredis inſtitutionem, vt no Bar. in l. licet C de pac. vide. ſ in principio, & Spe in ti qui ſi ſint legib. § ver. ſi quis ita, & ibi no. Io. An in ver quidã aũt, vbi facit differentiam, an alimenta relinquantur domina, & maſſaria, ſeu vſufructuaria inſtituta, vt primo caſu recipiat alimenta ab hærede, ſecundo a ſe ipſa.

Legatum rerum in certo loco exiſtentium an extendantur ad res per teſtatorem in eodem loco poſt legatum factum queſitas, & an ſi teſtator legat vxori veſtes factas poſt legatum. Vide Bar l. ſi ita. de auro, & argen. legato.

Legatus habet iuriſdictionem ordinariam, no. Ro. concl. 33. & legatus de latere concurrit in conferendo beneficia ad collationē epiſcopi ſpectãtia iure proprio. Secus in his quæ ad epiſcopum pertinent iure deuoluto, quia illa non pōt legatus, ēt de latere conferre, no Ro concl 301. & vide ſub verbo ambaſiator, & § beneficijs, & §. diſpenſare an poſſit legatus, & §. auctoritas.

Legatus de latere maior eſt epiſcopo, & eſt ordinarius ī prouincia ſibi decreta, ideo poteſt ſtatuta perpetua facere, & electos exemptos confirmare, & eccleſiam parochialem. Epiſcopali, vel alteri dignitati, vnire ex cauſa rōnabili, dũmodo fiat vnio eccleſiæ, non exemptæ ab ordinario, quia tunc non poſſet, ſicut nec ius vnius eccleſiæ alteri dare, vt no Ro. concl. 114.

Legatus de latere pōt eccleſias ēt collegiatas vnire, ſecundum Lap licet Fre. cōſuluerit cōtra. Sed nō pōt ipſas eccleſias collegiatas cōferre, & permutare ēt inuitis his quorũ intereſt, niſi ſint patroni laici cōtra quos nō pōt qs, niſi diœceſanus, procedere, vt no. Lap. in add q̄ facit ad tractatũ permu q. 19. vide d. An. de cōfir. vti. c. ſi vbi plene ponit de p̄tãte legati Dic, qđ legatus poteſt vnire beneficia, ēt reſeruata, ſed nō poteſt vnire ſpiritualia, hoſpitalia, nec eccleſiã habētem patronũ laicũ, ſine ipſius conſenſu, vt no. do An. de exceſ. præl. c. ſicut vnire.

Legatus de latere, licet poſſit vnam eccleſiam alteri vnire, non vocato Rectore, nō tamen poteſt illam ſine eius licentia diſmembrare, nō vocato doctore, ſeu rectore non tñ pōt aliam ſine eius licentia, diſmembrare, non ſeruata ſolennitate, quæ requiritur in perpetua alienatione, vbi dicit, quod eccleſiam collegiatam vnire nō poteſt, immo nec ſimplicem cappellã, ſi per eius vnionem aufertur ordinario ius conferendi, ſecũdum. Io. An. in addi. Spec. tit. de lega § nunc oſtendendum, ver. quinto dicit, quod eccleſia ēr pōi vniri mēſe ſpecialiter.

Legatus de latere poteſt beneficia reſeruare, ſed non dare ius ad vacaturam, nec beneficia vacantia in curia conferre, quid autem in deuolutis ad ſedem Apoſtolicam, an illa conferri poſſit, vide do. An. in cle ſi. de off. ord. & gl. in cle. ſi de beneficio. de præben. dic, quod poteſt no. Io. An. in c. 1. de offi. leg. lib. 6. in fi glo.

Legatus de latere non poteſt in genere, nec in ſpecie cuiquam cōmittere, nec dare poteſtatem recipiendi aſſignationes, ad conferēda beneficia, etiam perſonis idoneis, in ſuam legationem conſtitutis, ne detur via ad futura beneficia conferenda, contra concilium Lateranenſe. Sed poteſt cōmittere reſignationem, & ea admiſſa poteſt dare poteſtatem conferendi illud beneficium reſignatum, quia ceſſat ratio prohibitionis, cum tunc beneficium ſit vacãs, non vacaturum. no. Ro. concluſione. 383.

Legatus de latere, licet poſſit facere ſtatuta perpetua, vt no. Ro. concl. 114 quod debet intelligi de ſtatutis, quæ non ſunt contra ius, quia ſtatura contra ius commune facere non poteſt, ut no Io. An. de offi. leg. c fi. in principio c. ſtatutum tamen, quod eſt in eccleſia, non poteſt tollere, vt no. Fred. in tracta. permut q. 30 dicit tamen Lapus. ibi in addi quod etiam ſtatuentes, licet iurauerint ſtatutum, tñ ad legatum vel ad mandatũ legati faciētes mentionem de iuramento, p̄ſſt contrauenire, ſine metu periurii, & ſic ſentit Lapus. qđ legatus pōt ſtatuto eccleſię derogare, ſed nō dicit qđ poſſit in totũ tollere,

Legatus de latere poteſt derogare conſuetudini de opt. ſo no. La in c.fi.de conſue lib 6 Item per reſeruationem ſuam pōt impedire preſentationem patron.de iurepatron. c. cum dilectus,& ibi no.glo.

Legatus an poſſit ligare, & abſoluere ab excommunicatione. Vide ſuper verbo Excommunicatio. §.excōmunicatus propter iniectionem.

Legato creditur, ſicut Cardinali de his,quæ coram eo aguntur, no Inn.de accu cum dilectus,& vide ſub verbo Cardinalis.

Legatus natus, licet ſit ſuperior conſtitutus ad alios infra legationē ſuā exiſtentes, vt tamen poſſit ad eũ appellari, vel ipſe per ſimplicem querelam adiri,non eſt ſuperior ſui ipſius, vt no. Arch. primo ab inſia ſua non poterit appellari ad eum,vt ad legatum. Et conſequenter ratione legationis non dabit ſibi nomē ſemeſtre ad beneficia cōferēda,ſi forte fuit archiepiſcopus negligens,no Ro concl 301.

Legatus de latere poteſt famę reſtituere,in quo crimine poteſt diſpēſare ſecundũ Bar & ita limitat Inn Ho.& Arch. vt no, Pet.More in c.1 de offi leg.lib 6

Legatus de latere licet poſſit conferre beneficia ad ſedem apoſtolicam deuoluta.vt no. Io. An.in cap.1. de offic. lega. lib. 6.in gl.fi. tamen parochialem eccleſiam cōmendare nō pōt non exiſtenti in ſacerdotio,& ętate legitima quia dicit text, quod tali nemo comendare præſumat, & illud verbum nemo deinceps,de elect.lib 6 in nouella per hoc videtur,quod parochialem eccleſiam vacantem per non promotionem ad ſacerdotium,non poſſit legatus conferre eum promoto,dicit,quod ei nullatenus,conferatur,vt in c.commiſſa §. porro eo tit.& lib Et illud verbum nullatenus eſt vniuerſale negatiuum,& ęquipollet verbo nullus conferat.

Legere & dicere æquipolent niſi legere foret de ſubſtantia,no. do.An de cohab.cleri.c.veſtra ver no.quòd legere.

Legitimatio an poſſit fieri per inferiorem a principe, vide ſub verbo filius §. filij legitimi.

Lex & cōſtitutio ligat poſt duos menſes a die publicationis, & non ante vt in c.1.de poſtu.prxla.& no. per gl. in procemio. decre & ſexti.& cle.Et vide plene.per Do An.in c.cognoſcētes.de conſtit & plene in c. primo, de hæreti.in gl. ſuper verbo probatio.

Legis vim obtinent,& ab eodem tempore,quo leges,ligant mādata generalia papæ,ſicut ſunt regulę ſuæ cācellariæ, quia talia manda ſapiũt naturam legis No.gl.de ſen excom.a nobis & in cle.de vi.& hon.cle Sed do dicit cōtrarium, quod tales regulæ non habetur pro lege,vt ipſe no.in cle.in gl.ſuper verbo de cetero.Pro quo facit,quòd de natura legis eſt,quod ſit ppetua,& ęterna,licet aliqñ ex cauſa reuocetur, in procmio ſi.Et dictę regulę ſunt temporales ad vitam cōditoris,no.Io, An in regula nemo pōt.de reg iur lib 6. in nouella, vlt.col, poſt prin. dicit quod regula idem eſt, quod canon. Sed text. aliter dicit in l 1.ff de iure iur.Et vide § proximo.ſe.

Lex ſiue conſtitutio,ſi dicat quod in vna dioeceſi nō pōt eſſe niſi vnus ſub collator,intelligitur eo tempore, quo ſucceſſio vnius poſt alium reuocatur,vel diffinitur,not Rot.concluſ. 202 Et idē in mandato dictante,quod collator nō poſſit ſubſtituere niſi vnũ ſubcollatorem,dumtaxat in ſuis ſingulis ciuitatibus,no.Ro.concl.296.

Lex ſiue conſtitutio excludens indefinite exceptionem nullitatis,non intelligitur excludere nullitatem procedentē ex defectu iuriſdictionis,qñ exceptio totaliter per cōſtōnem tollitur.Secus ſi ſolum differtur,quia tunc ēt ſi notoria ſit,in cōſtitutione includitur,no Do.An.in cle.1.de re.iur.in glo. ſuper verbo pendere,& vide inf.ſuper verbo.pēden.& vide inf. ſub verbo reſcriptum § reſcriptum quòd mandatur.

Lex ſiue conſtitutio extrauagans,an ſeruanda ſit, & an ſententia contra eam lata teneat,vide,do.An.de fide inſtrum. c.paſtoralis.

Lex ſiue cōſtitutio pœnalis,ſi aliquid expreſſe prohibet,per qđ aliud antecedens,& conſequens intelligitur eſſe tacite prohibitum,in tali tacite prohibito nō habet locũ pęna in lege expreſſa,ſi remanet pęna arbitraria,licet ergo lex pęnalis,& prohibitiua, qñq; ex cōſequentia extenditur qua ad pœnam, vt no gl ſingularis,in cle.1 de conſan & affi.ſuper verbo cōtrahere,in contrarium facit gl.in c,ſi poſtquam de elec.lib.6.ſuper mente,ſed ſolue ex notatus,in §.prox ſequentib.

Lex ſiue conſtitutio pœnalis,quantũcumq; in alterius fauorē principaliter facta ſit,extendi non dēt,no.Ro.concl.278 Cōtrarium dicit gl de elec.c.ſciāt cũcti. ſuper verbo alios,lib.6. niſi dicatur,quod ibi fiat extenſio ad caſum,qui ſub verbis legis comprehendatur. ſecundum latam ſignificationem, vt no ſuper d gl.§ nouella vbi dicitur hoc in fi. alias dici poteſt, quod ibi eſt eadę ratio in caſu,ad quem fit extenſio.Item lex pœnalis nō extenditur ad caſum,ēt ciuilem tex de elec c ſtatutum.lib.6 in fi.vbi eadem rō,quia tunc non dicitur extenſio,quia quod eſt ex mente. no. Io. An.c.ſi poſtq̃. in gl. ſuper verbo alios.eo.lib.ſuper verb.Italiæ.& Arch.de pę d.1.c vulgare § pœnę Et hoc intellige qñ ratio,ſiue mens pōt colligi ex verbis in lege expreſſis,alias ſecus,vt no.do. An in c 2 de reſcriptis.in gl ſuper verbo præſidentes. Et de iſta diſtinctione,qñ poteſt mens colligi ex verbis in lege expreſſis,& qñ nō eſt caſus dict.c ſi poſtq̃.§.1.declaratur ex mente c.cupientes, quod ſecundum verba loquitur,qñ ab electione appellatur, ſeruandum eſt,ēt qñ a confirmatione electionis, vel a prouiſione facta per illum,ad quem erat prouiſio,ex negligētia deuoluta appellator ad ſedē. Et hoc eſt ex vi prorogationis factæ per papā in d.§.fi non venit declaratiuę ſed prorogatiuæ. Et ita no Io An.de reg.iuris Oldra.lib. 6 ad fi in nouella. Item de præmiſſis eſt caſus in clę.1.iuncta gl. ſuper verbo contrahente,de conſa. & affi. vbi patet ad caſum, qui eſt ex mente, quæ colligitur ex verbis in lege ſiue conſtitutione expreſſis, non extenditur,nec prorogatur lex pœnalis,quo ad pęnam. Nam,ex verbis legis prohibentis matrimonium, non poteſt cōcipi,quod prohibeantur ſponſalia,quæ ſunt prorſus diuerſa a matrimonio,tñ præſumitur, quod mens fuerit ēt ſponſalia prohibere. Et nihilominus ex iſta mente præſumpta non poteſt dici, quod pœna appoſita in matrimonio habeat locũ in ſponſalibus,vt ibi patet,licet autē in materia pœnalis exorbitanti non ſit licitum arguerę ex identitate rationis,quæ ſpecifice ex verbis non colligitur, tamē permittitur extendere verba diſcretæ ſignificationis ad latā, vbi eſt eadem ratio,vt ſingulariter no Do. An.in cle.auditor. de reſcriptis in gl. ſuper verbo beneficio.Cōtra hoc tñ videtur glo.in cle.1. de ſo. compe.ſub verbo ſubditos.Et vide ſub verbo ſtatutum pœnale.vide inf.§.lex,ſiue conſtitutio,etiam pœnalis,& §.ſe.

Legis mens generalis ex tacito operatur ſicut ex expreſſo.No. Bal.in l.maximum vitium.C.de libe.præterit.quod procedit in non exorbitantibus, etiamſi ex illa generali mente ſpecificetur,quæ ex verbis ſpecialiter colligitur,no. Do. An. in cle. 1.de reſcriptis in glo.ſuper verbo præſidentes,vide omnino. Bar.in l.ſed ſciendum.ff.ad legē. Pompeiam de parricidijs, & in l.furti.§.fi ff.de his qui. no.in famia & Archid.de pen.diſt. 1 c.vulgare.§.penult.

Lex corrigens non extenditur ad caſus in ea non expreſſos, licet ſit eadem rō,no.Bar.in l.ſi vero.§ de viro.ff.ſolu.mat. & Io.An.de re.iur.quæ a iure lib 6 & in regula cōſtitutionũ.eo. lib.& in c, dudum,§.boni.in gloſ.vt patet.de ſepul.in c. vt hi. qui.in gl.cathedralib.circa fi.de ętate & qualit. In contrariũ facit,qđ no.p eundē.Io.in c.1.de rerũ pmut lib.6.in gl. quid ſi non.de reſcriptis,c.gratia.eo.lib.in nouella.8 q.procurator ignorāte impetrāte,& dño ſciēte,ſed nō cōtradicēte,quia in d.c.1.& ĩc gratia,erat nō expreſſa,de qua licet arguere,vt no. Io.An.in cle.1. ſuper verbo oblig de elec Secus, vbi ratio nō eſt expreſſa in l corrigēte,& cũ hoc cōcordat.Bal C,de ſacroſan.eccl.Auth.quas actiones,& quod.no Bar.in l per diuerſas C man.licet Bar.videatur ſenſiſſe cōtrarium,in auth res q̃, C.de leg.ſed nō contradicit,qa & ibi fuit rō expreſſa in ex illa,non vr licitũ arguere per dictũ c. dudum. vbi rō fuit expreſſa,vt in d.§.huiuſmodi ver.verũ ne.& tñ. Io. And ibi dicit ĩ gl.vt patet ex illa gl.cle,nō hēre locũ ĩ caſib nō expreſſis, dicit tñ do.An ꝙ in iuribus exorbitātibu.nō eſt arguendũ ex idētitate,rōnis, q̃ ſpecifice ex verbis legis nō colligitur, quia in talibus iuribus illud nō cenſetur de mēte,ꝙ ex verbis ſpecifice nō ſumitur,do. An in cle. de reſcript in gl. ſuper verbo præſidētes,& facit ꝙ no. per eundē in d,cle.vt hi. Aduerte tñ quod ēt in talibus iuribus licet extēdere verba de ſtricta ſignificatione ad latā,vt no idē do. An. ſingulariter in gl. cle.1. de ſo.cōp.ſub verbo ſubditus.Et quod idem.do. An.de iuramē. calum ver 2.no.hoc,quod q.4.col.Sed dic quod in d.c.2 loquitur,qñ fit extenſio non ad latā ſimplr,ſed ad impropriā ſignificationē,quod licet,ꝙ no in gl.dictæ cle.1.de ſo compe.ſub verbo ſubditos,in fi Et qualiter intellexerit,patet ex notatis per eũde ord cogn §.verũ ver.quæro.an hęc exceptio.8.col.vide cle.1.de ſeque.poſſ.& quod ibi no.gl ſuper verbo ēt ſi dignitas. Vide oĩno ſup verbo pentione.c.fi.15.charta ver.fallit. Primo dicit,quod conſtō exorbitās. trahitur ad caſum, in quo eſt maior,vel par rō,niſi cōſtō ſit pęnalis, & correctoria ſimul quia tunc nō extenditur ex paritate rōnis, vide ibi plene per cũ.Et idē no gl in cle.hi qui.de ęta.& qualitate.in verbo in eiſdem circa fi & vide oĩno.§ lex qñ nō hēt Bar.tñ duo notabilia,verba dicit,quod aut vna lex aliā ĩ totũ corrigit, & tunc non licet arguere ex paritate rationis,ad cauſam,nō expreſſam in lege corrigente,ſecus ſi in totũ non corrigat,licet limitet,vt diſtinguat,vt ipſe no.ff. ſolut matr. l.ſi conſtante, in principio in nona q. primi membri.

Lex exorbitans,ſiue corrigens,poteſt extendi ex generali regula iuris, cui licet quod eſt maius quæ extēſio appellatur paſſiua,vt no.Io.de Imola de repet.l.ſi vero.§ de viro ff.ſolu ma.

quod

Digitized by Google

quòd intellige de extẽſione, quæ fit ad caſus, in quibus illa regula per alia iura eſt ſpecialiter approbata, vt patet in c. ex parte. 3. de decimis, alias ſecus, quia ex mente ſpecifica, & non generali, debet lex exorbitans extendi, vt no. Do. Ant. in cle. 1. de ap alias ſequeretur, quod per illam regulam generalem lex corrigens ſemper extenderetur per maioritatẽ rationis quod eſt cõtra gl. & cõem opinionem in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. & vide Bal. in l. 2. C. de patrib qui fi. diſtraxe.

Lex ſiue etiam conſtõ pœnalis, & odioſa ſi duo parificat, quod in vno extremorum diſponit, idem in alio diſpoſuiſſe cenſetur. no do. An. de præbenden. c. de multa 8. columna. ver. no. etiam, quod in pœnalibus, Facit l vt tantum §. 1. ff. de ſeruo. corrup. & l. 1. de legat. 1 & quod ibi no. Bar. de adequatione legatorum, & fideicommiſſariorum, vbi dicit, quod quando vna res adæquatur alteri, omnia iura, quæ competebant, rei ad quam fit adæquatio, competebant etiam rei adęquatę. Videomnino. Do Ant in cle. 1. de offi. vica. vltim. col. ſuper vltima glo. in verbo ſacerdotium.

Negatiuā an & qualiter teneatur quis probare, vide Ioā. An.de elec c. bonæ,il 1. & in regula ſine poſſeſſione.li 6 in nouella. conclude rē,ꝙ negatiua,etiā improbabilis,eſt ſemper probā da per probantem quando habet fundatam intentionem ipſius negantis,ſiue negans agat,ſiue excipiat,ſiue replicet,niſi negatiua aliqua præſumptione iuuetur, ad quod determinandum ante præſumptionem iuuetur, vel quando ſundat intentum alicuius. Dicas,quod quædam eſt negatiua qualitatis perſonæ, & quædam negatiua alterius accidentis extrinſeci perſonę, vt negatiua alterius ſolēnitatis actus probari debet per negantem, quia ſolennitas præſumitur, quod fallit certis caſibus. Secunda eſt multiplex, quędā eſt negatiua qualitans a natura, vt quod quis non habet rationem naturalem, quod quis non ſit diſcretus, quod non diligens, quod non bonus. Et hoc ſimiliter debet probari per negantem, quia talis qualitas præſumitur a natura ineſſe, niſi ſemel malus poneretur, quia tunc in eadem ſpecie mali ſemper malus præſumeretur. Quædam eſt negatiua qualis corporalis, vt quod quis non ſit legitimus, vel quod non ſit ſaluus, & ſimiliter probanda ſunt per negantem, quia hæc qualitas, quæ ſic naturaliter ineſt, corpori ineſſe præſumitur, niſi appareat, quod quis ſemel infirmus ſuit, & tūc de infirmitate dubiū ſit. Quędam eſt negatiua qualitatis naturæ erga corpus tempore variabilis, vt ætas, & in hoc idem, quod ſtatim dicam in ſequenti. Quędā eſt negatiua qualitatis accidentalis ad corpus, vt qđ quis non ſit cantor, & ſimilia, & tunc ſuper hac qualitate eſt contentio cum parte, a qua nihil petitur, & hanc ſimiliter habet negans probare, & hoc fortius procedit, quādo affirmās eſt in quaſi poſſeſſione illius qualitatis, vel ſaltem habet famam pro ea. Aut eſt contentio cum iudice, vel ſuperiore, a quo aliquid petitur, & tunc affirmans tenetur probare, ſe habere qualitatem negatiuam, & vbi dictum eſt negāti incumbere onus probādi, intellige niſi ſit in quaſi poſſeſſione qualitatis contrariæ qualitati negatę, vel niſi contra ipſam habet famā. Tertia negatiua qualitatis accidentis extrinſeci, vt quod quis non ſit ſoluendo, nō eſt probanda per negantem, ſed qui ſoluēdo ſe aſſerit indiſtincte ſe talem probare debet, niſi appareat eum aliquando eſſe ſoluendo, quia tunc in futurum præſumitur. hoc no.do Ant de elect. 17. columna ver. venio ad tertium. Vide, quod idem do. An no. contra legitimationē in c. lator. qui filij ſunt leg. 6 col. ſecundum Io. An. in c.1. de litis conte. lib. 6. in nouella. circa qualitatem legitimationis, & ętatis in beneficialibus in electo confirmationē petere concludit, quod ſi talem qualitatem negans probat, perdit initiātiam, nec caſſatur electio, & repellitur opponēs, tamen affirmans nō conſequitur cōfirmationem electionis, niſi probet qualitatem prædictam, & neutro probante, ſaltē quo ad poſſeſſionem opponendā, & firmandam, iudex ex officio ſtatuet terminum parti agenti, & affirmanti, ad probandum qualitatem prædictā. Et ſi in probatione defecerit, electionem caſſabit, ne diu maneat eccleſia impedita. Sed quid erit, ſi quis non petit electionem, confirmationem, ſeu beneficij adiudicationem, in quo prætendit per collationem eius perfecte quæſitum, & petit ſe in poſſeſſionē induci, & aduerſarium a poſſeſſione remoueri, aduerſus ea obijcit, quod nō eſt legitimus, & illegitimus, qualiter ſententia feretur, puto ex præmiſſis poſſeſſorem, & reum abſoluendum, tum quia affirmans litigat cum parte, a qua aliquis petit ſibi poſſeſſionem. Ideo ſecundum regulam actore non probante id, quod eſt fundamentū intentionis ſuæ, debet reus abſolui, ſecundum, do. Anto tum etiam, quia non debet actor aliquid conſequi, nec adiudicationem, nec poſſeſſionem, niſi probet qualitatem prædictam ſecundum Io. Et licet Io. An. in dicta regula in ſam bus, dixerit negantem qualitatem prædictam ſecundum Ioā. An illud eſt ideo, quia negans non poſſidebat nec contra eum actum fuerat, nec de ſuo priuato intereſſe tractabat, & conſequēter abſolutoria eadē ferri nō poterat, cuius contrarium eſt in caſu prope dicto. Et vide ſub verbo præſumptio § præſumi an debeat quis dignus.

Negatione non fit res dubia, quando id quod non eſt notoriū extraiudicialiter negatur, ſecus ſi iudicialiter, quia tunc res fit dubia ad comodū negantis, niſi negās habeat cōtra ſe præſumptionem iuris. Si autem id, quod eſt notorium, negatur, tunc ſi negatur factum tantum, & non qualitas notorij, non fit res dubia propter veritatem notorij. Si vero non negatur factū ſed qualitas notorij ſic tūc res fit dubia propter circumſtantiarum probabilitatem. Negatiua enim probabilis facit rem dubiam, non autem improbabilis, vt illa quæ habet contra ſe notorium, niſi talis negatiua ſaltem ſimpliciter probetur. Ideo intellige, quod talis ſemiplena probatio non habet contrarium contra ſe euidentem cauſam connexam, vt no.do.An.de cohab.cler c.veſtra 2 r col.

Negatiui actus non ſunt tantæ potentiæ, quantę negatini affirmatiui no do. Ant.de conſtit c.cum acceſſiſſent, & Inno de ſi.presbyt c.veniens & Io. An de cenſib peruenit & do. An. de cauſa poſſ e peruenit c.ſi.15 col.ver ex his apparet.

Negatiua cōſuetudo qualiter probetur vide Io. An. & do. An. in c. Ioannes, in d.cle.contingat. & Bal, in l. de quibus, ff de legibus.

Nepotis appellatione non ſolum continetur filius filij, ſed etiā fratris, & ſic non ſolum comprehenditur nepos deſcendens ſed tranſuerſalis, no. Io An. de elec. c fundamēta lib 6. quod eſt notandum. Item no.do. An de conſan & affinit.c.tua.

Niſi hæc dictio, in iudicijs, & vltimis voluntatibus æquipollet dictioni, ſi non ſecus in contractibus, vt no do Ant.de appel. c præterea c requiſiſti. in quarto notabili. Et in ver. oppone, quod dictio, vbi vide in additione. Spec ti de ſponſalib.

Nominatio alternatiua valet, no Io An.de elec.c. 2. lib 6. in nouella & vide ſub verbi prouiſio.

Nominatio facta ante ſcrutinium nihil iuris tribuit nominato, ſed facto ſcrutinio ſic, eo publica no glo. in ca quod ſicut. de elec & no. textus in c publicato eodem tit. vbi patet, quod nominatus in ſcrutinio a maiori parte poteſt poſtulare, vt electores compellantur ad electionem, de eo faciendam, & conſequenter eſt ſibi ius quæſitū & de neceſſitate electores tenētur eum eligere prædicta procedunt, quando nominatio fit eo caſu, quo in electione ſeruari debet forma. c. quapropter. de elec vbi autem illa forma non requiritur, tunc nominatio deliberate facta ius tribuit, & vim electionis habet. de elect. c.cum in iure & hic ibi no Cald & do Anto.de hoc caſu poteſt ſaluari glo. quæ dicit, ex nominatione ius acquiri nominato. 17.q.7 c contra ſanctorum. Iſta etiam fuit mens Inno. in dicto c. quod ſicut, & c.cum in iure, ubi dixit, ſecundum antiqua tempora nullam fuiſſe in electionibus neceſſariam, & etiā ſecūdum moderna tempora idem ſeruari in indemnitatibus, minoribus, & inferioribus beneficijs. in quibus iura antiqua remanent incorrecta, ſecūdum ꝙ ſufficiebat, qualitercunque conſtare de ſolis conſenſibus electorum in aliquem directis. Et propterea in iſtis caſibus dixit do. Anton. quod non licet nominantibus variare, quia propter nominationem deliberatam perficitur elect. no.do. An in dicto cap. publicato licet ibi Io And in q. 19. dubitatiue tamen in hoc ſentire videatur, & male illud autem certum eſt, quod poſt nominationem ſuperiori præſentatam variare non licet, vt no. Ioan. An. Innoc. & Dom. Anton. in cap. bonæ primo de poſtul.

Notarius ſi aliquid narratiue dicit in inſtrumento talia verba narratiua, nihil probant no. Ro. concl. 270. niſi exprimat locum teſtis, & tempus, & ſe interfuiſſe, & rogatū de illis narratis, vel niſi illa narrata ſint de facto longinquo. no do. Ant. de prob. c. quoniā contra penultima charta, in prima columna. idem no. Bal. C. de teſtibus l. iuriſiurandi. Et vide ſub verbo inſtrumentum per totum § clenco § qui eſt in ſacris.

Notarius creatus a Papa poteſt etiam in terris imperij conficere inſtrumenta, no Ro. concl. 279. Quid de creato rege vel vniuerſitate, ad hoc habente poteſtatem. Dic vt ibi, ſub verbo inſtrumentum.

Notarium poteſt creare papa, imperator, & rex, non cognoſcēs ſuperiorem. Item ſtatutum, & conſuetudo, vniuerſitatis quę ſit ſui iuris & non alterius. Ad hoc vide. Inno. & do. Ant. de fide inſtru. c cum. P.

Notarius ſi vnum ſcribit, & nuncius dicit ſe aliter retuliſſe quam ſcriptum ſit, cui potius credi debeat, vide infra ſub verba nuncius, in principio.

Notarius ſi ſcribit depoſitionem teſtis, & teſtis dicat ſe aliter depoſuiſſe, ſtatur ſcripturæ Notarij, niſi ageretur contra teſtem ad pœnam falſi, vt no. Spec. tit. de teſte § 1. ver ſed pone, ecce Iudex. 9. columna. prædicta intellige, niſi Notarius eſſet alias ſuſpectus. vide § proximo ſub verbo nūcius in principio. Et hoc tenet expreſſe do. Anto. in c. ad audientiam. de præſcriptio. dicit tamen Specu ver ſed pone ſupra allegato. quod etiam ſi agatur contra teſtem ad pœnam falſi additur Notario teſtis ſimul cum iudice examinanti.

Notarius laicus an poſſit conficere inſtrumenta, in cauſa eccleſiaſtica de ſpirituali Dic vt no do. An de iudi. c. decernimus, vltima col. & c. ſicut nc clerici, vel monachi.

Nota-

Digitized by Google

Notarius non poteſt ſcribere commiſſionem quam iudex ſibi facit, ad examinandum teſtes, nec poteſt ſcribere relationem propriam citationis ſibi commiſſæ, licet Spec. contrarium dixerit in hoc vltimo, vt no. do. An in c. 1 ver. examinemus. Idem no. Io. An. in c. quoniam contra, & Bal. de fide inſtru. l. iudicem, & de teſti. l. iuriſiurandi. An poſſit autem ſibi aliam commiſ. ab alio quam a iudice factam ſcribere. vide Bal. C. de iure deliber. l. ſi §. ſin autem dubius & per eundem Bar. in l. ſi ex ſententia. ff. de teſta. tu. & per Bal. in dicta l. iudices.

Notarius excõmunicatus an poſſit inſtrumenta cõficere, vide ſub verbo excommunicati §. excommunicatus.

Notarius ſi contradicit inſtrumento ſub nomine ſuo ſcripto, dicens ſe id non ſcripſiſſe, facit inſtrumentum vacillare. not. gl. C. de fal. l. ſi quis decurio. Idem videtur, ſi dicit ſe falſum ſcripſiſſe, vt ſentit. Cyn. C. de fide inſtrum. l. in exercendis, in ſecunda q. ſed Io. An. in addit. Spe. tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentum, ver. primo. videtur ſecundum Odofred. concludere, quod dictum notorij contra veritatem inſtrumenti nihil operatur. Sed an dictum eius, quod ſcripſit, an non facit inſtrumentum vacillaret, eſt in iudicis arbitrio ſecundum, Pan. tandem remittit ad no per Cyn in dicta l. in exercendis. Bal in l generaliter. C. de nõnum. pec. dicit, quod non creditur notario dicenti ſe falſum ſcripſiſſe. Fateor, quod non creditur ad plenam probationem, niſi ſecum habeat vnum teſtem contradicẽtẽ, quod res aliter fuit quam ſcripta, quo caſu cenſetur error probationis, & poteſt corrigi, vt no. Bar. in l. librarius de re. iuris. Sed licet ex ſolo dicto Notarij non probetur error, nec falſitas inſtrumenti, videtur tamen ſuſpectum fieri, adeo quia nõ probet niſi ſaltem vno teſte inuetur per glo. in dicta l. ſi quis decurio, & per rationem. Cyn. dicta l. in exercendis.

Notarius ſi ſcripſit falſum inſtrumentum, ſed nulliter, quia nõ facit fidem, an puniatur de falſo. vide Bar. in l. ſi quis legat. ff. ad leg. Cornel. de falſis.

Notarius licet rõne certi inſtrumẽti ſit de falſo condẽnatus, tñ illud non præiudicat voluntari aliud inſtrumentum conficiendi, vt no Bar. in l. denunciaſſe. § ſi ff. de adulte. quòd procedit, etiam ſi pars ſciuerit cauſam falſi contra notorium agitari no Bal. C. de fide inſtru. l ſi veteris. niſi fuerit citata ad dictam cauſam, vt no. Bal. ff. de præuaricatorib. vide do. An. in c. quamuis. de re iudi. penultima, & vltima columna, licet autem cõdemnatio notarij nõ faciet plenum præiudicium parti, quo ad probationem, facit tamen contra eam aliqualem præſumptionem, & idem in teſte, de falſo condemnato vt no. Bar in l. Lucius. ff. de his, qui no. infam. vbi dicit etiam de ſententia lata ſuper falſo inſtrumento cõtra partem, quæ non præiudicat Notario, nec e conuerſo vide inf. quod Notarius ſit de falſo.

Notarius licet ſit condemnatus ex cauſa, quæ infamat, poteſt tamen conficere inſtrumenta, ſed non poteſt officium Tabellionatus, quod habet in ſe dignitatem, exercere, vt quando Notarius eligitur per principem ad ſcribendum negotia principis, vel ſi ei aliquod officium ſit ex publico iniũctum, vt quia ſit Notarius ad banchum, no. Bar. ff. ad leg. Iuliam, repet. l. eadem.

Notarius ſi eſt condemnatus de falſo in officio Tabellionatus commiſſo, inſtrumẽta poſtea per eum confecta non valent. C. de ſuſcep. & archar. l. ſi aliquid. lib. 10. & ita tenet glo in l. ſi quis ex argentarijs §. 10. ff. de eden. tenet Bar. in l. eadem ff. ad leg. Iuliam. repetund. Idem tenet Bald in l. in militibus C. de teſta. nulli. Idem tenet Io. An. in addi. Spe in titulo, de inſtru. editione § reſtat. ver. Tabellio pro & contra facit, quod no. Inn. de hæreticis c. fraternitatis, ver. primo, vbi dicit, quod ſi Notarius fecerit vnum falſum inſtrumentum, tamen alia inſtrumenta per eum ſint confecta non poteſt dici, quod primum dictum loquatur in non condemnato, ſecũdũ in condemnato, vel forte verius dici poteſt toleratus, quod primũ dictum loquitur etiam in condemnato, ſed tolerato. Et ſi dicas non poteſt dici toleratus ille, qui condemnatus, eſt & cuius defectus eſt notorius per ſentẽtiam, iuxta no per dolum. ff. de dolo. c. veritatis, ver. quãdoq; queritur. 3. columna. Reſpondetur, quod immo etiam condemnatus tolerari poteſt in officio, licet pro exequutione ſententiæ veniat officio priuandus, & deponẽdus, niſi in ſentẽtia ſit expreſſe depoſitus, vel pro executione ſententiæ ipſo facto ſpolietur, vt ſingulariter no. Inn. & Do. Ant. de accuſa. c. qualiter. 2. in gl. magna. hoc uide infra § proximo. Aduerte tamen, quod ubi Notarius eſt de falſitate, in officio cõmiſſa, directe condemnatus, priuatur exercitio officij ipſo iure, vt dicta l. ſi aliquid, vbi autem non ſed tantum falſum eſſet officium Tabellionatus, tunc valent inſtrumenta per eum facta. no Bal. C. de ſumma Trinitate l. cunctos populos, & Bar. in dicta l. eadem. vbi notat de falſo per ſententiam condemnationis, in vno loco cõficit inſtrumenta, in alio loco vbi ſententia dicta non eſt, non valent dicta inſtrumenta, vt no. Bal. in l. 1. C de teſti. quod intellige, niſi dicta inſtrumenta producantur contra inſtrumenta prædicta.

Notarius ſi de falſo in officio Tabellionatus commiſſo accuſatur, & pẽdẽte iudicio cõficeret inſtrumẽta, poſtea fertur ſententia condemnatoria de falſo contra eum inſtrumenta, pẽdente iudicio confecta, licet in totum, nõ annihilentur, & tamen eorum fides diminuitur, ideo tamquam ſuſpecta non probant, niſi alijs adminiculis adiunctis, no. Bar in Repet. l. Barbarius. Fortius dicit Butri, vt no. do. An. in c. fraternitatis. de hære quòd idem eſt in inſtrumentis confectis etiam ante iudicium inchoatum, & ante falſitatem cõmiſſam, licet Butri. loquatur, in Notario non tolerato, dic tamẽ quod tolleratio non iuuat contra id, quod eſt per ſententiam declaratum, quia tollieratio, & communis opinio non eſt probabilis contra notorium, quod inducitur per ſentẽtiã, vt no. in c. ad probandum de re iud. & do. An. in c. dilectus. 2. de præbend. pen. col. in fi. vide ſup. §. proximo. Adde etiam quod ſententia lata per falſitatem inſtrumenti contra producentem, licet nõ ſit lata contra notorium, detrahit fidem inſtrumentorum per eundem notarium poſtea confectorum, ſeu rogatorum, ante non, vt no. do. Ant. in c. fraternitatis, vide ſupra not. licet ratione.

Notarius cauſæ poteſt recipere productionem libelli, & aliorũ actorum, & iurium, & iudice abſente, & valet productio ac ſi coram iudice facta eſſet, vt no C. de precib. Imp. offe. auth. quæ ſuppoſitio. & de appel. l. eos §. ſi. Cõtrarium tenet. Bal. in dicta auth & C. de eden. l. is apud quem ver. 3. niſi de mandato iudicis hoc faceret, vt no idem Bal. in tit. de pace iura firmanda, cap. 1. §. ſacram. 7 collat. in tit. de pace Conſtan. §. in cauſis, circa finem. Sed idem Bald. aliter dixit in l. ait prætor. in principio ff. de in rẽ verſo. vbi diſtinguit inter acta facta. & de nouo fiẽda, quod facta poſſunt corã Notario produci, in abſentia iudicis, fienda non Inn. autem, & Hoſt. & dominus Antonius ſimpliciter dicũt, quod Notarius cauſæ non poteſt recipere aliqua acta in abſentia iudicis, niſi iudex ſibi commiſerit, tunc valet receptio, ac ſi iudex prius eſſet, quia omnia noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impertimur vt no idem do. Anto. de probat. quoniam contra. ver quæro an ſufficiat 4. col.

Notarij duo ſi ſunt aſſumpti ad aliquid ſcribendum, non creditur vni ſuo collegæ. Oportet ergo qđ ambo ſcribãt, vel vnus alteri ſe ſubſcribat no. Bal C. de teſt. l. iuriſiuran. & facit quod no. Bar. ff de iureiuran. l. ſi quis ex argentarijs §. 1. in fi. & in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. in fine, & quod no. Bald. in l. eum ſententiam. C. de ſententijs, & inter. & probatur a ſimili in duobus iudicibus delegatis, quorum vnus nihil facere poteſt ſine alio, de iudic. l. duo ex tribus, & de offi. deleg c. cauſam matrimonij. ſecus in duobus iudicibus ordinarijs l. 1. ff. de offic. conſu. idem probat in duobus procurator. ſimul, & ſimpliciter conſtitutis, quorum vnus ſine altero nihil agere poteſt, de procu. c. ſi duo. lib. 6.

Notarius non poteſt corrigere errorem inſtrumenti ſine iudicis auctoritate, quando eſt in iudicio productum, vel parti traditum, ſed antequam producatur, vel parti detur, poteſt corrigere, etiam ſine. iudicis auctoritate, no, Io. An. ſuper data ſexti ad finem in nouella. Et quod dicitur de correctione, idem dicas de additione, ſi velit aliquid addere, quod omiſit, vt no idem. Io. An ibidem & idem, no. per Bar. & Bal in l. 1. § Imperator. ff de ſta. ho vide Io An in add. in tit de inſtrumentorũ edi. § inſtrumentum, ver. ſed no quod confecto. & do. An. in c. ex literis. de fide inſtru. & Bar. in l. ſi libellarius, & de re. iuris.

Notarius ita poteſt concipere, & conſcribere verba inſtrumenti in præſentia partis cõtrahentis, ſicut in abſentia vt eſt tex. in c. dudum, de conuerſi. coniuga.

Notarius poteſt conficere inſtrumentum de contractu filij, & matris, non patris, in cuius eſt poteſtate. no. Bar. in l. ſi pater. ad l. Cor de fal. ſed pro vxore ipſius Notarij ſic, vt no. Bar. in l. vxorem, in principio eo tit. pro ſe autem non poteſt notarius inſtrumentum conficere, ſed contra ſe ſic, vt no. Bar. in l. impuberem in §. ſi eo. tit. Notarius ſi in actis ſcribat, talis teſtis iuratus, ſic depoſuit, ex hoc non probatur iuramentum, niſi aliter de iuramento conſtet, vt no. do. Ant. de proba. quoniã contra. penultima charta, prima columna. contrarium ſentit Bar. in l pomponius, de dote præallegata. & Bal. in l. iuriſiurã. C. de teſtibus.

Notarius debet ſcribere in vulgari quæ non poteſt proprie redigere in latinum. not. Bartol. in l. ſi quis filiabus. de teſtamentum.

Notarius non poteſt chartæ apponere niſi ſignum ſuum conſuetum, no. Ba. ff de teſta l ad teſtium, & ſit ſignum ſuum

con-

Digitized by Google

conſuetum, vt no. Bald. C. de no. Co. compo. ſuper Rubrica ver. iuxta hoc quæritur.

Notarius non poteſt committere alteri ſignum, nec ſubſcriptionem ſuam, vt no. Bald. ff. de teſta. l. ſingulos. Sed ſi impeditur, poteſt alteri committere, vt inſtrumentum ſcribat, dum ipſe ſubſcribat in fine, quę ſubſcriptio debet eſſe ſpecialis, puta, Ego talis prædictis omnibus, & ſingulis geſtis inter talem, & talem interfui, &c. nec ſufficeret generalis, vt no. Bar. in l. Diuus. §. Item Senatus, ff. ad leg. Cor. de falſis, & idem, not. do. An. in c. fi. de offi. de. eg. Bal. tenet quod ſufficit generalis. C. de eden. ſi quis ver. vltimo quæritur. vide per eum, ſi contraſact. deſun. c. 1. in principio ſuper verbo in breui.

Notarius ſi eſt rogatus conficere, & extendere inſtrumentum ad laudem ſapientis, addere, mutare, & declarare & ſcribere debet Notarius illa, quæ ſapiens conſulit, vide. Io. And. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentum, ver. quid ſi contrahentibus, & Bar. in l. illa inſtitutio ff. de hæredibus inſt. & do. An. in c. ex literis. de fide inſtr.

Notarius eſt idoneus teſtis ad probādum id, quod fuit rogatus inſtrumentum conficere, & conſequens ad probandum errorem inſtrumenti per eum confecti, & ſi vnus alius teſtis, cum eo concurrat. Error eſt ſufficiēter probatus, vt no. Bar. in dicta l. ſi Barbarius de offic. prætor. quod intellige, quādo ad probādū contrarium in inſtro ſufficerent duo teſtes, alias ſecus, vt no. Bal. ff. de ſtatu hominū. l. Imperator. in princip. etiam tenet ibi communiter Bar. quod Notarius nō eſt idoneus teſtis ad probandum errorem, per eum commiſſum in confectione inſtrumenti. Vide tex. & Bar. in l. Dominius. ff. de teſta.

Notorium quandoque appellatur notorium tantum, quandoque nimium, & notorium, notum eſt, quòd geſtum eſt coram populo, & coram iudice pro tribunali ſedente.

Notorium eſt, quod conſtat iudici, ſed nō vt iudici, no. do. An. de cohab. cle. c. veſtra 19. columna. Sed Io. An. dicit, quod licet in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis, quis delinquat, non propterea iudici liquet, quia iudex ad hoc non ſedet, vt not. inf. §. notorium, quando, & vide ſub verbo manifeſtum § ſententia.

Notorium ſumitur æquiuocè, qñq; .n. appellatur manifeſtum, qñq; euidens, qñque euidentiſſimum quandoq; publicum, quandoque notum, ſiue cognitum, quandoque liquidum. Ex his nota, quod nomina prædicta ſunt nomina generis, & poſſunt appropriari notorio, & manifeſto, no. do. Ant. in dicto c. veſtra. de cohab. cleric. 20 col.

Notorium quandoq; appellatur occultum, quandoque inter ſe pene occultum, ac differunt. Occultum eſt, quando quis criminoſus ab Eccleſia toleratur ſimpliciter, tamen poſſet oppoſitum eſſe, & etiam eſt probabile, no. dom. Ant. in dicto c. veram de cohab. cler. in 4. columna. Item occultum dicitur, quia a nullo probari poteſt, pene occultum ab aliquibus paucis tantum, vt per duos, tres, vel etiam quinque probari poteſt, vt no. do. An. d. c. 6. col.

Notorium differt a fama in eo, quòd in notorio populus, vel maior pars fuerit præſens illi facto quod notorium dicitur, ita quod poſſit de eo, vt teſtis per corporeum ſenſum deponere, in fama autem ſufficit, quod maior pars populi dicat, licet non aſſerat, ſe fuiſſe præſentem illi facto, quod dicit do. Ant. de cohabit. cle. & mulier. c. veſtra. 24 col.

Notorium non poteſt eſſe niſi de eo, quod eſt verum, & conſequenter non poteſt eſſe, niſi de præſentibus, vel proxime præteritis, quia non procedit niſi a mea ſcientia, quæ de longe haberi, non poteſt. Fallit quando certa ſcientia eſt in mente populi certitudinaliter reſeruata de Chriſti paſſione, not. Rot. concl. 314.

Notorium duo requirit, vt dicatur notorium, primo quod vniuerſus populus, vel maior pars poſſit eſſe teſtis, non ergo ſufficit quod maior pars vicini, ſed requiritur quod maior pars ciuitatis, vel villæ. Secundo quod populus ſit magnus, non ergo ſufficit populus de duobus, vel tribus tantum. Hoc tamen arbitrio iudicantis relinquitur, quia non poſſet dari certa doctrina. Aduertendum eſt tamen, quod ſi factum quod dicitur notorium reſpicit totam prouinciam, debet habere hāc ſcientiam maior pars prouinciæ, ſi reſpicit ciuitatem, ſufficit quod maior pars ciuitatis ſciat. no. do. An. in dicto c. veſtra 24 col.

Notorium non poteſt eſſe aliquid, niſi illud, quod fiat in loco publico coram multis aſtātibus, ita quòd maior pars illud videre potuerit illa ergo quæ fiūt in domo, quæ neque de facili probari poſſunt, non poſſunt dici notoria, & ſic qualitas loci oſtendit, an quid poteſt dici notorium, vel non. Et idem de qualitate temporis. Ideoque illa, quæ de nocte fiunt, non poſſunt dici notoria, niſi ſit tale factum, quod etiam de nocte potuerit corporeo ſenſu percipi a maiori parte populi vt ſonus campanæ, no. do. Ant. in dicto c. veſtra. de cohab. cler. 25. col.

Notorium poteſt eſſe quid in vno loco in alio loco occultum, vt not. dom. Anton. in dicto capit. ueſtra, penultima charta in fin.

Notorium eſt quoddam adiectiuum quantitatis, per quam rei cui additur, valde plena notitia habetur, ſecundum Io. An. vt no. do. An. in d. c. veſtra. 20. col.

Notorium nihil aliud eſt, quam probatio, probata, & eſt duplex, principaliter, ſcilicet notorium facti, & iuris. Notoriū facti eſt triplex, quoddam eſt facti continui, quoddam eſt facti tranſeuntis, & quoddā momentanei. Similiter notorium iuris eſt triplex, quoddam eſt notorium probationis, & fidei quoddam diſpoſitionis, & hoc quoddam præſumptionis, ſeu effectionis, vt no. do. An. in d. c. veſtra 26 col.

Notorium proprie, & ſtricte loquendo conſiſtit in notorio facti tantum, alia autem notoria non, ſecūdum. Io. And. quod eſt bene notandum, propter ſtatuta, vt no. do. Ant. in d. c. veſtra. 22. 2. col.

Notorium facti eſt infinita, & conſequenter indubitata probatio, immediata ex natura facti, vel rei cōtinui interpellati autem momentanei oculis hominum, aut maioris partis, ita ſe exhibens, quod nulla tranſuerſione negari poteſt, vtpote cuius vniuerſus populus, vel maior pars eius teſtis eſſe poteſt & hoc eſt propria, & perfecta eius diffinitio, no. dom. And. in d. c. veſtra. 20. col. ver. venio ad ſecundum.

Notoriū facti continui eſt, ſi quis in carceribus teneatur, quòd eſt verum, ſi carceres ſe exhibent oculis hominum ſecus ſi carceres ſint occulti, quia illud non poſſe eſſe notorium. no. dom. Anton. in dicto c. via. 27. columna. ver. venio ad declarationem.

Notorium facti continui dicunt quidam, ſi quis tenet concubinā, omnibus vicinis ſcientibus, quòd non placet. Licet enim pateat occulis hominum, tamen quòd cum ea ſe copulet, hoc non eſt notorium, quia factum commiſſum non ſe exhibet oculis hominum niſi forte quis non timens verecundiam cognoſceret, eam in platea, iſtud ergo quò quis tenet concubinam vicinis ſcientibus, non eſt notorium facti ſimpliciter, ſed eſt notoriu facti in partem, eo quod præſumitur eam cognouiſſe, & conſequenter in concubinam habere. no. Do. An. in dicto c. veſtra 27. colum. ver. venio ad declarationem.

Notorium facti continui dicunt quidam eſſe, quando quis proſequitur dominum ſuum, cui iurauit fidelitatem, quod non placet, quia hoc factum non poteſt eſſe continuum, niſi aptitudine, quia iuramētaneum, eſt momentaneum. Vnde quātum ad periurium, hoc non poteſt eſſe notorium facti continui. no. do. An. in d. c. veſtra. col. 27.

Notorium facti continui dicūt quidam eſſe, cum quis mutuat ad vſuras tenendo banchum, ſed non placet, quia licet teneat banchum, & altare paratum, poſſit eſſe contrarium, tamen ipſum mutuare eſt actus interpellatus, niſi dicatur, quod eſt continuus aptitudine. Sed hoc non ſufficit ad notorium, quia in dando notorium inſpicimus actum pro vt ſe exhibet oculis hominum actu, nō aptitudine. Item in mutuando exigitur factum hominis, ideo non poteſt etiam aptitudine eſſe continuum, niſi dicamus quod vſurarius concluditur continue ex mente, quæ continuatio eſt. Sed hoc non eſt niſi ex præſumptione, quia mens non ſe exhibet omnino ideo exēplum hoc de vſurario melius congrueret facto notorio facti interpellati, vel præſumptionis, quam facti continui, not. do. Ant. in d. c. veſtra 30. col.

Notorium facti continui eſt proprie puta, quòd quis conſtruat pontem ſupra viam, vel quod turris aſinorum, ſit in porta Rauennati, vel quod clericus in aliqua eccleſia facit reſidentiam no. do. An. in d. c. veſtra. 28. col.

Notorium facit interpellati, eſt in mutuādo vſuras. no. do. An. in d. col. 28.

Notorium facti momentanei eſt, quando quis in conſpectu populi, vel maioris partis interficitur. Et cum epiſcopus tranſit ad eccleſiam, quia talis tranſitus fit cum apparatu, ſecus in tranſitu monachi qui occulte tranſit, niſi in conſpectu populi tranſiret. An autem tranſitus ad eccleſiam curatam dicatur notorius, dubium eſt, ſed illud certum eſt tenendū, ſecundum eccleſiam poteſt eſſe notorium facti continui. no. do. Ant. in d. c. veſtra. 25. col.

Notorium facti non recte deducitur in notorio, niſi deducatur notorietas tam in perſona facientis, quam in ipſo facto. Vnde licet dicatur crimē notorie commiſſum, ſiue dicitur certa perſona, quæ illud notorie cōmiſit, non habet locum materia, nec poſſet iudex tamquam de notorio ſe informare

ad

ad perquirendum, quis illud delictum commiſerit, nec ſufficeret quod deducens nominaret certam perſonam maleſactoris, niſi diceret notorium eſſe, quod illa perſona maleficium commiſiſſet, ut no. Inno. & Io. Andr. in nouella, in c. ſ. de offi. dele. lib. 6.

Notorium ſi coram iudice qui non habet cognitionem, niſi de notorijs, negatur poteſt iudex cognoſcere, ne alias iuriſdictio ſua ſit illuſoria, & fruſtatoria, quia quilibet ſuper notorio coram eo conuentus ſemper negaret, vt ſuam euaderet iuriſdictionem, vt no gl. in c. 1. de off deleg. Secus ſi etiam de alijs quam de notorijs iuriſdictionem habeat, quia tunc ceſſat ratio, quod iuriſdictio iudicis foret totaliter illuſoria, & ita ſaluo aliam gloſſam, quæ allegatur contraria, in c. accuſatus §. ſane. de hæret lib 6. Quid quod notet Io. And. in c. 1. §. notoria de cenſi & lib. 6. vel poteſt dici, & forte melius, quod glo. in d. §. ſane. relecta ad text. loquitur in caſu ſpeciali ſauorem fidei, vt iudices ad quos principaliter pertinet de cauſis fidei cognoſcere, ad illas intendant, & non ſtent occupati in alijs, de quibus, ille tex. loquitur an ſint notorij, vel non.

Notorium ſi in iudicio negatur, eſt aduertendum, quòd aut negatur factum tantum, & non qualitas facti, & tunc negatione non fit res dubia, propter varietatem notorij, negatiua, ti. probabilem facere, non dubiam. Improbabilem non, vt illa quæ fit contra notorium, niſi probetur negatiua ſaltem ſemiplene. Secundum autem dictum debet intelligi, quando talis ſemiplena non habet cõtra ſe aliquam cãm euidentem, alias ſecus ſi non negatur qualitas facti tantum, tunc oportet, quod iudici probetur notorium eſſe, quod licet negatio facti notorij non offuſcet notorium, ex hoc tamẽ offuſcatur, quo ad iudicem, vt non poſſit procedere, vt in notorio, niſi prius ſe informet de notorio, vt no. dom. Ant. de cohab. cle. c. veſtra 26. col.

Notorium alijs, ſed non iudici, ſi negetur, & aliter non probetur, debet iudex reum abſoluere ab inſtantia, & poſtea audiet actorem iuris ordine ſeruato, quod habet locum, quando iudex procedit tamquam ſuper notorio ad inſtantiam partis, ſiue in Ciuili cauſa, ſiue in criminali. Si autem ex officio procedit, tunc proceſſus ſuper notorio factus tenet, licet tunc non fuerit probata notorietas, dummodo poſtea appareat fuiſſe notorium. No. dom. Anton in dicto capitulo veſtra, columna 22.

Notorium contra quod aliquæ circumſtantiæ excuſantes, ut ſi dicatur homicidium ad defenſionem factum, uel de mandato iudicis ſui, iure permittentis, opponuntur, non offuſcatur per excuſationes prædictas, quando ſuper eo prædicto, vt notorio, procedatur, allegans tamen circumſtantias prædictas debet admitti ad probandum eas, Interim antequam probentur, ut in notorio proceditur iuris ordine nõ ſeruato. Et ſic no. quod quo ad conſiderandum modum procedendi plus admittimus qualitatem facti in libello deducti, ſuper quo ſubeatur iudicium, quam negationes, & excuſationes allegatas. no. do. Ant. in d. capit. veſtra 22. colum. c. uenio ad ſecundum.

Notorium quotieſcumque negatur, neceſſaria eſt probatio ipſius qualitatis notorij, quæ probatio poteſt fieri in abſentia partis no. Dom Anton. in d. c. veſtra 22. col. Et dicta qualitas quæ notorium dicitur, per duos teſtes probatur. Sicut fama, & teſtamentum. Oportet tamẽ, quod teſtes interrogati reddant cauſam notorij, per circumſtantias facti, ut no. do. Ant. eo. cap. ultima charta in principio. Sed licet dicta qualitas notorij ſit probanda, ſi negatur ipſum tamen factum, quod notorium dicitur ſiue ſit continuum, ſiue interpellatũ, ſiue momentaneum, nõ eget probatione. Sufficit enim in tali notorio, quod non liquet iudici probare notorium eſſe, quod Titius occidit Sempronium nec exigitur probatio, quod occiderit. vt no. do. Ant. in c. 23. colu. Hoc vltimum de probatione facta, quod non ſit neceſſaria, intelligitur quo ad finẽ procedendi, vt in notorio ordine non ſeruato, non quo ad diffinitiuam ferendi, quia bene requiritur probatio ipſius facti ſecundum formam ſcrip. in §. proximo ſequenti, primum ẽt quod qualitas, notorij ſit probanda, limita ſecundum ea quæ ſcripta ſunt infra § notorium facti geſti.

Notorium facti ſi geſtum eſt in conſpectu iudicis requirit probationem ipſius facti; quod notorium dicitur, ſi ipſum factũ eſt recens, ita quod de facili memoria habeatur, nec requiritur quod teſtes directe deponãt de facto, ſed de pręſentia populi in facto. Sed ſi factum eſt antiquum nulla exigetur probatio, ipſius facti ſecundum Io. Andr. in notorio autem præſumptionis, fictionis, vel diſpoſitionis idem agitur quod de probatione facti ex quo inſurgit præſumptio, vel fictio, & in tali facto probando ſeruandus eſt ordo iuris. Id autem quod ex facto a iure præſumitur, vel fingitur, nulli ſubiicitur neceſſitati probandi, immo nec neceſſe eſt, quòd iam actu deducatur, ſiue allegetur, cum id iudex ſupplere poſſit In notorio autem confeſſionis, vel probationis factę in alio iudicio, ſi producatur confeſſio, vel atteſtationes non exigitur, quod aliter probentur. Eſt tamen neceſſe, quod conſtet de iuriſdictione illius, coram quo facta eſt confeſſio, vel probatio, & quod conſtet eam ordinate receptas vere, vel præſumptiue, & idem in notorio ſententiæ, ſaluo, quod ea etiam per teſtes probata præſumitur omnis ſolennitas interueniſſe, vt not. do. Ant. in d. c. veſtra 50. col. verſ. põt ſecũdo dubitari. & no. etiam in vlt. col. Si vero notorium facti geſtum eſt in conſpectu iudicis. ad hoc pro tribunali ſedente, tunc nullam requirit probõnẽ, nec in qualitate notorij, nec in ipſo facto, quod notorium dicitur. Et quod dictum eſt de notorio facti, idem de notorio præſumptionis, & fictionis ſurgente ex facto, ut no. dom Ant. 46. col ver numquid autem in notorijs Et hęc procedunt in quolibet facto notorio, vel crimine etiam in iudicio, vel in curia in conſpectu iudicis pro tribunali ſedente perpetrato. Nam tunc poteſt iudex, ſine alio proceſſu, & ſine accuſatore delinquentem condemnare, dum tamen eum citet, vel moneat ad ſententiam, & hoc verum duobus cõcurrentibus ſcilicet quod iudex pro tribunali ſedeat, & quod totus populus, vel maior pars prius fuerit, ita quod notorium dici poſſit, alias ſecus, vt not. dom. Anto. c. eo. vltima colum. vbi autem notorietas ſurgat, non ex facto, vel probatione coram iudice pro tribunali ſedẽte facta, ita quod ſit notorium probationis, vel confeſſionis, an tunc iudex poſſit condemnare, ſine alio proceſſu, uide in dicta vltima colum. Sed aduerte quod ſecundum Io. And. non plus ſibi præiudicat delinquens in conſpectu iudicis etiam pro tribunali ſedẽte, quã ſi in abſentia iudicis deliquerat, quia iudex ad hoc, non ſedet, ſed ob aliud, ut no. dom. Ant. de confeſſ. c. fi. vlt. col. ver. not. gl. ergo &c.

Notorium facti geſti extra conſpectum iudicis, requiritur probatio ipſius qualitatis notorij, etiam ſi non negetur, quando illa qualitas exigitur ad fundanda iudicis poteſtatem, vt in informatione. Et tunc debet de illa qualitate ſe informare, alias proceſſus eſſet nullus. Sufficit tamen hoc caſu, quod iudici conſtat factum principale fore notorium, non obſtante quod contra id poſſet eſſe aliqua defenſio, vel excuſatio vere allegata per partem. Si vero qualitas notorii non exigitur ad fundandam iudicis poteſtatem, ſed ſolum exigitur ratione proceſſus extraordinarij, vt iudex propter notorietatem, poſſet via extraordinaria procedere, tunc an valeat talis proceſſus, non habita informatione de qualitate notorij dubium eſt. Sed communis opinio quod iudex bene facit ſi de notorio ſe informet, ſi tamen hoc omittat nihilominus proceſſus valet dummodo verum ſit, quod notorium ſit, & hoc poſtea conſtet, ſed diſtingui poteſt inter ordinarium, & delegatum. In delegato attendi debet forma delegationis. Si enim delegatio præſupponit notorium, valebit proceſſus abſque informatione notorii, ſecus ſi mandatur ſub excuſatione. In ordinarijs autem ſi procedatur contra præſentem, non erit neceſſarium notorium, ſed valebit proceſſus, licet iudex de notorio ſe non informet. Secus ſi negatur, vel contra abſentem proceditur. Et tunc ſufficit, quod iudex de plano ſe informet, licet pro tribunali non ſedeat, & poteſt hoc facere, etiam parte non citata, & teſtes etiam non iuratos recipere, nec contra teſtes admittentur aliquæ exceptiones, & ſufficient duo ad hanc informationem faciendam. Et ſi iudex in tali notorio procederet, ex officio ſibi ſoli, & eius auditu crederetur de tali informatione recepta. Et quod dictum eſt, de notorio facti intellige. In notorio autem probationis ſententiæ, & confeſſionis, ſemper oportet de eis conſtare iudici, alias proceſſus non valet, ut no. do. Ant in d cap. veſtra. 46. colu verſ. numquid autem in notorijs, cum tribus columnis ſequentibus, & no. etiam in vltima colu. Sed ſi factum notorium geſtum eſt in conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis, an requiratur probatio, & qualitates notorij, dic vt ſcriptum eſt in §. proximo præcedenti &c.

Notoriũ facti de longinquo tempore, vel longinquo loco probatur per teſtes, reddentes cauſam de fama. Sufficit enim quod dicant ſcio, quia & hoc eſt publica vox. & fama in loco, & dicitur a populo, vel a maiori parte, quod tale factum fuit, & eſſe poteſt, & ſic publica laborat fama, nec alicui tergiuerſationi eſt locus. Si autem factum eſt recens, vel de propinquo loco, tunc teſtis non probat notorium, niſi per propriũ ſenſum aſſignet cauſam concludentem pręſentiam, & ſcientiam populi, vt ſcio, quod talis interfecit talem, & eſt notorium, quia præſens fui in loco, & vidi totum populum uidere, vel

Digitized by Google

re, vel maiorem partem, de quo totus populus, & tota vicinia, vel maior pars poſſet eſſe teſtis. Non tamen eſt mirum, quod teſtis directe dicat de ſe, quod videret interfici, in notorio eſt fictionis, & præſumptionis ſurgentis a facto notorio. Oportet ſiſt illud factũ, pbabile eſſe in quo, ſimiliter præſũptio, ſurgit probatio mõ præmiſſo, & vbicũq; teſtis de notorio deponit, oportet etiam quòd nõ interrogatus reddat cauſã notorij per circumſtantias facti, vt no dom. Ant. de cohab. cler. c. veſtra antepen. & vlt. col. vide etiam quòd no. eodem c. & lib 6. verſ poteſt ſecundo dubitare.

Notorium ſi eſt de facto continuo, & permanente, conſeruatur per ſe ipſum, ſi eſt de facto interpellato, vel momẽtaneo conſeruatur per hominum memoriã, dummodo ſint duo, qui deponere poſſint, qualiter viderunt populum, vel maiorẽ partem hæc vidiſſe. Sed quando eſt de facto antiquo, tunc ſufficere memoriam antiquam durare per famam, quod dictum fuit in conſpectu populi, vel maiori parte præſente, & tunc fama cõſeruat illud notorium, ſecundum dom. Ant. in d. c. veſtra. pen charta in fi.

Notorium, id eſt ipſa qualitas notorij, licet poſſit probari parte abſente, vt no. do. Ant. in d. c. veſtra. 22. col. poteſt etiam parte ipſa non citata, vt per eundem. dom. Ant. eo. c. 46. col. ver. numquid autem in notorijs, quod eſt ex eo, quòd talis probatio eſt modici præiudicii, cum non fiat niſi ad finem, vt iudex poſſet tamquam in notorio procedere ordine non ſeruato, tamen probatio ipſius, quo ad notorium dicitur, quod poteſt ad finem ferendi condemnatoriam diffinitiuam, fieri parte non vocata, quia hoc nullo modo iure cauetur, nec aliquis doctor dicit illud, & hoc qui diceret, male diceret, quia diabolicum eſſet dicere, quod vbi eſt neceſſaria probatio, illa fieri poſſit parte non citata, vel vocata ad pœnam etiam capitalem imponendam. Iſtud enim eſſet tollere parti deſenſionem, quæ de iure naturali eſt, & fieri non poteſt per legẽ humanam, in cle. paſto. de re iudic. & vide inf. notorium an excuſet tacite.

Notorium iuris eſt probatio finita per medium in iure factũ, aut ex facto iudicialiter diſcuſſo, ſiue alias notorio, a iure ſũpta, probata, ficta, vel præſumpta. Et hanc definitionem declara, vt no. dom. Ant. eo. c. 25. col.

Notoriũ iuris approbationis, & fidei eſt omne, quod liquet ex probatione teſtium in iudicio facta, ſiue probatio ſit omnis plena, ſiue ſit ex iudicijs, & documentis, dum tamen ſit ſecuta publicatio, quod temperat Hoſt. quando probatio eſt in tali ſtatu, quòd contra eum nil opponitur, vel opponi poteſt, & non opponitur tunc probationem notorium inducere, & hæc procedunt etiam in probatione facta per viam exceptio. quod eſt verum, ſi exceptio plene examinatur, & ad fidem, ad quem opponitur, ſecus ſi ſummarie examinatur. Et ideo probatio facta in iudicio ſummario nõ inducit notoriũ, niſi ad finem ſummarii iudicii. no. do. Ant. in d. c. veſtra. 28. colu. Rota autem ſimpliciter dicit, quòd notorium inducitur per probationẽ, in iure legitime receptam, vt no. Ro. conclu. 16.

Notorium iuris approbationis, & fidei inducitur ex vera confeſſione facta in iudicio, quando nil opponitur contra confeſſionem, nec petitur vt erroneam caſſari, ſed quando fuit ſpõte facta in iudicio. Secus ſi coacte, vel metu tormentorum, & metus eſt talis, qui confeſſioni detrahat partis, uel ſecus. Et prædicta procedunt in confeſſione facta in iudicio etiã ſummario, imò etiam nullo, dum tamen non ſit nullum ex defectu iuriſdictionis, no dom. Anto. in d. c. veſtra 30. columna verſ. ſecundum exemplum. Prædicta in quantum tangunt confeſſionem ſuper crimine procedunt, confeſſione facta in iudicio, ad finem ordinariæ pœnæ inſtituto, uel connexo. Nam ſi de crimine eſſet exceptum non tranſiret crimen cõfeſſatum in notorium ad finem ordinariç pœnæ, 32. verſ venio ad quartum.

Notorium iuris approbationis, & fidei ſicut inducitur ex probatione, quando fuit publicata, quinimo omnia iudicialiter acta dicuntur notoria. not. dom. Ant. in dicto c. veſtra. 28. col. quod intellige, quando contra ea nil opponitur, ut proxime dictum eſt de teſte. Et dato notorio in principio actus, vt qđ ex illo aliquid conſtet, omne quod ex eo conſequitur notorium eſt, ſecundum. Iac Bu. vt not. dom. Anton. eo. capit. 25. colum licet autem omne, de quo in actis iudicis conſtat, dicatur notorium, verum eſt, quantum ad ipſum actum, ſi reuocatur in dubium, an ille actus factus ſit, nam ex quo in iudicio ſit, notorium eſt, ipſum actum eſſe factum. Sed tamen ille actus ſic factus, non inducit notorium approbationis, & fidei, niſi fiat cum plena cauſç cognitione. vt no. do. Ant. eo. cap. 34. coll.

Notorium iuris, approbationis, & fidei inducitor ex vera confeſſione extraiudiciali facta in conſpectu populi, vel maioris partis, interuenientibus alijs requiſitionibus, ad vtilitatem confeſſionis, & tunc ſufficit fidem facere de ſola confeſſione, abſque eo, quod probatur factum confeſſatum, & hoc de confeſſione facta abſque eo, quod probatur in contractibus. Idem ſi fiat in delictis, dum tamen fiat præſente, & acceptante procuratore fiſci, vel eius principaliter intereſt, alias confeſſio non induceret notorium approbationis, & fidei, ſed p̃ſumptionis, vel ſuſpicionis, quod tamen ſufficeret ad cõfeſſionem condemnationis niſi confitens purgaret aliter dictã præſumptionem, vt no dom. Ant. in d. c. veſtra. 32. col.

Notorium approbationis, & fidei inducitur ex ſententia diffinitiua præcedente, & in plenario iudicio. Secus ſi occulte fuerit, vel in iudicio ſummario, quia præiudicat in plenario, quod eſt falſum, vt no dom. And. in dicta 32. colla. Et quod dictum eſt de ſententia publice lata, intellige ſi eſt cauſata, vt no. idem do. Ant. in d c. veſtra. verſ. venio ad verſi. ceterum.

Notorium approbationis, & fide inducitur ex ſententia interlocutoria lata cum plena cauſæ cognitione, no. dom. Ant. in c. veſtra 32. col

Notorium approbationis, & fidei inducitur præceptu iudicis ſiue ex ſententia præcepti, quando fit cum plena cauſæ cognitione, quia tamen æquipollet diffinitiuæ, maxime ſi præcedit litis conteſtationem. no. do. Ant. in d. c. veſtra. 33. col.

Notorium præſumptionis, ſeu fictionis eſt, quando ex facto notorio ius præſumit, ex violentia præſumptionis, quç æquiualet probationi ad finem ſententiæ ferendæ, vt ſi quis omnib. ferentibus, & videntibus, teneat feminam ſuſpectam in domo, ius prçſumit, quod mutuat ad vſuras, uel ſi vicinis ſcientibus quis teneat, vel tractat aliquam, vt vxorem uel filiam, ius præſumit, quòd ſit vxor, vel filia. not. dom. Ant. in d. cap. veſtra. 33. coll.

Notorium fictionis eſt, quod ſurgit ex ficta confeſſione ſurgẽte quandoque ex actu extraiudiciali, quo probato iudici inducitur ex eo notorium iuris, quod appellatur notorium fictionis. vt not. do. Anto. in d. c. veſtra 31. col.

Notorium diſpoſitionis eſt, quando ex aliqua notorietate facti, vel approbationis, & fidei ius vltra progreditur diſponendo, vnde conſtat, quod ſi aliqua poſſeſſio ſit in limitibus parochiç ius diſponit, & probat, quod ex fructibus illius debeantur decimæ parochiali eccleſiæ, vel conſtitutio, quòd aliquis ſit Canonicus eccleſiæ collegiatæ, ius diſponit, & probat, quod habeat vocem in capitulo, & in electione, vel conſtitutio, quod eccleſia ſit ſita in diœceſi epiſcopi, ius diſponit, & probat quod epiſcopus habeat ibi epiſcopalia. no. do. Ant. in c veſtra. 33. col.

Notoriũ ſicut cadit in delictis, & contractibus, & alijs actibus, a firmitate, ita etiam cadit negatiue ſuper non facto, & ſic nõ poteſt tranſire in notorium per confeſſionẽ, & etiam per inſtrumentum, aliter autem non factum non poteſt eſſe notorium mente & directe, ſed directe ſic. Ideo poteſt notorium tranſire, aliquem non eſſe ſcientificum, nec literatum, nec legitimç ætatis, & quem non reſidere, & periurum eſſe, quia non impleuit, quòd iurauit. no do. Anto. in dicto cap. veſtra 34. col uerſ. venio ad tertium.

Notoriũ licet operetur in delictis, non tamen operatur in contractibus, & in poſitionibus, quod in eis procedatur ſecundũ formam notorij, ſicut etiam ratio, quod in eis procedatur ſecundum formam inquiſitionis, ſecundum Inno. & do. Ant. in d. c. veſtra 41 coll. ver. tertium principium.

Notorium excuſat ab excuſatione bonorum, & ab omni alio quod fit ſolum ad finem certificandi. Si ergo certum eſt notorium, quem non eſſe ſoluendo, non requiritur alia excuſſio bonorum. Secus ſi fiat non ſolum ad finem certificandi, ſed etiam pro formalitate rei, vt no do. Ant. in d. c. veſtra penul. charta. 3. coll.

Notorium operatur, quod iudex, qui in crimine notorio procedit, non poteſt vt ſuſpectus recuſari, quod eſt verum, quãdo pœna illius criminis eſt a iure determinata, & iudex aſſerit, ſe velle illam imponere, & eam exercere. Secus ſi pœna ſit arbitraria, quia poſſet in arbitrando grauare, vt not do. Ant. in d. c. veſtra pen. charta. 3. col. vbi de appellationibus propoſuit. Et cum prædicta loquantur, quando agitur criminaliter ad utilitatem publicam, ſecus videtur quoniam agitur ciuiliter, priuatum commodum, & vide ſub verbo iudex nõ poteſt recuſare.

Notorium an excuſet a citatione multi, & plurimi variãt. Sed dic, quòd in notorio iuris diſpoſitione citatio exigitur, in notorio autẽ facti, ſi agitur de proceſſu ſuper informatione notorii, non exigitur citatio, quia huc iudex facit ad ſui inſtructionem, vt bonus vir. Si agitur de vlteriori cognitione, vel de ſententia ferenda, tũc ſi citatio eſt ſcandaloſa, & periculũ non eſt in mora, & agitur de priuatione iuris gratioſi, tũc pp teſtes, qui recipiuntur ad cautelã, ad probandũ id, quod nõ eſt notoriũ, nõ requiritur citatio, qa probatio talis ſupuacue fit.

Sed quo ad ſententiam citatio non exigitur, niſi ad informationem ſuper notorio receptam pars fuerit præſens, vel niſi ſententia ſit mere declaratoria ſententiæ a iure latæ, vel niſi ſententia dirigatur non ad finem alicuius certæ perſonę condemnādæ, ſed certi actus iniuſti declarandi, vel niſi delictum in conſpectu iudicis ſit commiſſum, & iudex in continenti eum iudicet, quia tunc ſola admonitio eſt pro citatione. Cōclude tamen, quòd vbi in præmiſſis citatio exigitur, ſufficit ſimplex citatio, nec ſolennitas peremptorij, nec trium citationū exigitur. Et vbi citatio exigitur, ſi omittatur, proceſſus eſt nullus, fallit in ſententia excommunicationis, & cenſurę, vt no dom. Ant in c. extra 30 colla cum duabus coll ſequentibus. Adde circa id, quod de nullitate proceſſus notatur inf § notorium an impediat, & circa id quod dicitur de delicto in conſpectu iudicis commiſſo, adde quod no. ſup. notorium facti, ſi geſtum, & vide circa omnia præmiſſa, quod no. ſup §. notorium. i. ipſa qualitas. Et vide omnino ſub verbo citatio non requiritur in ſententia.

Notorium operatur, quòd in eo poteſt procedi abſque ſolennitate libelli, & petitionis, quando procedi poteſt ex officio, vt in delictis, non per viam accuſationis intentatam, & tangentibus publicam vtilitatem, & vbi agitur de materia perpetrati, debent tamen exponi cauſa, & factum, pro quo citatus eſt is contra quem agitur, & eius defenſio auditur. Alias ſententia non liberaret. Et forte ſufficit id exponi ſine ſcriptura, ſi ſcriptura non petatur. In alijs autem in quibus proceditur ad partis vtilitatem, ſi principaliter petuntur exigitur qualis petitio, quam ſufficit verbo exprimere, & quæ per notorium ſcribatur in actis. Sed ſi incidenter veniunt tunc vbi iudex poteſt propter notorietatem de facto ſupplere non exigitur aliqua petitio, licet cautum ſit hoc aliquando iudici verbo detegi. Et prædicta uera, ſiue ſit notorium facti, ſiue diſpoſitionis, fictionis, aut præſumptionis. In notorio autem approbationis, quod ſurgit ex probatione iudicialiter facta, exigitur libellus in prima inſtantia. ſed in alia inſtantia non petitur, niſi ſententia. Et in eiſdem actis non requiritur libellus, ſed ſufficit primus. Si autem noua inſtantia inchoatur, neceſſe eſt iterare libellum. In notorio autem confeſſionis, & ſentētiæ, ſi in illa inſtantia agatur officio iudicis, ad executionem earū, non requiritur libellus, ſecus ſi agatur actione in factum, ſed in eadem inſtantia, an exigatur libellus in confeſſione, dubiū eſt. Aduerte tamen, quod licet notorium, quandoque excuſet a libello, non tamen excuſat a propoſitione cauſæ agendi, quod tamen intellige, vt ſupra, vt no. dom. Ant. in d. c. veſtra 42. colu. ver. tertium eſt principium, & vide inf § notorium non excuſat ab ordine. Et circa id quod dictum eſt ſententiā non valere, ſi rei defenſio non auditur, vide inf. §. notorium non operatur, quod non audita.

Notorium operatur hunc effectum, quod ſi iudex videt libellū & petitionem notorie friuolam, poteſt illam reijcere, no. do. Anto. in d. c. veſtra il ſecondo 2 coll.

Notorium excuſat a litis conteſtatione, & iuramento calumniæ, ſiue agatur contra præſentem, ſiue contra abſentem, ſiue ſit notorium facti, ſiue iuris præſumptionis, aut fictionis ſurgentis ex facto notorio. In notorio autem probationis, vel confeſſionis, quis ordo exigatur, in eadem inſtātia, ſi petitur exequutio cōfeſſionis officio iudicis, ſummarius ordo exigitur. Si petitur actione in factum requiritur ordo ſecundū naturam cauſæ. Probationes autem, & conteſtaoones, nō poſſunt in alia inſtantia produci, niſi facta prius litis conteſtatione. No. do. Ant. in d c. veſtra. 44. col.

Notorium operatur quod in criminali poteſt procedi per inquiſitionem ad pœnam imponendam, ſine accuſatore, & ſine libello. ſiue crimen ſit notorium facti, ſiue præſumptionis, ſiue confeſſionis, ſiue probationis, ſi probatio ſit facta ſemiplene, ſiue inſtantia male inſtituta propter ſolennitates partem reſpicientes, dummodo fuerit inſtituta ad finem pęnæ imponendæ. Nam ex talibus probationibus ſi plenæ fuiſſent poſſet iudex ut in notorio ſe fundare ad inquiſitionem faciendā, quia quo ad iudicem, hoc procedit, quod eſt notandum, vt no. dom. Anto. de cohab. cle. c. veſtra. 34 columna. verſ. venio ad quartum.

Notorium non excuſat ab ordine iodiciario, vbi agitur obſeruando de cauſa ciuiliter ad priuatum commodum ſerui, ſecundum Io. And & ſic requiritur libellus, & non poteſt procedi per inquiſitionem. Sed dic quod vbi in ciuili iudex procederet ex officio, vel ſuppleret de facto, notorietas excuſat, alias ſecus. Tunc autem ex officio procedit in ciuilibus, quādo tangitur priuatum commodum, & arguitur peccatum, vel intenditur finis correctionis peccati, & in materijs annexis no do. Ant in d c. veſtra 36. colum. Et prædicta procedūt quod in notorio facti tranſeuntis debet ſeruare ordo iuris, vt in glo. & dom. Ant poſt cam, de vſuris, capit. cum in diœceſi,

Item in notorio præſumptionis, fictionis, vel diſpoſitionis, ſi agitur de probando facto, de quo inſurgit præſumptio, vel fictio, ſeruandum eſt iuris ordo, vt no. ſup. §. notoriū ſi geſtū. Et hoc etiam voluit Io. Andr. in d. c veſtra vbi dicit, quod in notorio præſumptionis ſeruandus eſt ordo iuris, & vide ſup. § notorium operatur, quod in eo.

Notorium ſi eſt tale, quod excuſat ab ordine iudiciario, iudex tamen ſi ſeruat ordinem, non vitiatur proceſſus, ſed ſi partibus contradicentibus ordinem ſeruauit, poſſunt partes appellare, & eſt iuſta cauſa grauaminis, vt no. dom. Anto. in d. §. veſtra 44. col.

Notorium hoc operatur, quod vbi contra agentem poſſeſſorio regulariter nō obſtet proprietatis exceptio, fallit tamen q̄do exceptio eſt notoria, ſiue ſit notoria diſpoſitionis, ſiue ſententię. In notorio autem præſumptionis eſt dubium. Et prędicta procedunt etiam ſi agatur ad poſſeſſionem per uiam attentati. No. do. Ant in d. c. veſtra. 50. col ver. certa media.

Notorium licet non excuſet ab expreſſione, niſi formaliter nō exigatur expreſſio, excuſat tamen a formalitate proponendi, & petendi caſu quo omitti poteſt in petendis. Sufficere enim qualitercumque exprimatur, vt no. do. Anto. in d c. veſtra, 3. colu, verſ. ſecundum eſt principium, & vides duos, §. proximos ſubſequentes. Vide etiam §. notorium non excuſat appellantem.

Notorium probationis ſi fiat iudici pendente iudicio iam inſtituto, & ex illo notorio pars ſe non fundat agendo, vel excipiendo, non poteſt iudex in probatione illius notorij aliquid de facto ſupplere ad priuatam partis vtilitatem, quia ad menſuram libelli, & petitionis dictanda eſt ſententia. Fallit in publica, quia in talib. ſupplere poteſt, prædicta vera, niſi ius, quo agens nititur, ſit omnino connexum ei, quod poſtea in iudicio ſit notorium. Sed ubi non eſt connexum tunc iudex propter hoc non intromittit, & ſic non poteſt dici notorium. Ideo in eadem inſtantia nihil operatur, ſed inchoando nouā telam, & inſtantiam bene poſſet iudex ſuper illo ex officio inquirere. Et quod dictum eſt, iudicem non poſſe ſupplere in eo, quod non eſt petitum, licet deductum, & iudici notū, procedit, niſi illud habuerit initium pendente iudicio, vt in expenſis, & attentatis, vel niſi fuerit petitum, cum deducta eſſent talia, quod non poſſet conſtare de vno, quin conſtet ēt ſimul de alio, quo caſu licet ſuper vno detur petitio, pronunciet nihilominus iudex etiam ſuper alio, ut no. do. Ant. in d. c. veſtra. 36. & 37. col.

Notorium probationis, ſuper quo pars ſe non fundat agendo, nec excipiendo, licet non operetur, quod iudex poſſit ſupplere de facto, in quantum illud notorium eſt ſeparatum a petitis, in quantum tamen eſſet connexum poſſet iudex ſupplere defectum petiti, & excepti, iuuando actoris intentionem, & rei defenſionem. Et ideo ſi ex deductis in iudicio notorie conſtet, actori funditus nullum ius agendi competere, quāquam libellus illi non mittatur, debet iudex abſoluere reū. Sufficit enim quod reus dicat, actori ius non competere, q̄a eius exceptio dicitur annexa actori. Vnde ſi contra agentem vti poſſidens, reus ſe defendendo dicat actori ius agendi nō competere, licet non proponat exceptiones ſpecificas negantes poſſeſſionem, ſi tamen ex actis notorie conſtat, actorem non poſſidere, ſiue poſſeſſionem perdidiſſe. poteſt iudex abſque alia deductione ſupplere, & reum abſoluere, & ſufficiat talia in negationibus detegi, & cum hac moderatione debet intelligi Bar. qui dicit notorietatem non excuſari a propoſitione exceptionis, vt no. do. Ant. in c. veſtra. 36 & 38 col.

Notorium non operatur, quod non audita, nec admiſſa defenſione rei ſententia ſit nulla, licet ſit iniqua, & mixta, niſi aliter conſtaret, quod non fuit aliqualiter de cauſa cognitum, quia multa poſſunt iudicem mouere, quæ non patent, aliter tamē dicit in cauſę cognitione, vt no do. Ant. in d. c. veſtra. 55. col. ver. in deciſorus autem. Sed contrariū no. ſup. §. notoriū operatur, quod in eo, vbi dicitur, quod nō audita defenſione, ſententia non valet, ſed ibi & alia concurrunt.

Notorium operatur, quod ſententia contra ipſum notoriū lata, non valet no do Ant de appel. c. ſolicitudinem, in prin. & de re iud. c. 1. quod procedit in notorio præſumptionis, & fictionis ſurgentis a facto notorio. Et idem in notorio ſententiæ, quando iudex eſt de ſententia informatus, licet legiſtæ contra dicant. In notorio autē probationis, vel præſumptionis, ſecus eſt no do. Ant. in d. c. veſtra 93. coll. verſ. dicebam.

Notorium operatur quod ſuper eo non eſt neceſſe ſnīam ferri, q̄ſi notorium habet in ſe incluſam ſnīam v℞ q̄ eſt verū, quo ad effectum iuris, ſed quo ad effectum facti exprimendū, & exequēdū, ſi eſt notorium facti, ſententia requiritur, ſed non eſt neceſſe. quod feratur in ſcriptis, & cum ſolennitate, imò ſufficere ſimplex pręceptū, quod eſt verū in ciuili, ſed in criminali dubiū eſt, cōiter tn̄ tenetur, quod ſnīa non requiritur.

Quod

Google

Quod eſt verum in notorio facti, ſed in notorio probationis, & confeſsionis ſententia requiritur, ſi criminaliter agitur. In ciuili antem non exigitur ſententia in notorio confeſſionis, ſed ſufficit præceptum, ſiue in eadē inſtantia, ſiue in alia confeſſione producatur. Ideo enim non exigitur alia ſententia quia eſſet nulla, tanquā lata ſine inſtantia, ut no. dom. Anto. in dicto c. veſtra 93 columna, verſ numqnid autem ſi alibi. Idem dom. Ant. dicit etiam, quòd ſuper enmine notorio requiritur ſententia, licet non ſit neceſſe, quòd feratur in ſcriptis, ut ipſe no de iudi. c. a ſi clerici. in prin. verſ ex gl.

Notorium an impediat appellationem? Dicit Calderi. quod quando iudex procedit in notorio, ſi appellatur, quia procedit ſine commiſſa citatione, vel quia defenſiones, & excuſationes probabiles non admittit, tenet appellatio. Sed reo tacente, & probationibus non receptis, nec eas recipere tenetur appellans. Et hæc procedunt tam in ciuili, quam in criminali Sed ſecundum Inno. ſic, datur ratio differentiæ, quia maior eſt ratio exequendi pœnam delictorum propter vtilitatem publicam, quam in ciuili ad commodum priuatum. Tu dic quādo, appellatio fit poſt ſentētiam, ſi pœna eſt arbitraria, uel a iure determinata, ſi illam excedit iudex, tenet appellatio, quoad omnem effectum tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum Sed ſi eſt pœna, a iure determinata, & iſta non excedit, tenet appellatio, non quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quo ad deuolutiuum ſic, quia bene deuoluitur ad iudicem ad quem, vt ſuſpendat a tempore, quo deliberat admittere, uel quo mittit in hiſtoriam. Dicit tamen Inn. unum mirabile, quod licet a ſententia lata in notorio non poſſit appellari, tamen poſt eam exequutam poteſt de nouo agitari, & ſi probetur falſum, quod notorium fuerit, uel ſaltem probetur non notorinm, quod tamen probare eſt difficile, primus proceſſus eſt nullns, & etiam ſi factum erat in veritate notorium, ſed ſuberant excuſationes incognitæ iudici, quæ iure probantur, reuocabitur primus proceſſus, concluſ. Inn. eſt, quòd a ſententia in notorio lata, excludatur remediū appellationis, non antem excluditur remedium nullitatis poſt executionem factam, Et licet omnia procedant in notorio præſumptionis, & fictionis, ſurgentis a facto notorio in notorio tamen probationis, planum eſt, quod auditur appellans, licet Io. And dicat communiter, quod per teſtes, cōtra quos nihil opponit, non auditur. In notorio autem confeſſionis dubium eſt. Communis eſt opinio legiſtarum, quòd tam in ciuilibus, quam in criminalibus, non auditur appellans ille, qui eſt conuictus, & confeſſus, ſecus ſi eſt confeſſus tantū, & non conuictus Io. Andr dicit, quod confeſſus auditur appellans, ſi velit confeſſionem ſuam excuſare taliter qualiter, quòd eam non perimat, alias ſecus. Tu dic, quòd in criminali ſiue ſit confeſſus tantum, ſiue etiam conuictus, alleget iudicem exceſſiſſe modum in pœna, auditur appellans. Idem ſi quis contra confeſſiones, & contra probationes opponat, quando eſt etiam conuictus, ſed & ſi nihil etiam contra alleget, iudex a quo non debet deferre, poteſt tantum iudex ad quem admittere appellationem, ſi ſibi aliqua cauſa iuſta allegetur, & tunc ſuſpenditur iuriſdictio iudicis a quo tempore inhibitoriæ, non ante. In ciuili autem, licet videatur eadem ratio, quæ in criminali, tamen eſt tenere tutius indiſtincte cōfeſſum tantum appellando admitti, & appellationem habere omnem defectum, etiam ſuſpenſiuum ciuiliter, niſi non reperiretur expreſſum ius in contrarium. Et hæc omnia vera, in confeſſione per principalem facta, ſecus in confeſſione facta per procuratorem, & idem in ficta confeſſione defuncti, vt a ſententia lata poſſit hæres appellare, quicquid dixerit Io. And. quod eſt notandum. In notorio autem ſententię dic quod ſi eſt perſona in eadem inſtantia planum eſt, quod poſſit appellari. Si autem eſt ſententia nulla prouocatione ſuſpenſa, quæ in alia inſtantia producta eſt confirmata, tunc ſi contra ipſam primam ſententiam opponatur nullitas, vel quid aliud tribuens iuſtam defenſionem, auditur appellans, alias non, vt no. do. Ant. in d. c. veſtra penul. charta. ver. venio ad vltimum.

Notorium licet regulariter impediat appellationes, tamen ſi in appellatione exprimitur rationabilis cauſa, tenetur iudex etiā exequutionem ſententiæ ſuſpendere, alias licet teneat appellatio, non impeditur executio, & ſic habet tunc appellatio effectum deuolutiuum, non ſuſpenſiuum, niſi poſt inchoationem factam per iudicem ad quem, no. Io. And. de appel. c. Romana. §. ſui autem, in gl. ſuper uerbo mandetur, & in nouella, ſuper eadem gl. & quòd ibi not. Io. An. in c. quam periculoſum, de vſur.

Notorium licet quandoque excludat remedium appellationis, tamen nunquam excludit remedium nullitatis, nec remedium reſtitutionis no. do. Ant. in c. veſtra. penultima charta. in columna 14.

Notorium non excuſat appellationem a grauamine, qui tenetur grauamen exprimere, vel cauſam grauaminis, licet ſit notoria, quia notorietas, licet excuſet a probatione, non tamen propoſitione. no. do. Ant. in d. c. veſtra penultima charta. colu. 4. vide omnino. ſup. §. notorium licet non excuſet, & eo. c. veſtra, penult charta, dicta col. 4. Quod autem dicitur notorium, non excuſare a propoſitione legitima, niſi ſit notorium apparens ex actis, vt no. do. Ant. ſecūdum Pau. & Lap, in cle. appellanti de appell.

Notorium operatur, quod ſententia in notorio lata poteſt executioni mandari non expectato lapſu decendii, quod datur ad appellandum, quia cum non poſſit appellari, fruſtra differtur executio. no. do Ant in d c. veſtra. penult. charta, colu 4. quod limita ſecundum ea, quæ no. ſup § notorium an impediat, & §. notorium licet regulariter.

Nouatio quando plures obligationes ęquales ſunt, ſemper innouat. Idem in quibus hodie eſt lex ſeruanda. toto tit. C. de noua. Sed in obligationibus, quarum vna eſt principalis, alia acceſſoria, nihil innouatur per legem illam, ſed ſtant intra antiqua, quòd non ſit nouatio, ſed actoris electio, niſi aliud expreſſum ſit, no. Bar. in l ita ſtipulatus, de verbor. oblig. 4 charta. verſ. venio ad contraria, & de actione empt. l prædia. pen. & vltima col.

Nouitii vide ſub verbo religioſus.

Nullum an ſit iniquum, vide ſub verbo ſententia nulla.

Numerus vide ſub verbo pluralis,

Nuncius ſi refert ſe citaſſe, vel ex commiſſione iudicis ſe feciſſe, non creditur ei de commiſſione, ideo oportet quod de illa conſtet in actis. Nec etiam creditur de reſponſione citati, ſed ipſius nuncii ſcilicet de citatione, an ſibi credatur. Arbitramur ex qualitatibus perſonarum, & quantitate præiudicii, ſecundum contrarium dictum aliquando admittitur ſimplex aſſertio aduerſarii, aliquando exigitur plena probatio, & ſi nuncius dicat ſe aliter retuliſſe, quam Notarius ſcripſerit, in dubio creditur Notario, niſi Notarius aliter ſit ſuſpectus. no dom. Ant. de appel c conſuluit, de præſcript. c. ad audientiam. Idem not Cyn. & Io de Ar. in l. ſi quis decurio. C. de fall. & Io An in addi. Spec. tit de inſtru. edi. § reſtat. verſi. ſed quid ſi vnus, & vide ſub verbo. Notarius ſi ſcribit, & ſub verbo, citatio licet ſit executa.

Nuncius qui ex commiſſione facta debet aliquem citari perſonaliter, & ſi eum non inuenit ad domum, ſi eum referat ad domum citaſſe, non intelligitur, nec præſumitur in ſubſidiū, vt no. do. Ant in c. cauſam, de dolo 3 col in principio, & Bar. in l. 4. § ꝑtor. de da. infe. contrariū tenet Bal ff. de excu. tu. l. ſcire oportet, §. oportet, & dicunt quod ita ſeruetur in practica iudiciorum, quia præſumit, quod nuncius diligenter fecerit officium ſuum.

## O

Obedientia includit tria, nam qui tenetur alteri obedientiam præſtare, debet ei reuerentiam exhibere, præceptum eius ſuſcipere, & iudicium ſuum ſubire. 93. diſt. c. in ſumma. Poteſt etiam ille, cui reuerentia debetur, viſitare, & corrigere. Notat gloſſa de exceſſ prælator. c. ſane. Non tamen poteſt precipere illi, qui debet reuerentiam, vt res ſuas ei tradat, vt notat Io. And de ſenten. excommu. c. inquiſitio ſuper verbo mortalis,

Oblatio quæ fit in oratoriis priuatis, & oblationes quæ fiunt ad imagines, in priuatis locis ſitas, forte propter aliqua miracula, quæ ibi dicuntur facta, non poſſunt per alios, licite recipi. ſed pertinet ad epiſcopum, no. dom. Anto in cle. per literas, de præbend.

Obligatio an poſſit conferri in voluntatem debentis, dic quod in ultimis voluntatibus conferri pt in liberam, ſed in moderatam arbitrio boni viri, ſicut in contractibus antem nec in liberam, nec in bonum virum conferri poſſit, circa ſubſtantialia contractus. Sed circa accidentalia ſic, vt no. Barto. in l. ſi ſic. de leg. 1. Vide plene per Bald. C. de contrahen. empt. l. in vendentis, & vide ſub verbo debitor per totum.

Oeconomus eccleſiæ, alteri quoad gubernationem, & commendam ſubiectæ non poteſt agere in iudicio abſque licentia gubernatoris. not. Dom. Anto. de elec. c. querelam, in primo notab. Et vide ſub verbo laicus poteſt ex conſuetudine.

Officialis principis an teneatur ex delicto ſui vicarii, vel alteri⁹. Vide ſub verbo dominus, in princ.

Officium iudicis quandoque durat quadriennio tantum, vt quando eſt reſtitutorium, & datur principaliter propter ſe, quandoque durat 30. annis, vt quando datur loco actionis, quia tanto tempore durat actio, quandoque durat perpetue, vt quando datur locus exceptioni & ſic eſt perpetuum not. dom. Anton. de iureiurando cap Quintaualis ver quarto 3.



Digitized by Google

vide ſub verbo dignitas. Et ſub verbo terminum.

Officium iudicis quandoque eſt mere perſonale, quandoq; eſt in rem ſubſcriptum, quandoque eadem æquitas, quę ſubeſt contra principalem, ſubeſt etiam contra ſingularem ſucceſſorem, no. ibi. Ant. de iud. c. quia V. verſi. venio ad ſecundum in fine.

Officio ſuo an dicatur quis functus ita quòd non poſſit actum iterare, ſi primus actus fuit nulliter geſtus, & factus, vide Io. And. in c. ſi compromiſſarius. §. ſi vero. de elec. in lib. 6. in gl. approbatis, & ſuper ea in nouella. vide etiam, quòd ibi not. Lap.

Omnia qui dicit, nihil excludit, c. ſolitæ. de maioritate, & obedientia. & ibi Io. And. & Dom. Ant.

Omnimode quid hoc verbum importet, vide ſub verbo, verba. §. verbum omnimodo.

Opinio veritati cedit in beneficiali no. Ro. conclu. 161.

Opiniones Doctorum quando ſunt variæ in vno paſſu, excuſant aliquem a dolo contra alterum ipſorum factu. no. Rot. concluſ. 333.

Opinioni vltimæ an ſtandum ſit, quando glo. plures opiniones ponit, vide Io. And. de pœn. c. 1. & de ſenten. excomm. c. 1. ſu per gl. vt quia lib. 6. & Pet. More, in d. c. 1. de pœnis. Bal. dicit quòd illa præſumitur eſſe opinio Doctorum, vel iuriſconſulti, quæ reperitur vltima, vt ipſe. no in tit. an & apud quos quęſti. ſeu. debet termin c. 1. & præſumitur quæſtio determinanda pro illa parte, pro cuius opinione fuit vltima allegatio facta, ſi aliter non cõſtat de expreſſa deciſione, vt not. per eum in l. fides, ff de poſtu. vbi ergo in aliqua glo. reperiuntur contrariæ opin. vltima tenenda eſt, vt ipſe no. in l. ſi mater tua. C. C. ne de ſtatu defunctor. quia in dubio vltima opinio magiſtraliter videtur approbari, vt no. per eundem. ff de conſtitu. prin. l. 1. in fi vt no. gl. ff. de conſti. prin. l. 1. in fi. vt no. glo. ff ad Trebel. l. quidam filium.

Optio beneficiorum an poſſit induci per ſtatutum, & conſuetudinem, & quanto tempore inducatur talis conſuetudo.

Obtinere quis dicitur beneficium, quòd non habet ſolum re, ſed etiam ſpe, vt no. glo. & dom. Anton. in cle Romanus. de præbend.

Obtinere an quis dicatur beneficium de iure, an de facto tantum, vide plene in deciſionibus antiquis Rotæ conclu. 296. gl. in c. iſto. de eo, qui mittitur in poſſ. ſub verbo obtinendis. lib. 6. tenet, quod ille dicitur beneficium obtinere, qui ius habet in beneficio, licet poſſeſſionem non habeat, hoc etiam probat text. in c. 1. de regu. iur eo lib. vbi dicitur, quòd beneficium eccleſiaſticum non poteſt ſine inſtitutione canonica obtineri, dum tamen adſit collatio vt in cap cum noſtris. de conceſ. præbend. & pro tali poſſet competit remedium poſſeſſorium de reſti. ſpo. c. in literis, & ibi no. dom. Anto. Puto aduertendum, in qua materia verbum obtinet proferatur, & ita debet intelligi, l. ſi vno. in princ ff locati. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. poteſt enim eſſe talis materia, in qua verbum obtinet, poſſeſſionem iniuſtam, & iure carentem denotet, a qua nudus poſſeſſor, & iure carens non excluditur, ſed bene includeretur habens ius, licet poſſeſſione careat. De primo eſt caſus in clem. 1. & 2. de pœnis. Vbi dicitur, quod capiens epiſcopum, vel citatum ad curiam priuatur beneficiis, quæ obtinet, quod intelligi debet, etiam ſi de facto obtineat, ne melioris conditionis ſit iniuſtus, vt in c. eum qui. lib. 6. Nam illa materia tendit ad pęnam pro delicto imponenda, quia adaptatur ad tenentem beneficium de iure, vt quilibet priuetur poſſeſſione de cetero. ſecundo eſt caſus in c. præſenti. de præben. lib. 6. vbi reſeruantur beneficia, quæ obtinent venientes ad Romanam curiam, vel etiam recedẽtes, modo infra duas dietas a curia ſint tantum remotæ, quæ reſeruatio nõ eſt dubium quin comprehendat beneficia, in quibus tales decedẽtes ius habeant, licet nõ poſſideant, quia materia adapta eſt. Reſeruatio enim fit, vt accidente vacatione per mortem, ſolus Papa de illis prouideat, quæ vacatio ita contingit, ſi decedens ius habet, licet poſſeſſionem non habeat, ſicut ſi poſſeſſionem haberet, quia in vacatione inducenda non intẽditur poſſeſſio, ſed titulus, vt in cle 1. §. neutro, vt lite penden. ſic ad ius quærendum ſufficit titulus, nec requiritur poſſeſſio, de conceſ præben. c ſi lib. 6. & propterea eo præſenti non includerentur beneficia, quæ decedẽs tenebat ſine titulo, quia illi per mortem poſſeſſoris vacare non poſſent, & conſequẽter non adaptantur ad materiam reſeruationis. Et idem dico in c ſi gratioſe. eo. lib. 6. de reſc. quia ibi diſpenſatio facta ſuper beneficiis obtentis, vt quis illa retinere poſſit, non obſtante, quod in epiſcopum ſit promotus non adaptatur, niſi ad illa, quæ de iure obtinebat, & ſi poſſeſſionem non habebat. Si. n. poſſeſſionem ſolam abſque canonico titulo habuiſſet, diſpẽſatio operari non poſſit, quia per illam nouum ius nõ datur, ſed vetus conſeruatur, & prolongatur, vt ibi no gl.

Ordinarium remedium facit ceſſare extraordinarium, quando ordinarium prouidet ipſo iure, alias ſecus. Item ſecus, quando per extraordinarium vberius prouidetur. no. do. Anto de reſtit. in integr. c. cum ex literis, & idem dicit. Ro in effectu, concl 427. de quo vide plenius per Bar. in l. prouinciali. ff. de no. ope. nunc.

Ordinarij appellatione non comprehenditur epiſcopus tãtum in his, quæ pertinent ad officium epiſcopi tantum. no. Arch. de offi ordi. in lib. 6. vide de iurepatron. c. conſultationibus, in primo notabili.

Ordo ſcripturæ ſeruandus eſt, & ex eo licet arguere, de elec. c. ſi quis iuſto. lib 6 & de præben. c. mandato. eo. lib. & eſt caſus, in l. cum pater. §. 1. ff. de leg. 2. & ibi no. gl. in l quoties, in princip. ff. de vſufr. & de fideicom. lib. l. generaliter. §. quid ergo. Vide Bart. qui contra hoc plene loquitur. in l. 2. §. prius. ff. de vulgari, & pup. & aliquid vide per eum in l. Gallus. §. quidam recte, & vide Bal. qui contra hoc dicit vnum notabile verbũ, in l. nec enim. ff de ſolut. & vide Dom. de S. Gemin in c. qui pontificali. in fi. de offi. dele. lib. 6.

Ordinis characterem recipit laicus, vel puer ad ſacros promotus, licet non recipiat ordinis exequutionem, niſi ſuper ea diſpenſetur no. Ro. conclu. 428. in fi. & vide ſuper verbo bigamus, & ſuper verbo ſimoniacus.

Ordo iuris quando apparet, nõ attenditur ordo ſcripturæ, quia mens diſponentis præſumitur fuiſſe ſecundum ordinem iuris. l. cum pater. §. fidei committo. ff. de lega. 2. & Bal. & l. nec enim ordo, ff. de ſolutione, & ibi not. Bart. & idem ſenſit. in l. Gallus. §. quidam recte, cum dicit, quod pater inſtituendo nepotem, & filium, licet nepotem præmittat in ordine verborum, tamen intelligit primo inſtituiſſe filium, & ratio eſt, qa ordo iuris ſic habet, quod in ſucceſſione patris filius præferatur nepoti. Idem dom. Ant. dicit, de reſcrip. c. cum dilecta. 8. col. verſ. veniamus, ad noſtram. Quòd ergo. dicit Bar in l. 2. §. prius. de vulg. & pup. in dubio præſumi voluntatem diſponẽtis fuiſſe, ſecundum ordinem ſcripturæ debet intelligi, quando ille ordo non eſt contra ius commune ut l. cum pater. §. a te peto. de leg. 2. alias ſecus, vt d. l. nec enim de ſolutionib.

## P

Pacificus poſſeſſor quis dicatur, vide ſub verbo poſſeſſio quando dicatur, &c.

Pactum quod quis poſſit in ſolidum condemnari, ubi aliquis habebat priuilegium, quod non conueniretur, niſi quatenus facere poſſet, deducto ne egeat, an valeat, ſi illud priuilegium ſibi competebat ratione perſonæ, ſecus ratione contractus, no. Io. And. de ſolu. Oldr. in fine.

Pactum de non ædificando non nocet, futuro ſucceſſori, & idẽ in pacto de non licitando, vel locando, vel de locatione nõ facienda, vel reuocanda. not. do. Ant. de iud. c. quia V. verſi. venio ad primum.

Pactum in dubio intelligitur reale, & tranſit ad hæredem paciſcentis, & præſumitur perſona adiecta adminiſtrationis, uel limitationis cauſa, niſi ſit appoſita dictio taxatiua. ff. de pac. l. iuris gentium. §. pactorum, & C. de contrahen. & commi. ſtipul. l. veteris, & not. Bar. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. & idem no. Bar. in pacto affirmatiuo. ff. de verb. obl. l. ſi ſtipuler. vbi plene. Et Bal. in d. §. pactorum, & Cyn. in d. l. veteris. C. de contrahen. & committenda ſtipulatione.

Pactum an tollatur, vel ei derogetur per ſubſequens priuilegiũ. Contrarium vide ſub verbo priuilegium. §. priuilegium generaliter.

Papa non poteſt laico delegare poteſtatem excommunicandi, nec abſoluendi ab excommunicatione, ſed poteſtatem eligẽdi, & conferendi beneficium bene poteſt ei concedere primum. no dom. Ant. de iud. c decernimus. verſi concludendo ſecundum ver. eo. tit. c. quanto, & vide ſub uerbo diſpenſatio, iudex, lex, & conſtitutio, & ſub verbo princeps, per totum.

Papa poteſt delegare iudici laico, non ſolum cauſas ciuiles, & criminales Sed etiam ſpirituales. no dom. Anton. de iudic c. decernimus. ver. opp contra gl.

Papæ, & Imperatoris poteſtas ſemper intelligitur a generali pmiſſione, & iuramento excepta, de iureiur. c. & ſi Chriſtus, & 24. q. 1. §. vlt. verſi. namque.

Papa poteſt dare prælaturas, & omnia beneficia ad tempus, alii inferiores non. no gl. in c. 1. de Cappel. mon. lib. 6 quod forte poſſet intelligi de certis beneficiis, ut ſunt beneficia manualia.

Papa poteſt in beneficiis conferendis omnes collatores ordinarios præuenire, & per ſuum decretum eis manus claudere. no. Ro. conclu. 3. & concluſ. 237 & Fred de Senis in tract. permut. q 4. videant. § papa confert.

Papæ poteſtatem vide per glo de exceſ prælat. c. ſicut vnire de translat epiſcopi c. 1 & de off dele c quod translationē, & in clem 2 in princ. de religio. dom. vbi additur nouus caſus, & per Bal C. de teſta. l ſi teſtamentum, & authen hoc inter liberos, & C. de fideicom. l. eam quā. & de pace conſtantiæ. §. libellario, & in procemio vſus feud in prima diuiſione, ubi aliqua, ſed pauca.

Papæ ſententia quid operetur, vide ſub verbo ſententia, in principio, & infra §. papa nemini, & §. papæ ſententia.

Papæ motus proprius, & certa ſcientia, qualiter probentur, uide ſub verbo probatio. §. probari non poteſt, & vide ſub verbo gratia, § gratia non poteſt.

Papa an poſſit eſſe ſchiſmaticus, & quòd non ſit hęreticus, vide ſub verbo ſchiſma.

Papa etiam facta propria præſumitur ignorare, propter multiplicitatem negotiorum, de re iud c. cum olim. Ideo ſi contra illud factum aliquid agit, præſumitur circumuentus, & præſumptio iuris, & de iure, vt dicunt Inno. & Io. And. ibi, quòd eſt verum niſi illud factum eſſet notorium in curia, ſicut ius ſcriptum, quia præſumitur papa illud ſcire, vt not. Fre. in tractatu permutat q. 10 primum dictum procedit, maxime q̄n concedit gratiam, vel reſcriptum, vt no. gl. de conſtit. c. 1. lib. 6 ſub verbo naſcatur.

Papæ renunciatio, & mors naturalis æquiparantur, no. gl. de pręben. c. ſi cui. lib 6 & vide ſub verbo, procurator conſtitutus a prælato.

Papa in quibus non poſſit diſpenſare. Vide ſub verbo diſpenſatio.

Papa ſi quid diſponit contra Concilium generale, an valeat licet non dicat in ſpecie, non obſtante tali decreto Concilii, vide ſub verbo, gratia facta contra generale Concilium.

Papa poteſt derogare iuri patronatus laicorum, quia id ius habet ex mera gratia ipſius Papæ. Sed alii ordinarii hoc nō poſſunt propter inhibitionem papæ. not. Ro. concluſ. 329. circa fin. & verſ. 8.

Papa eo ipſo, quod cauſam corā vno auditore cęptam ad ſe vocat, & alteri committit, uidetur primo iudici inhibere. not. Ro. conclu 41.

Papa eo ipſo quod committit cauſam in curia, ſtatim intelligitur ligaſſe manus inferioris, non ſolum ordinarii, ſed etiam executoris Apoſtolicorum, vt ſuper re, de qua facta eſt cōmiſſio, non poſſint aliqualiter prouidere, nec etiam rei prouiſæ collationem alicui demandare ualeant. ut not. Ro. concluſione 344

Papa eo ipſo, quòd mandat alicui de certo beneficio prouideri, ligatæ ſunt manus inferioris, ut non poſſit de illo beneficio aliqualiter ſe intromittere, ex quo papa ſemel manum appoſuit, & hoc uerum niſi delegatus nulliter prouideat, not. Inno de excel prælat. c. inter dilectos, facit c. ut noſtrum, de appell. Hoc verum, quando delegatus nulliter prouidet ex ſuo defectu, ſecus ſi mandatum papæ ſit nullum per conditionis defectum, uel aliter, ut no Inno in d. c. inter dilectos, in glo. mag. uer alii, & forte melius, de præſumpt c. dudum in glo. magna, in princ. Et uide ſub uerbo gratia beneficii conceſſa, & ſub uerbo beneficium, § beneficium dicitur reſeruatum.

Papa de plenitudine poteſtatis poteſt nuda uoluntate beneficio priuare, no. gl. magna, in q. 3. per principalē, & c. de relig. do. c. conſtitu. ut patet ex textu, cle. 1. ut lite pendente per quē tex. ita decidunt Pau & dom. Ant ibidem, & facit c. 2. de præben. lib. 6. Sed aliam rem non poteſt papa mihi auferre, quia in hoc non habet liberam poteſtatem. No do Anto. in d cle, & Inno de conſtit. quæ in eccleſiarum, & de immuni. eccleſ. c. quia plerique dicunt. Tamen ratio, quod papa, & princeps ſolus hoc hēt ex priuilegio, quòd poteſt quem iure ſuo priuare, quod non poſſunt, inferiores. No. Ro. concluſ. 19. & vide ſub uerbo princeps poteſt dominum.

Papa licet de æquitate non debet aliquem inuitum transferre, poteſt tamen de iure no. gl 7. q. 1 omnis, & cap. epiſcopus, & Archi. 100 q §. ecce. & Io. And. de poſtu. prælat. c ſi. & in regula, quod ob gratiam, lib 6. Vide ſub uerbo permutatio §. permutare beneficium, & § permutatio prælatorum. Et uide ſub uerbo prælatus, §. prælatus non transfertur.

Papa eſt maior Apoſtolo, uel ſaltem par cum eo, ideo dictum Apoſtolicum non ligat, nec ſtringit papam. no. Ro concluſ. 438 nam papa non ligatur Concilio. ut no. Io. And. in cap. hi, qui. de præben. lib. 6. in nouella uide inf. §. papa poteſt contra Apoſtolicum.

Papa eſt maior Concilio, cum concilium ab eo auctoritatem accipiat, de electione c. ſignificaſti. & no. gl. de elect vbi periculum. lib. 6 ſuper verbo concilio. Idem not. gl de Cappell. mo & Io And. in c. 1. de conſtit. lib 6. Ideo papa poteſt ſtatuta concilii, corrigere, & mutare, vt no. Io. And in d. c. ſignificaſti, ſuper verbo robur d. c. vbi periculum, & præualet ſententia papæ ſententiæ concilii. No. Archid. 8. quæſt 3. venio, niſi ſit circa ſalutem, & ſtatum vniuerſalem eccleſiæ, vt not. gl. & Archid. 11 diſt. cap. ſicut. Sed concilium non poteſt, reuocare ſtatuta, vt no. gl. in clem. uc. Roman de elec. in verbo in ſeruorem. vide inf §. papę non eſt obedien.

Papa nemini ſubijcitur, nec poteſt per concilium iudicari, niſi de hæreſi. 40. diſt. cap ſi papa, & 21. diſt nunc autem, & Inno. de verborum ſignif. ex parte. c. 1. & Ioan. And. de hæreti. in fidei fauorem. lib 6 ſuper verbo fauorem, in nouella, de conceſ. præben cap propoſuit, ſuper verbo, nam contra. Et de hęreſi non iudicatur, ſed a iure quis hæreticus priuatus eſt poteſtate, & beneficiis eccleſiaſticis, ſecundum Theologos, & ſpecialiter. ſec. Pe. de palud In tractatu ſuo, & facit, quod no. Archid. 24. qu. 3. dixit Apoſtolus, & ſententia Romani Pontificis præualet ſententiæ vniuerſalis Eccl. Dei. Sententia ergo eccleſiæ militantis præualet ſententiæ eccleſiæ triumphantis, niſi Romana eccleſia erraret, quod fieri poſſe non creditur, quia Deus non permitteret. no. gl 24 q. 1. quodcumque, & ab eius ſententia, non appellatur. 9 q. 3. c cuncta per mundum. Stultum eſt ideo, de hoc aliquem admonere, cū omnes ſciant. ff a quibus appel. non lic. l. 1 in princ. vide ſub verbo appellato. § appellari non poteſt a papa. Vide inf § papæ non eſt obediendum.

Papa etiam in caſu quo poſſit ab alio iudicari, non debet in ius vocari ſine eius permiſſione, & nomine, ſicut dicimus in liberto. no. dom. Ant. de iudi. c. cum veniſſent, vltima colum. alias penultima.

Papa tenet hodie monarchiam totius mundi ad vtrumque gladium, tamen non poteſt legitimare ad ſucceſſionem hæreditatum, niſi in terris tēporali iuriſdictione ſibi ſubiectis. not. Ro. conclu. 144.

Papæ ſuprema poteſtas, & plenitudo eius non poteſt per inferiorem poſſideri, quia illam papa habet a domino, & illius inferior eſt incapax, no. do. Ant de iure patr c. ſi. 24 colum. 1. verſ. nunc ſecundo, vbi papa illam plenitudinem poteſtatis concedat, vt no. per eundem, c. cap. 42 coll

Papa ſi pretium ſine contractu facit vim legis obtinet, quia fit ab habēte poteſtatem legis condēdæ. C. de donat. inter vir. & vxor. l penulti. verſ. & fortius eſt, quam lex quia ſupremus princeps.

Princeps contractum cum ſubditis ſuis initum ſeruare tenetur, quia cum contractus duorum conſenſu perficiatur, altero diſcotiente non diſſoluitur. not. Cyn. Bar. & Bal. in l. digna vox. c. de legibus, & eſt tex in titu de natu fru. c. 1. colu. 10 & extra de probat. c. 1. & ibi no dom. Ant. ſed licet poſſit papa, ſi vult ſe ligare, non tamen ſucceſſorem. no. dom. Ioan. Mo. de conſtit. cap. 1. lib. 6 & ibi vide dom. Anto. Idem tenet Bal. in l. 2 c. de ſententiis, ex peri. reci. & in procemio digeſtorum, an uero ligatur ex contractu prædeceſſoris, inde Cyn. & Bal in d. l digna vox, & Gul de Mon. Lap. & Fran. in cle. 1. de iureiur. text. videtur quòd non, in clem. innotuit, de electione.

Papa confert iure ordinario beneficia ad eum deuoluta, per negligentiam inferioris, ſed non deuoluta confert de plenitudine poteſtatis. no. Archid. & Io. Andr. in nouella in c. fin de conſuetudine poteſtatis, libro 6. pro quo facit de præbendis. c. 2. eo. lib. vide ſup. §. papa, poteſt in beneficiis.

Papa poteſt de poteſtate abſoluta quidquid vult, & quam diu viuit poteſt mutare quadrata rotundis, de ordinata tamen non licet papæ alienare res eccleſiæ ſine conſenſu. dom. An. de iudi cum veniſſet. verſ. opp. 2. & vide quòd no. per eum, in cle. ſi Romanus de præbendis.

Papa de poteſtate abſoluta poteſt eſſe iudex in cauſa propria patrimoniali, ſed de ordinara debet alteri committere, & hoc in ciuili, ſed in cauſa delicti proprij poteſt de ordinata eſſe iudex in cauſa propria, quia criminaliter non iudicatur excepta hæreſi, in cauſa etiam eccleſiæ Romanæ poteſt de ordinara iudex eſſe, quia quid dicat glo. non eſt dominus rerum eccleſiæ Romanæ, ſicut nec alii prælati ſunt domini rerum eccleſiarum ſuarum, no dom. Anton. de iudic. c. cum ueniſſent. verſ opp. 2. ſi tamen papa iudicat, honeſtius eſt vt rem committat, vt not. per eundem, in fine, vide gl. quod ibi not. do Ant de confirmat. vtili. c. cum dilectæ, & quod no. Inn. Hoſt & Io. An. in c ex parte. in 10 de verb. ſign.

Papa non præſumitur facere aliquid motu proprio, nec ex certa ſcientia, nec de plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat, primum probatur, in capit. ſi motu proprio, de præbend. lib. 6 ſecundum Ioan. Andr. de reſcriptis, eo. lib. 6. cap ſtatutum, in glo. ſuper verbo literarum, & in cle. & ſi principalis, eod. titulo, in gloſ finali, & in capitulo porrecta, de confirm. vti. tertium notab. Innocen. de electio. in not & quæ ad ſecundum de certa ſcientia, vide vltima in conſiliis, de confirmat. vtili.



Digitized by Google

Papa poteſt eſſe teſtis in cauſa ratione eccleſiæ, quia non eſt dominus rerum eccleſiæ, ſed adminiſtrator, ſicut prælati, licet gl. aliter dicat, vt not. do. Ant. de iudi. c. cum veniſſet. ver. oppono 2.

Papa ſi mandat reuocari, quicquid fuerit attentatum, vel factũ, debet intelligi de eo, quod iuſte de teſt. ſpol. cap. audita, ideo dixit Compoſtel. de reſcript. capit. cauſam quæ, quod ſi papa mandat beneficium alicui conferri, non obſtante prius alteri facta collatione debet intelligi de collatione inualida, & non de valida, niſi ſpecifice expreſſit de valida. Et hoc etiã no. do. Ant. in c. 1. de conſti. lib. 6. verſ. tertius caſus, & ver. ſimiliter. 3. reg.

Papa an poſſit in omni caſu de facto ſupplere, not. do. Ant. de cohabit. cler. c. veſtra 37. coll. in prin.

Papa ſi quid verbo, vel ſcripto dicit, an probet, & in contrarium probari poſſit, uide tex. & glo. de teſti. c. cum a nobis, & infra, ſub verbo probat. §. probatio non admittitur, & § probationem faciunt.

Papa an habeat iuriſdictionem vniuerſalem etiam in quoſcumque laicos, vide ſub verbo iuriſdictio. § iuriſdictionis prorogatio non cadit. & inf. § papa non ſolum.

Papa an poſſit reuocare ſententiam, & arbitramentalem per laicum factam, ſi non recognoſcit ſuperiorem ſaltem de facto, & ita debet intelligi c. expoſita, de arb. vt not. Fre. de Senis, conſi. 235. licet do. Ant. in quodam notabili illum textũ aliter intelligat.

Papæ verba narratiua, vel aſſertiua, an faciant plenam fidẽ, alias probationẽ, donec contrarium probetur, vide ſub verbo probatio. §. probationem faciunt, & capit. literis, de probationibus, & quod no.

Papa licet non poſſit vniuerſaliter diſpenſare ſuper decimis nõ ſoluendis ſtatuendo, quod nullus decimam ſoluere teneatur, poteſt tamen cum vno, vel aliquibus laicis, vel clericis, & ſuper certis bonis diſpenſare, quòd perpetuæ decimæ nõ ſoluantur no. gl. de decimis, c. a nobis. Et idem tenet, ibi Ho. & Io. Andr. & Franc. de Zabar. licet quidam dixerunt, quòd papa, etiam cum vno ſuper hoc diſpenſare non poſſet ſine cauſa, ſed hoc nihil importat, quia ſemper in principe præſumitur cauſa, vt no. Cy. & Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Impe. offe. & do. Ant. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & licet decima debeatur de iure diuino, contra quod papa non diſpenſat, verum eſt illud in totum, tollere, ſed in parte poteſt illud moderari, & limitare, vt no. Inno. in c. quæ in eccleſiarũ, & hoc aliter gl. in d. c. a nobis.

Papa non ſolum clericos, ſed etiam laicos habet vniuerſalem iuriſdictionem habitu, ſed non exercitio, no. gl. de iudi. not & qui filii ſint legitimi. cap. cauſam, quæ 2. & hoc tenet Ioann. de Lignano, vt refert dom. Ant. in d. c nouit, vltima charta. Idem de laicis tenet do. Anto. in c. cauſam, quæ in prima opinione. Aduertat ergo laicus coram papa conuentus, qualiter excipiat, vt non dicat eum non eſſe, vel non habere iuriſdictionẽ, ſed dicat, non habere exercitium iuriſdictione, alias inepte ſuccumbit. l. 1. §. Labeo. de Flum. & ibi no. Bart. in l. 1. ff. de except. & vide omnino ſub verbo iuriſdictio. §. iuriſdictionis prorogatio non cadit, & vide infra §. papa habet iuriſdictionem.

Papæ an obediendum ſit, ſi aliquid iniuſtum præcipit, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus, vide Io. And. de ſent. exc. c. inquiſit. ſub verbo, mortale 2.

Papæ ſententia ſi eſt diffinitiua, facit ius, quòd eſt verum, ſi tenor eius patiatur, & non ſit contra legem, in corpore iuris clauſam, aliter ſecus. Item hoc verum, quando eſt lata cum cauſæ cognitione, & preſente parte aliter ſecus. Interlocutoria vero, ſi eſt in corpore iuris clauſa, facit ius, alias non niſi lata ſit cum cauſæ cognitione, & partibus præſentibus, ut not. do. Ant. in c in cauſis, de re iudi. Adde quod papę ſententia non redditur nulla ex commiſſione citationis, ut no. Hoſt. Ioan. Andr. & dom. Anton in capit. ſicut, in iure de exceſſio. prælat.

Papa in cauſis, quæ coram eo aguntur debet ordinem iuris ſeruare, de re iud. c in cauſis, vide omnino. Io. And. de conſuet. c cum inter. ſuper verbo irritan & de litis conteſt. c 1. ſi papa fert ſententiam, contra aliquem, quem dicit citatum præſumitur citatus no. Bal. in l. 1. de offic. præfe. præto. Barto. dicit, quod papa in cauſis, coram eo vertentibus debet iudicare ſecundum conſcientiam ſuam, aliter peccaret, ut ipſe not. in l. 1. C. vt quæ deſinit. aduocat. par.

Papa habet iuriſdictionem in omnes laicos quo ad decidendũ dubia legiſtarum, in quibus ſunt variæ opiniones decretorũ doc ſcripſ. no. do. Ant. de reſcr. c. ſuper literis, colu. 3. ver. not. quarto, & vide ſup. § papa non ſolum.

Papa parum vel nihil facere debet, ſine conſilio ordinario Cardinalium, quaſi ſint vnum corpus cum eo. Ideo quando mittit Cardinalem, vocatur Cardinalis legatus de latere, id eſt de corde papæ, vt no. Hoſt. de priuil. cap. antiquę, & quæ ad dua ſunt non poteſt papa ſine conſenſu Cardinalium facere, ſecundum Inno. & Io Andr in c. ſuper eo. de hæreticis lib 6. in nouella licet Io. And. non videatur, vbi approbatur hoc.

Papa ſi cum alio de papatu contenditur, & quilibet ſe papã credit, neuter eorum poteſt dici ſchiſmaticus, vt no. Io glo. 24. q. 1. c. 1. in gl. hæc diſtinctio in fi. & valent geſta per vtrumq;, in locis, in quibus tolerantur, vt no c. quamuis de decimis in gl 9. pro qua facit l. librarius, quis autem tunc erit index, vide de renunciat. lib. 6. in gl. in nouella.

Papæ non eſt obediendum, ſi præcipiat aliquid iniuſtum, quod continet hæreſim, vel ex quo vehementer præſumitur ſcandalum eccleſiæ, vel alia mala ventura, aliter præcepto papæ etiam iniuſto obediendum eſt, vt no. Innoc. Hoſt. & Io. An. in c. inquiſitione. de ſent. excommu. Et facit quod idem Inno. in c. 5. de conſuet. Et facit quod dicit idem gl. quando turbatur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ. 9. q 3. principalem. Et hoc ſentit Io. And de ſent. excomm. c. mulieres. Item non eſt obediendum papæ ſi facit, vel diſpenſat vniuerſaliter contra generale ſtatutum eccleſiæ, vt no gl. 29. q. 1. quo ad perpetuũ. Et idem dicit Archi. 40. diſt. c. ſi papa, in fi. & 19. diſt. c. ſicut, & no. gl. 8 q. 1. ex his omnibus auctoritatibus. Secus ſi particulariter, & non vniuerſaliter facit contra ſtatutum eccleſię. Sed Archid bene loquitur, quando fit contra ſtatutum, in d. c. ſunt quidam, vbi etiam dicit, quod vbicunque decoloratur ſtatus eccleſiæ, papa non poteſt id facere, ſed licet arbitrium facere, & diſpenſare poſſit cõtra generale ſtatutum eccleſię, tamen non contra articulos fidei. Vide §. papa eſt maior concilio, & §. papa nemini.

Papa an poſſit Imperatorem deponere, licet poſſit deponentibus conſentire, no gl. 15. q 6. c. alius Et ibi idem dicit. Archi. quòd non poſſit deponere regem Francorum. Vide Ioann. And. in c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib 6. in prima gl. in nouella, vbi dicit, quis poſſit deponere Imperatorem, & ex qua cã. Imperator autem poteſt deponere papam, ſi ad hoc ſe illi ſubiciat de conſenſu Cardinalium, vt no gl. 8. 10. diſt. c. in Synodo. Super quo vide, quòd no. Archid. in q 7. c. vos, ſuper prima gl quæ dicit pro, & contra.

Papa contra apoſtolicũ diſpenſare pt, vt no gl. 25. q. 1. ſunt quidam. alii tamen dicunt contrarium, vt not. ibi Archid ſuper prima gl ubi dicit quoſdam dicere ſtultum eſſe, quod dicatur papam poſſe contra doctrinam cuiuſcumque libri canonici diſpenſare, vide ſupra papa maior eſt Apoſtolico.

Papa ſine concilio generali non poteſt priuilegium canonis ſi quis ſuadente, innouare contra omnes clericos, ſecundum Abb. vt no. Inno. Io. And. de ſen. excomm. c. nulli.

Papa ſolus, vel eius legatus, & nullus alius poteſt generale concilium conuocare. 17 diſt. c. 1. & 2. § huic etiam. & 3. diſtin. § porro. & 3. q. 6. dudũ. niſi papa eẽt requiſitus, vt cõuocaret, & negligeret conuocare, & cauſæ legitimæ adeſſent ꝓpter quas conuocare deberet, quia tunc Cardinales & eis negligentibus, Imperator, & vltimo alii prælati conuocare poſſẽt, vt no. Fran. de Zab. in c. licet, de elec.

Papa non poteſt ligare ſucceſſorem, nec ſibi legem imponere de elec. c. Inno. & no. de reſcr. c. fi. lib. 6. in gl. vlt. & c. de legib. l. digna vox.

Papa in terris Imperii habet iuriſdictionem temporalem habitu, ſed exercitium iuriſdictionis habet Imperator a papa, qui eum coronauit. In terris autem eccleſiæ habet papa iuriſdictionem temporalem habitu, & exercitio. not. do. Ant. qui filii ſint legitimi. c. per venerabilem 8. col.

Papa an poſſit in terris Imperii baſtardos legitimare, quo ad tẽporalia, quia de ſpiritualibus non eſt dubium, quòd ſic Hoſt. dicit, quod poteſt etiam quo ad temporalia, cuius opi. ſequitur. Io. Cal. in c. venerabilem, qui filii ſint legit. Inno. ibi diſtinguit, quod in his, quæ ſunt adhæſibilia perſonæ puta qđ quis poſſit eſſe teſtis, & iudex, & quo ad honores, & dignitates admittatur, poteſt papa legitimare, quia per hoc non fit alteri ꝑiudicium, ſed quo ad alios effectus parti non adhæſibiles, & alteri præiudiciales, non poteſt, vt in ſucceſſione hæreditatis. Io. And autem ibi aliter diſtinguit ſuper a gloſ dicens quod aut proles fuit genita ex affectu non coniugali, quia non fuit conſenſus matrimonii contrahendi. Et tunc papa nõ poteſt legitimare, niſi quo ad forum ſuũ, & niſi in terris ſubiectis ſibi, quia papa non poteſt ſupplere conſenſum, qui non fuit, aut proles fuit genita ex coitu, & affectu coniugali, quia matrimonium fuit contractum, licet de facto obſtante aliquo impedimento, & tunc ſi matrimonium non fuit contractũ non potuit eſſe impediente lege diuina, idem quòd ſupra. Si vero non poteſt eſſe impediente lege canonica, & tunc aut papa vtitur verbo legitimationis legitimando matrimoniũ, & prolem, tunc valet legitimatio quo ad vtrumque forum,

& tra-

& trahitur retro Sed ſi vtitur verbo diſpenſatinnis, tunc ſolũ ad illa prohibita admittitur proles, in quibus eſt diſpenſatum, quia diſpenſationes ſunt odioſæ & reſtringẽdæ, & ſic ſentire videtur Io. quòd talis diſpenſatio non operetur quo ad ſubiectos imperij. dom Ant. autem in dicto c. per venerabilem. 7. colu. verſic. ex his viſis aliter diſtinguit dicens, quod aut papa vult legitimare diſponendo in radicem matrimonij. In omnibus illis caſibus legitimare poteſt quoad terras ſuas, ſed nõ Imperij, & tunc dicitur poſſe diſponere in radicem matrimonij, quando dubium eſt de iure canonicô, an matrimonium valeat. Secus ſi conſtat matrimonium, eſſe nullum impediente lege diuina, vel canonica, quia tunc non poteſt diſponere in radicem matrimonij, licet Ioann. Andr. in hoc contradicat, quando impedimentum procedit a lege Canonica. Et iſto caſu, ſecundum Ioannem Andream papa non poteſt legitimare redintegrationem, ſed legitimationem de nouo collatiuam poteſt papa facere in terris imperij. Idem dicendum eſſet, quando dicitur, quod papa legitimet, non diſponitur in radicem matrimonii. Dico diſtinguẽdum eſſe, quod aut vult legitimare in terris eccleſiæ, & indubitanter poteſt, aut in terris imperij, & tunc legitimare ſibi ſuppoſitũ, vel de proximo ſupponendũ ratione clericatus, & idem qui eo legitimato, & ſecuto clericatu legitimus eſt, quo ad temporalia, & ſpiritualia, & quo ad omnia, & vbique, aut legitimare non ſuppoſitum, nec de proximo ſupponẽdũ, & nõ poteſt, niſi de conſenſu eius, cui eſt ſuppoſitus ſi ſuperiorẽ non recognoſcit, ſi quis tamen tenere vult, quòd etiam ſine conſenſu ſuperioris poſſit papa legitimare in terris Imperij ex iuriſdictione prorogata per petentem ſe legitimari, talis legitimatio non valeret, niſi conſentirent omnes illi, quibus ex cauſa præiudicium fieret, quia talis iuriſdictio, licet voluntaria, non poſſet ad aliorum præiudicium prorogari. An autem illi poſſunt contradicere, quibus erat quæſitũ ius ex hæreditate iam delata, an etiam illi qui habent ſolam ſpem in hæreditate deferẽda, dicit quod papa per talẽ legitimationẽ præiudicat illis, qui habent ſolam ſpem, & in dubio præſumendũ eſt, quod per dictam legitimationem non voluit eis præiudicare niſi aliter exprimat Bar. tenet indiſtincte, quòd papa nõ poteſt legitimare in terris Imperij. l. 1. de iure aureo ann. Et quod dictum eſt de Papa, idem intelligas de inferiore, habente a papa poteſtatem legitimandi ex priuilegio Vnum tamẽ aduerte, quòd talis habens poteſtate non poſſit legitimare, ad præiudicium aliorum, etiam reſpectu ſpei, niſi hoc in priuilegio exprimatur, vt no. do. Ant in d. c. per venerabilem. 18. col. ad finem.

Papa ſolus poteſt, & nullus inferior ſupprimere dignitatem in eccleſia, vt no. Spec. in titu. de leg. §. nunc tractemus, verſic. penult.

Papa an poſſit creare Notarios, in terris Imperij, vel imperio ſubiectis, vide ſub verbo Notarius, §. 1. & ſub verbo inſtrumenti, cum §. 1.

Papa an poſſit legem imponere ſucceſſori, quia par in parẽ non habet Imperium.

Partis appellatione intelligitur, & comprehẽditur procurator. Caſus eſt in c. ſuborta. de re iudicata.

Pater vltra cauſas expreſſas a iure ciuili poteſt filium exhæredare, ſi eſt hæreticus not. do. Ant. de iureiur. c. Quintauallis. ver oppono, quod parendum, & vide ſub verbo. Notarius §. Notarius poteſt conficere.

Pater in omnibus cauſis in quibus poſſit filium exhæredare poteſt alimenta denegare, ſecundum Io. Andr. ſi tamen ipſum pœniteat de peccato, pater tenetur eum alimentare. Not. do. Ant. de iureiur. c. Quintauallis. ver quód parentes

Pater an poſſit pro filio contrahere abſente, ita quod filio etiam naturali tantum quæratur actio eo ratificante. vide ſub verbo abſens.

Pater licet alimentare filiam ſpuriam teneatur, non tenetur tamen eam dotare, niſi quatenus ex alimentis filiæ tali debeatur. Not. Barto. in l. fina. §. a ſocio ff de his, quæ in fraud. credit.

Pater an teneatur alimentare filium egentem, ſi filius habeat filium diuitem Vide Cy. C. de alen. libe. dic, quód pater tenetur, ut no. Bar. in l. penul. de libe. agnoſc & ibi dicit idem, quã do quis habet patrem.

Pater an poſſit conſtituere procuratorem ad emancipandum filium, & econuerſo filius an poſſit per procuratorem emancipari, vel emancipationi conſentire, vide ſub verbo procurator § procurator non poteſt conſtitui per patrem.

Pater tenetur filio dotem vxoris recipienti cõſentire, & ſua bona pro dote in euentum reſtituenda obligare tenetur ratione donationis propter nuptias ad æqualitatem dotis. Et hæc vera quando filius accepit honeſtam perſonam in vxorem, vel ſecus, non tamen poteſt cogi ad vtrumque ſimul, ſed tantum ad alterum. Et vbi poteſt cogi conſentire, & ſe obligare, tunc eo ipſo quod filio dotem recipienti conſentit, ſe, & ſua bona obligat. not. Barto. ff. ſolu. mat l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur.

Pater vſumfructum quæſitum in bonis filij, vel nepotum ex filio retinet poſt mortem ipſius filij, vel nepotis. C. de bonis, quæ libe. l. quod ſcitis. in ſi. & ibi no gl.

Pater an poſſit paciſci, & ſtipulari filio in poteſtate conſtituto, vel emancipato, vide Bart in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus, ff. de pac & de np. liber. l. quod dicitur, & in l plenius, & in l Gallus §. quidam recte. de liberis, & poſthu. vide omnino ibi. & quód ibi etiam, no Bal. & in l. cum pater §. a te de leg 2. & C. de op liber l. 1. & de ſacr. ſanc. eccleſ. Auth. ſi quas ruinas, & quando non peten. par. l. 1.

Pater an poſſit ſtipulari filio monacho, & nepotibus, qui erunt poſt mortem ſuam nati, & concepti, vide Bar. in l quod dicitur, de verbo ob in ante pe & pen. col.

Pater licet actione iniuriarum filio competenti experiri poſſit, ſecundum iura digeſtorum, vt l. ſed & ſi viuus. §. filio. ff. de iure quòd tamen intelligitur ſecũdum quoſdam, niſi illa actio competeret, ex leg Cornel. vt ibi not. gl. tamen hodie per l. 1. C de bonis mater. & l. ſi C de bonis quæ libe. pater remittere non poteſt, quia quod ex dicta lege debetur, pertinet ad filium quo ad proprietatem, & patri duntaxat quo ad vſumfr. & ita tenet dom. Anton. licet ſub dubio forte. C. de iure. in ſumma.

Pater an poſſit conficere inſtrumentum de contractu filii, & e conuerſo filius de contractu patris. Vide Bart. in l. ſi pater. ff. de falſis.

Pater an poſſit legitimare, vel adoptare filium per procuratorem, vide ſub verbo filius §. filij legitimatio, & § filium non poteſt.

Patriarcha quæ priuilegia habet. uide de priuil. c. antiq. & quod no. ibi gl. ſecundum Io. And. & quod no gl. in c 1. vt lite pen. & vide tex 99. diſt. c. 1. & 2. & 9. q 3. c. conqueſtus, de offi. ordi. c duo ſimul.

Patronus poteſt recipere ab epiſcopo eccleſiæ, in qua eſt patronus, licet ad epiſcopum non pertineat collatio, ſed inſtitutio. not. Franc. in tractatu permutationis q 32 & vide ſub uerbo beneficium, & ſub verbo gratia. §. gratia ſacta. de beneficio patronali.

Patrono inuito pt Epiſcopus reſtituere presbyterum, ad eccleſiam patronalem, qua fuerat priuatus per ſententiam a qua extiterat appellatum. no. Ro. concluſ. 329.

Patrono etiam mortuo præſentato, qui litigabat cum alio ſuper beneficio, ad quod fuerat præſentatus poteſt pro ſuo intereſſe in iudicio comparere, & petere declarari ius permutandi ad eum pertinere, & aduerſarium admouendum fore. no Ro concl. 169.

Patronatus iura vendi non poſſunt, ſicut nec cetera ſpiritualia, niſi cum vniuerſitate, nec etiam poſſunt permutari cum iure temporali, nec ſuperiori tranſigi. Sapit tamen patronatus naturam temporalitatis, quoad effectus conſecutiuos ad ius diſpenſatam eccleſiæ quæ diſpenſat, quod in laicum cadat. Hinc eſt quod tale ius non poſſit vendi videtur tamen quod poſſit donari, not Io. Andr de iud. c. quatto, quod eſt verum cum conſenſu Epiſcopi, aliud in donatione cui debet epiſcopus conſentire, vt no. Io. And. in c. illud, in fin de iure patr. & inſ. § patronus donare.

Patronatus ius an tranſeat in fiſcum, ex tali confiſcatione bonorum patroni facta per iudicem ſecularem, vide dom. Anton. qui concludit, quod not. in clement. paſtoralis, in fine de re iudic.

Patronatus ius quod non poteſt ſingulariter vendi, tranſit cum vniuerſitate ex venditione villæ, vel hæreditatis, non ex venditione omnium bonorum, quando venditor non eſt dominus villæ, vt not. Innocent. & Ioann. Andr. de iure patro. cap ex literis, capi. in eccleſia, tamen vel loco religioſo tranſit tale ius etiam tit. ſignificatum. rex. eſt eo. ti. c. vnico. lib. 6. Et tranſit etiam ſine conſenſu epiſcopi not. Ro 383. An autem vbi tacite tranſiret cum vniuerſitate ſi exprimatur tranſeat, dic quod ſic, licet Io. And. dubitauerit in d. c. 1. in nouella dom Anton. dicit contrarium, in c. ex literis, de iure pat.

Patronatus ius non tranſit in creditorem, etiam cum vniuerſitate, quando pignoratur villa, in qua eſt ius patronatus. not. gl de re iudi. c. cum Bertholdus quam dom. Anto. approbat ad finem, & no. Bar. ff. de pigno. l ſi is qui ad vſumfr.

Patronatus ius poteſt vi conſuetudinis transferri de vno ad alium. no. Ro. concluſ 404. in princ.

Patronatus ius, non probatur ex longæua poſſeſſione quadragintaannorum, nec ex maiori, quia ius patronatus certis tantum modis acquiritur, & aliud eſt eſſe patronum, aliud in poſſeſſione iure patronatus eſſe. Primum reſpicit petitoriũ,

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum poſſeſſorium, no. Io. And. ſecundum. Arehid de iure patr c vnico lib. 6. in nouella. vel in fine primę glo. Sed circa hoc apparet, quod nō poſſet ius patronatus præſcriptione acquiri, contra tex c. cura. de iure patro. Et dicit do. Ant. quòd laicus poſſet præſcriptione, & conſuetudine acquirere ius præſentandi in eccleſia, licet per illud, non acquirat totū ius patronatus, ſed partem. vt no glo per eum. de elec c. querelam, verſi. no. primo, quòd verbum eligendi. & verſ. no. 3. quod populus non poterat dic, quod ſola poſſeſſio, etiam antiqua, non ſufficit ad præſcriptionem, ſed poſſeſſio cum titulo ſic, quia ius patronatus eſt præſcriptibile, ut d. c. cura, & hoc tenet. Ioan. And. in d. capi. vnico. ſuper gl. vlt. in nouella, & in d. c. querelam. verſ. etiam ex ſola poſſeſſione ſi eſſet tanti temporis, cuius non ſit memoria, præſcriberetur ius patronatus, cap. 1. de præſcrip. lib. 6. Arehid. dicit, quod ex ſola poſſeſſione quadraginta annorum, non præſcribit laicus ius pat. vt plene diſputat 71. diſt. c. hortamur. Fre. de Senis conſ. 324 dicit, quod ſpacio quadraginta annorum non præſcribitur ſine titulo, ſed tpe, cuius cōtrarij memoria non exiſtat.

Patronatus ius, quod permittitur laicis habere, cum ſit ſpirituale, habent illud ex ſingulari gratia, & fauore eccleſiæ. no. Ro. conclu. 387. all. 397. all. 390.

Patronus ſi eſt pupillus, & ipſe præſentat vnum, tutor alium, quis præfertur. vide de ele. c. ex eo lib. 6 in gl. ſuper verbo ſuffragium. & vide Ro conclu. 40 quia in princ.

Patrona ſi dedit in dotem villā, cuius ratione habeat ius patronatus in eccleſia, in propria villa conſiſtente, poteſt maritus ad quem cum vniuerſitate villę tranſiuit ius patronatus, vel ſaltem fructus poſſeſſionis iuris patronatus ad eandem Eccleſiam natiuitatem præſentare, maxime ſi hoc dicat conſuetudo, & ſi maritus, & vxor concurrerunt in præſentādo, præfertur præſentatio ab vxore. not. Rot. concluſione 404. in principio.

Patronus laicus habet quadrimeſtre ad præſentādum, clericus ſemeſtre. tex. de iure pat c. quoniam, & eo dicitur, capit. vnico. lib. 6. & ſi duo ſunt patroni, vnus clericus, alter laicus, quilibet habet ſemeſtre. no. gl. in fi. in d. c. 1.

Patronus ſi infra tempus debitum præſentauit epiſcopo, & epiſcopus non admiſerit, & poſtea præſentatus renſiciat iuri ſibi q̄ſito per huius renunciationē poteſt idem patronus aliū præſentare, & habebit tempus integrum, quod primo habebat ad præſentandum no. Rot conclu. 299.

Patronus ſi infra quadrimeſtre a die vacationis beneficij, non præſentat, coll. deuoluitur ad epiſcopum, cuius currit ſemeſtre ad conferendum non a tempore notitiæ deuolutionis, ſed ab vltima die temporis quadrimeſtri dati patrono ad præſentandum, quod eſt verum, ſi tempore deuolutionis vacabit beneficium de iure, & de facto. Et epiſcopus erat præſens in ſua diœceſi, vel adeo prope quod veriſimiliter ſcire poteſt vacationem beneficij, & negligentiam patroni, niſi epiſcopus allegaret tantas, & tales cauſas veriſimiles ignorantiæ ſuæ, quòd transfertur onus probandi in allegātē ſcientiā, licet primo dicto videatur Innoc. reſiſtere. Not. Rot. concluſione 294.

Patronus debet infra tempus ſtatutum realiter, & cum effectu ſuperiori præſentare primo noīatum, vel ſaltē literas præſentationis ei tradere, quo ſuperiori ad quem ſpectat inſtō p̄ſententur. no. Rota concluſione 206. non antem ſufficere literas præſentationis niſi præſentandus perſonaliter quoque ſe exhibeat. ut no. glo. in cle. dudum, de ſepul. ſuper verbo præſentare. Et ratio ponitur in concluſione prædicta, in fi & ita Franc. de Zabar. poſt Pau. in d. cle. dudum. verſ at deinde. in 4. notabili.

Patronus ſi perſonam idoneam infra tempus debitum præſentauit, licet ſuperior recuſauerit præſentatum inſtituere, non poteſt patrono aliquid imputari, licet vlterius nihil agat, poteſt tamen ipſe patronus, & etiam præſentatus querelam facere coram ſuperiore illius, ad quem pertinet inſtitutio, & petere quod ei aſſignetur tempus, infra quod præſentatus inſtituatur. Et ſi infra illud tempus non inſtituit ſuperior poſſunt patronus, & præſentatus facere committi cauſam palatio, & auditor præſentato de beneficio ſibi debito prouidebit & ſecundum formam cle. auditor. pronunciabit. Not. Rot. concluſione 247.

Patroni ſi præſentant vnum, vel plures, licet longo tempore duret lis contra præſentatū, vel inter præſentatos, tamen lite pendente epiſcopus ordinabit eccleſiæ œconomium, nec interim currit tempus patrono, ſi forte ille, quem prius præſentauit, credens eum bonum, poſtea reperiatur indignus, quia propter litem pendentem fuit impeditus alium præſentare. Vbi autem lis non eſſet contra præſentatum, vel inter præſentatos, ſed inter patronos, de iure patronatus contendentes, tunc ſi lis non finiatur infra tempus ad præſentandū ſtatim epiſcopus eccleſiam ordinabit de rectore ſaluo iure vniuſcuiuſque. Not. Io. And. de offic ordin c. cum vos, in prima gl. Vide La pū in c 1. ne lite pendente. Vide omnino in §. patronus etiam laicus, & §. patronus ſi præſentat ſcienter perſonam.

Patronus non poteſt procuratorem conſtituere ad præſentandum ad certum beneficium vacans in ſpecie, & hoc verum ſi in genere poteſt conſtituere ad præſentandum ad omnia beneficia vacantia, quando habet ius patronatus in pluribus beneficiis, ſed ſi habet in vno ius tantum, non valet conſtitutio, & in genere ad præſentandum, niſi etiam eundem conſtituat procuratorem omnium negotiorum ſuorum, & habeat iuſtam cauſam conſtituendi, puta quia pp ſtudium, vel lōgam peregrinationem abſuturus ſit. no. Io. And. & Cal in c. ſi. de conceſ. præben. & vide ſub verbo procurator generalis ad lites.

Patroni præſentatio, quam epiſcopus aſſerit factam de illo, quam inſtituit infra tempus debitum, præſumitur interueniſſe, ſi patronus non contradicit not. Ro. conclu. 404. uerſi. ſed retento. quid ſi epiſcopus confert beneficium quod aſſerit in ſuis manibus reſignatum an reſſignatio per hoc probetur, uide conclu. 22. & do. Ant. in c. poſt ceſſionem. uer. quintus caſus. de probat.

Patronus ſi eſt clericus, & iu. patronatus conſequitur ius defendendi eccleſiam. Item ius præſentandi eccleſiam, & ius proceſſionis, & honorificētiæ, habet etiam ius alimentandi. Et hæc omnia excepto iure adminiſtrandi, habet etiam patronus laicus. No etiam. dom. Ant. de cauſa poſſ. c. ſi. 18. col. verſi. ex his deciditur, proprie variare, ſed accumulare. No. Io. And. in d. c. cum autem. accumulatio tamen prædicta fieri non poſſet, ſi lis ſuper præſentatione pendet, no. Lap. in c. 1. ne lite pen. quod decla. vt inf §. patronus etiam laicus. Et ſicut patronus clericus non poteſt accumulare, ita nec collegium, nec vniuerſitas etiam laicorum, ad quos, vt vniuerſos, præſentatio pertinet, & dicit text. in d. cap. cum autem, vbi collegium æquiparatur clerico. Si enim iſte tex. reſtringeretur ad collegium clericorum ſuperflue dixiſſet de collegio, cum de clerico prius dixerat.

Patronus poteſt plures ſimul præſentare, & ordinarius hēt eligere. no. Io. And. de iure patr. c. cum autem. & eſt tex. eo. ti. in cle. 2. in fine. quod intellige in patrono laico, vel etiam clerico præſentante ex patrimonio, vt no. gl. in d. c. 2. ſuper verbo permittimus, & ſuper verbo præſentare.

Patroni ſi ſint plures, poſſunt inuicem conuenire de præſentādo alternis vicibus, & ſi alter eorum moritur, relictis pluribus hæredibus, illi plures habentur loco vnius, & vnā duntaxat, uocem habent in præſentando. text. eſt in cle. 2. de iure patronatus.

Patroni ſi ſunt plures an poſſit maior pars eorum p̄ſītare, aut præſentatū eligere, alijs non vocatis, dic quod non, ſi ad eos vt ſingulos pertineat. no. Io. And. de iure patr. c. quoniam.

Patronus ſi præſentat ſcienter perſonam non idoneam, perdit ius præſentandi, quod deuoluitur ad ſuperiorem, etiamſi patronus ſit laicus, licet Inn. videatur voluiſſe contrarium no. Ro. concluſ 207. immo etiam in hoc voluit idem in laicis. in c. propoſuit, de filiis presbyteror. Sed Ho. tenet contrarium, quod laicus non priuatur iure præſentandi, dummodo infra quadrimeſtre alium putet idoneum, vt in c. cum vos. de offi. ordin licet glo ibi concordat cum Ro. Vide de ſupl. neglig. prælat. cap. 2.

Patronus ſi præſentat ſcienter indignum vt homicidam, famoſum latronem, vel aliter irregularē, deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem ex capite malitiæ, ſed non ex capite negligentiæ, quia non negligit qui præſentat. Ideo ſi ignorātet malum & indignum p̄ſentauit poteſtas præſentandi non deuoluitur ad ſuperiorem ex aliquo lapſu temporis, ſecus ſi præſentaſſet omnino incapacem, vt feminam, vel infantem, vt patet ex notatis per Inno. & Io. And. in c. cum iuris. de cōceſ præben. & facit, quòd no. Ro. conclu. 293.

Patronum faciunt dos, vel fundus, & ædificatio. Et ſicut patronus fit eccleſiam, vel cappellam de nouo ædificando, ita etiā fit ſi ab alio ædificatā, & totaliter diruptam reædificat. de iu. patr. c nobis, & c. 3. vide Io. And q p̄dicta declarat in c. nobis. ſuper verbo, ab eo. prædicta intellige, quando fiūt auctoritate epiſcopi, alias nullum ius patronus acquirit. no glo. & do. Anto. in c. 1. de iure patr. Idem no. do. Anto eod. tit. & c. nobis. Adde illud quod dicitur, dotantem eccleſiam acquirere ius patronatus, uerum eſt, quando dotat eam, vt dicit gl. 16. q c. piæ mentis.

Patronus an poſſit eligere prælatum in eccleſia conuentuali, uel presbyterum in cappella, uide de iure pat. c. nobis.

Patrono an debeantur alimenta, ſi ad paupertatem perueniat. ſup. de iure patr. c. nobis, & §. patronus ſi eſt clericus.

Patronus poſſeſſor caſtri, vel villæ, cuius ratione habet ius præſentandi, an poſſet valide præſentare, licet antea nunquam præſentauerit, vide ſub verbo poſſeſſor §. poſſeſſor caſtri.

Patronus putatiuus ſi eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, tempore præſentationis valet præſentatio, vt no do Ant. de iure patr. c. conſultationibus in 5 & 6. notabili, nec poteſt remoueri, licet præſentans nullum ius haberet, & a vero patrono euictus ſit. Sed debet præſentatus verum patronũ recognoſcere ſecundum gl vt no. do. Ant. de elec c querelam, vltima colum. vel debet patronus verus poſtquam obtinuit eum præſentare. No. do. Ant in d c conſultationibus. de iu. pa. & tex. ibi notabili prædicta intellige, quando patronus putatiuus fidei bonæ erat poſſeſſor, vt no. glo. & Doc in c. conſultationibus, de iure pat. prædicta vera in præſentatione ante litem motam ſuper iure patronatus, Sed præſentatio facta poſt litem motam dependet a futuro euentu litis. Et interim non debet præſentatus inſtitui, no. do. Ant. de iure patr. c. ex literis, vlt. col Sed Rota dicit, quod poſt litem commotam ſuper iure vel quaſi poſſeſſione iure patronatus, nullus poteſt præſentare, vt no. Ro concluſ. 137.

Patronus ẽt laicus lite pendente inter plures præſentantes per diuerſos prætendentes ſe patronos, non poteſt alium accumulare, nec loco mortui alium præſentare. not Lap. abb. in §. 1. vt lite pend & Lap. de Caſtello allegat 26. & Io. in capit. 2. vt lite pend ſed Ioann. And in d. c. e contrario ſenſu, quod poſſit cumulare inf. quadrimeſtre, & hoc patet per P. More. in d cap. 1. & dicit Bald. ita conſuluiſſe Fateor tamen, quòd licet penden. lite poſſit patronus alium accumulare, tamen non poſſit loco mortui præſentare per dictum c 1. vt li. penden nec præmiſsis obſtantibus, ſi dicam quod immo, & loco mortui debet patronus laicus poſſe alium præſentare, per ea quæ not in cap 2 de præben. lib. 6. in gl. ſuper verbo collatio. quia ibi loquitur de præiudicio peremptiuo, per quod auſertur primo poteſtas præſentandi, quod non præſumitur papã voluiſſe facere patrono laico, ne alios laicos aberreret a fundatione eccleſiarum iuxt. not in c. cum dilectus, de iure patr. ſed in c. 1. & 2. vt lite penden lib. 6. loquitur de præiudicio dilatiuo, quod non tantum ponderatur, vt no. dom Antou. in clement. 1. de re iudic. & vide omnino, ſupra §. prouiſi præſentant.

Patronus an poſſit donare priuato ius patronatus eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi, vt no Io And in c. illud, de iure patro. Et primo caſu patronus donans perdit ius patronatus, non ipſo iure, ſed per ſententiam, vt no Cal. in cap quia clericus. de iu. patro. Et idem tenet Fran. de Zabar. §. patro iura.

Patronatus ius libertorum, fortius eſt, quam ius patronatus eccleſiarum, & in multis differt vnum ius patronatus ab altero iure patronatus, vt no. Io. And. in cle 2 ſuper verbo libere. de iure patr.

Patronatus ius eccleſiarum licet non poſſit ſingulariter legari, nec in illo aliquis in re certa hæres inſtitui. vt not. Io. And. in c. cum ſecundum. de iure patro. tamen ad hæredes vniuerſales tranſit, & poſſunt illud inter ſe diuidere, ita quòd vnus ſolus habeat ius patronatus in vna Eccleſia, alter in alia, vt not. Io. And. in c. 1 de iure patr & in c. 2. eo tit in gl. ſuper verbo libere, & per promiſſa videtur, ꝙ ſicut hæredes in diuiſione pñt ius patronatus, vni ſoli ex eis aſſignare, ita etiam teſtator poſſit diuidendo bona ſua vni ſoli, ex eis ius patronatus aſſignare. ff. de aſſi. li. & de iure patr. c. ex in ſum. actio.

Patroni ſi ſunt plures, & variant in præſentando, valet præſentatio facta a maiori parte omnium. Not. Io. And. in c. quoniã in princip ſuper verbo plurimorum, quod declaratur, vt no. Franc. de Zabar. in cle 2. de iure patro tamen præſentatum a maiori parte epiſcopus repræſentat, ſecundum Inn ſed Ho. contra ut not Io. And. in dicto cap. quoniam, ſuper tex. ad fi.

Patroni ſi ſunt duo, poteſt vnus alium præſentare, vt not Ioan. Andr. in c quoniam, ſuper verbo plurimorum, de iure patr.

Patronus laicus, ſi vnum præſentat, licet aliũ accumulare poſſit, tamen primo præſentato ius acquiritur ex præſentatione, per quod poteſt ab ordinario petere ſe inſtitui no. Io. Andr. in capit. cum Bertoldus. ſuper tertia glo. de re iudic. quod eſt verum, ſi petit antequam accumulatus inſtituatur, poſtea autem petere non poteſt, ſed poteſt agere de iniuria contra ordinarium, qui eum petentem inſtitutionem ante præſentationem ſecundi repulit, & non inſtituit, vt in c. paſtoralis, de iure patron. vt no Io And. ibi. & in d. cap. cum Bertoldus. Nam licet patronus laicus poſſit variare accumulando, non tamen a primo recedendo, vt not. Ioan And in regula, in re communi, in Mercurialibus ad finem, quæſtionis. vide ſup. §. patronus clericus.

Patrono ignoranti non præiudicat ſententia lata per patronum ſuper iure patronatus, non præiudicat præſentato, vt no. glo. 3 q 6. hoc quippe vide do. Anto. in c. quamuis, de re iudic. 3. charta ueri. 20. caſus.

Patronus in fundatione eccleſiæ, uel beneficij donatione poteſt apponere pacta quæcunque uult de iure patronatus, c. præterea, & c nobis, & no Io. And. de elec. c. generali. lib 6 in uerbo, facta donatione, quod intellige interueniẽte auctoritate epiſcopi, ut no Io And. de præben c. de monach. & dum modo pacta non ſint nimis oneroſa, ita quòd propter magnum onus non cenſeantur illicita, uel ſecus 36. q. 11. c ſi quis uirginem. Item intellige de pactis in continenti poſt fundationem appoſitis, ſecus ſi ex interuallo. 18 q 2. c Eleutherius. de quodic, ut ſup. 16 q 2 c. ſane, in gl. ſi quæras, & eſt glo. in c. cũ dilectus. de conſuetud.

Patronus qui ultimo reperitur in poſſeſſione præſentandi, debet in illa manuteneri, non obſtante quòd alius fuerit ante poſſeſſor niſi ille alius doceat ſibi ius patronatus competere, ut not. Fre de Senis conſi. 234.

Patronus ex una præſentatione acquirit poſſeſſionem iuris pſentandi, & qui ſemel fuerit in iure præſentandi, acquirit poſſeſſionem iuris præſentandi, & qui ſemel fuerit in iure præſentandi præſumitur etiam de præſenti eſſe in poſſeſſione, niſi intentio alterius ſit fundata de iure communi, ut ſi eſſet contentio inter epiſcopum, dicentem ad ipſum ſpectare collationem, & patronum dicentem ad ipſum ſpectare præſentationem, quia tunc præſumitur pro Epiſcopo, quod ſit in poſſeſſione cõferendi, ut no. Fred. de Senis conſi. 234. uer. ad id, quod quæritur. uſque in fi.

Patronatus ius ſiue poſſeſſio iuris præſentandi an poſſit eſſe penes parochianos, dicit Inno quód nõ de reſti. in integ. c. 2 uide Archi. qui hoc plene diſpu 42 q 7 hortamur Fred. de Senis conſ. prædicto, & de elect. c. querelam, vide ſup. §. patronatus ius non approbatur.

Patronatus ius an ſit reale, vel perſonale. vide do. Ant. in c. quanto, in fi de iudi. vbi etiam tractat, an ſit ſpirituale, de quo etiã tractat ſuper rubr. eo. tit.

Peccatum mortale poteſt ſine veniali dimitti, ſed non e conuerſo in procemio ſexti, in gl. fi. in fi. & vide ſub verbo presbyter.

Peccata non ſolum venialia, ſed etiam mortalia purgantur ex perceptione ſacramentorum in bene diſpoſito, vt no. dom. Ant. de cohab cle veſtra. ver. no quod ſacramenta.

Peccata fidelium purgantur ex adminiſtratione ſacramentorũ, & celebratione diuinorum, quam ſacerdos facit. Et hoc verum in quãtum ſint capaces, & quia nunc ſunt ĩ mortali cõſtituti, & nondum contriti ſatiſdent purgari, eo quia omnibus, & ſacramentis credendum eſt pie, vt diſponatur facilius ad peccata relaxandum Et hoc pro uiuis, & pro mortuis. Sed conſtitutis in mortali nihil proficiunt ſacramẽta, immo magis nocent, quo ad ipſos autem celebrantes, ſi ſunt in mortalibus conſtituti, nec pæniteant, celebrando non mundantur a peccatis, immo magis grantur. Si vero contritiones habuerint, & firmum habeant propoſitum immutandi vitam, & amplius non peccandi celebrare poſſunt, ſi confeſſi fuerint, & abſolutionẽ petierint, licet pęnitentiam nõ egeſint, dum tamen intendunt pænitentiam peragere. Sed ante confeſſionem & abſolutionem celebrando peccant, tunc in neceſſitate tantum celebrare poterunt, & proficiet ei miniſterium ad purgandum pœnam peccatorum ſuorum, vt no. do. Ant. de cohab. cle c. veſtra in 40. oppoſitione.

Peccat presbyter, qui cotidie non celebrat, niſi celebrando ceſſet, quia ſe indignum reputat, & peccat mortaliter ſi ex negligentia non celebrat ſciens quod ſacramenta purgant peccata, non ſolum viuis, ſed etiam mortuis animis. Sed ſi deſiſtit ex quadam leuitate, venialiter peccat. No do Ant. de cohabit. cler. c. veſtra ver no. quod ſacramenta Sed idem in eo. c. ver. quarta opinio. dicit, quod ſi ex humilitate deſiſtit, quia ſcit ſe indignum, vel quia reputat, ſe ſcrupoloſitate peccati inuolutum, cum tamen non perſiſtere, ſed exire poſſet, hic peccata aggrauat, qui non ex pigritia quadam, vel leuitate deſiſtet, mortaliter peccat, ſi ad hoc obligatur ex ſubſcriptione beneficij.

Peccat mortaliter qui venit contra legem, quòd eſt verum in legibus præceptoris, vt not. Ioan. in capit. 2. de ma. & obe. quæ autem dicatur lex percepti. vide ſub verbo lex. §. lex. quando loquitur.

Pecunia ſi debetur ex contractu, & poſtea determinatur impedire, vel aliter mutari eius bonitas intrinſeca, etiam ante moram debitor tenetur debitori ſoluere de antiqua moneta, vel de noua ſecũdum æſtimationem antiquæ, ita intelligitur de cenſib c. olim, & c cum canonicus Idem ſi pecunia deberetur ex teſtamento, vt no. Io. An in addit. Spec. in tit. de ſolu. in §. nunc dicunt quidã, in fi & Oldr. in conſilt. 31. licet contrariũ faciat, ff. de au. & ar le. l cũ certũ, ſed non contradicit, vt patet



Digitized by Google

ex no.per Bar in l 2.in fi eo tit.quando autem pecunia debetur ex lege, vel ſtatuto ſuperioris, ſufficit quod fiat ſolutio,de maledic.c 2. Et ita dicit Speculator. in tit.de in rem actio.aliter de iniur. Et quod vtrobique not.per gl. & hoc etiam dicit Specul.in titu de ſolu.in §.nunc aliqua.in fin.vbi omnino videas,& do Ant.in c.4.vel quinto.de iureiu. & Zen.& Matth. in cle 2.de decimis,& Bal in l illud.in fi. C.de ſacroſan.eccle. licet ibi dicat,inſpici tempus obligationis,ſed melius Bart.& Bal.in l.fi.in prin.C.com.de legat. & aliquid tangunt in l.acceptam.C.de vſuris. & quod dictum eſt de pecunia debita ex lege,vel ſtatuto ſuperioris,idem eſt ſi debeatur ex mandato, vel præcepto eius, quia tunc non inſpicitur tempus dati mādati ſui reſcripti,ſed tempus fiendę ſolutionis,vt probatur in cle.2.de deci in textu,& gl.1.& gl.2. ſuper verbo currentem & ita tenet do.Ant.in d.c quanto,de iureiuran. licet Oldra. in hoc dicat contrarium,& in ale conſi.ſuo 247.ſed in conſtitut 8 approbat Paulus ff.de ſolut. & in l. cum quid.ff ſi cert. pet.& Cy.in l in minore C.in.qui cau. in inte.reſtit. non eſt, No.Io.And in addit.Spec in d §.nunc aliqua.in fi. recitat allegationem Oldr.quam facit in conſtitutione 247.ſed nō exprimit an pecunia debeatur ex contractu,vel præcepto ſuperioris Vnde intelligitur, Io.Andr.loqui de pecunia quæ erat debita ex contractu,ne contradicat ei, quod dicit in dicta cle. 2.de deci.ſuper verbo currentem,vbi concludit, quòd ſi pecunia debetur ex reſcripto, & non reſpicitur currentia temporis datæ,ſed temporis ſolutionis fiendæ Ideo ſufficit de illa ſoluere, quæ tempore ſolutionis currit, & ibi tenet Pet. & An. quando pecunia debetur ex reſcripto, ſed ſi debetur ex lege naturali,ſeu generali,vel ſtatuto,tunc limitat dictum Specul. vt procedat, quando pecunia mutatur antequam ad pœnam relicti,vel ad ſalarium debitum officiali eſſet obligatio contracta.Secus ſi poſt obligationem ortam pecunia mutaretur, quo caſu dicit inſpici valorem pecuniæ, quæ currebat tempore obligationis. Sed Bald. dicit contrarium in d.l. fin. C.communia de leg.vide Ioan And in additione. Specu.ſuper Rubrica,de conceſ præben.vlt.colum. & Oldr.conſil.166.

Pœna excommunicationis eſt maior pœna,quæ ſit in eccleſia Dei,no.Ro conclu 36.

Pœna exilii nō habet,locū de iure canonico,no.do.Ant. de iud. c cū non ab homine ver no at.§. contrarium vero. ex verſi. vltimo dicit Io.

Pœna flagelli an,& per quem poſſit clerico imponi, vide 45.di. in ſumma. ver.q 1.de raptor.c.in archiepiſcopatu,de ſen.excomm c vniuerſitatis,& eo. tit. cap. ſi clericus.lib 6 & quot ictus debent dari illis,qui flagellantur,vide gl.35. di.cap.fi.& quæ verba habeat dicere ictus inferens, vide quæſtione 3.§. porro.

Pœna eſt auferre non ſolum Ius in re,ſed etiam ad rem. No.Io. And.de elec c.fi.lib.6 ſuper a gl.in nouella. Contrarium vero not.ipſe de iure.c.odioſā.lib 6 in Mercurial.ad fi.

Pœna quæ imponitur ex nō facto,ſiue ex facto negatiue, quod idem eſt,non committitur,niſi procedat monitio.not.Inno. de præb.c extirpandæ,quòd limitat.Innoc. & do.And.& per eundem,de ele.c.cum in cunctis,& per Io.And. de elec.cap. licet canon.li.6.

Pœna decretalis auaritiæ,de elec.lib.6 non habet locum, quando procedit confirmatio, licet inualida propter citationem omiſſam,quidquid dixerit Io.An de elec.c.fi.eod.libro. Ratio eſt, quia verba decretalis auaritiæ non comprehēdūt illū caſum;ergo ex mente eiuſdem capituli, quæ ex uerbis ſpecificantib non comprehenditur, non licet arguere in materia pœnali,vt no.do.Ant.in cle.1.de reſcriptis. Item fatuus eſt, quia nec fuit de mente generali.c auaritiæ.illum caſum comprehendere, quia tempore illius capituli non erat neceſſaria citatio in confirmatione,vt no. Compoſtel. eo.tit.ver. quod ſicut,& Io.Andr in d.c.fi ſed illa ſolennitas citationis poſtea inducta fuit per Nicolaum Tertium, qui fuit diu poſt Gregorium conditorem dicti c auaritiæ, vt patet ex procemio ſexti. Nō ergo poteſt dici de mente Gregorij fuiſſe id, quod non fuit ſuo tempore cogitatum,immo ſuo tempore fuit cogitatum,quod valeret confirmatio ſine citatione. Et dicendum eſt,quod Archid.& Io.An licet non aduertunt. Dicta ergo decret.ſi hoc operatur,quòd confirmatio ſine citatione eſt validā,ſed tamen non operatur, quod adminiſtrator incidat in pœnam,quia Hoſt.id non dicit,nec decretalis auaritiæ hoc vult,vt ex expreſſis patet.

Pœnam incendiarij vide extra de reſcript.capit.in literis, & de ſent.excomm.c tua nos. & ff de pœn. l.capitalium § incendiarij & de incen ruina naufrag.l.eum qui ædes.& plene per Cy.in l.data C.qui accu non poſ.

Pœnæ punibiles ſunt arbitratoriæ.no.do.Ant.de iudi.c.at ſi cle rici § de adul.ver.conclude.

Pœnas varias delictorum vide plene in glo.de offi.ordin.capit. ad reprimendum.

Pœna falſi an puniatur,qui falſum inſtrumentum produxit,vide ſub verbo falſum in prin.

Pœna ſacrilegij,quæ ſit vide.do.Ant. in ſummario ſub rubrica, de immunitate eccleſiæ, etiam vide ſub verbo delictum.§. delictum ſacrilegij.

Pœna in lege, vel ſtatuto appoſita in vno caſu, an intelligatur repetita in additione facta legi, vel ſtatuto in alio caſu, uide ſub verbo lex,& conſtitutio pœnalis ſi aliquid.

Pœna adiecta per dinumerationem temporis annua, vel menſtrua præſumitur in l.cum ſtipulanti. ff.de verb oblig. & Archid.12.q.2.c cum deuotiſſimam.

Pœnam excuſat difficultas, vt ſi quis promiſit, curare quod Titius accipiat Bettam in vxorem ſub certa pœna, & omnē diligentiam fecit, vt inuicem matrimonium contraherent, ſed vterque, vel alter noluit conſentire, excuſatur a pœna propter hāc difficultatem. No.do.Ant.in c.Gemma.de ſpō. & Fre.de Senis conſ ...... & quod licet iuſtum impedimentū excuſet a pœna, tamen ſi quis non fecit id, quod facere debuit,non excuſetur, vt eſt caſus in c. ſignificante de pignor. vide omnino quod no.glo.in cap. imputari de reg.iur.lib 6. & quòd no.Ioan.And.in c.quamquam de vſuris. libro 6.ſub verbo mandat.in nouella.

Pene hoc verbum ſumitur pro quaſi,& notat quandam miſturam improprietatis.No do.Ant.de cohab cler. c. veſtra.ver. venio ad ceterum.

Pende quid hoc verbum importet,vide Bart. in extrauaganti ad reprimendam,ſuper verbo perinde.

Peiurus non repellitur ratione periurii ab agendo in iudicio, niſi in quantum iuramentum ſpecifice repugnet materię,de qua agit no.do.Ant.de iudi cap.intelleximus. in fi & in ver. item credo Vide quod idem no do.Ant.de exceptio. c.dilecti.ver quæro an exceptio &c.

Periurus eſt infamis,& a teſtimono repellitur,vt not.de teſti.c. teſtimonium. in textu, & gl in verbo periurii, de qua vide Archid 6 q.1.c.quæro in fin & Bal.in l.Lucius ff.de his qui no infa.Item etiam ratione iuramenti de futuro. Sed periurus ratione iuramenti de præterito non eſt infamis, vt not. Bar in l.Lucius Titius ff.de his qui no infa Item etiam ratione iuramenti de futuro, tunc demum periurus eſt infamis, quando iurauit ei,cum quo contraxit, ſecus ſi iurauit ſibi ſoli,vel deo tantum, ut not.Bart.in d l.Lucius. Et idem eſt in iuramento de præſenti,vt de præterito,quod no glo 6.q.1.c. quicunque. Dicit tamen ibi Archidiac. quod tunc demum iuramentum de futuro infamat,quando habet rei obſeruantiam,quia conſiſtit in dando,vel faciendo.Vide dom.Ant.in d.c.teſtimonium,qui diſtinguit aliter.

Periurus an ſit incapax beneficij eccleſiaſtici, ita quod collatio ſcilicet,vel electio de eo facta ſit ipſo iure nulla,vide Bal. Cal. in cap.querelam.de iureiurando.& ex illo tex.patet,in ratione ſui,quod periurus debet beneficiis ſuis priuari Bald. dicit ibi,quod non valet electio,ſed collatio ſic.de electione videtur caſus in cap.cum in poſitionibus de iureiuran.6.lib. Fre. de Senis tenet idem,quod do.Ant.in c.accedens, de accu in 3.notabili per illum tex.

Periurus fidei errans in illo, quod vergit in alterius præiudicium,ſolum deum habet vltorem.not.glo.6 quæſt 1.cap.1. & de re.cre. l.2. & ibi not. per Cyn & Bald.& per Butri. in l. ſi cum patruo.C.cō utri.iudic. Vbi autem vergit in alterius præiudicium, diuerſimode punitur ſecundum varietatem caſuum,de quibus loquitur. Cyn.& Bald melius.in dicta l.2. de re cre.

Permutatio beneficiorum dicitur fauorabilis,non odioſa,ideo in ea non debet fieri ſtricta interpretatio not.Fre.in tractatu permut.q.18.Et vide ſub verbo beneficium.

Permutatio beneficiorum etiam cum auctoritate ſuperioris facta non valet, etiamſi tantum tractatus de permutando præceſſiſſet,ſecundum Hoſt.Ioan.And.de re permutat.cap. quæſitum,contrarium no idem ſe.Gofred.eo.tit.capit.cum vniuerſorum.ubi dicit, tractatum de permutando poſſe interpartes interuenire, ſed contractus per eos fieri nō poteſt, cum totum a ſuperiore dependeat.

Permutare volentes, licet conuenerunt, & promiſerunt inuicem beneficium permutare, ſiue operam date cum ſuperioo, quod permutatio fiat, ſi poſtea alterum eorum pœniteat,non poſſe alius eum compellere,ſi vident permutationem beneficij vtilem, vt not. Freder.de Senis in tracta permutationum, quæſtione 38. vide infra §. permutatio beneficiorum.

Permu-

Digitized by Google

Permutans eccleſiam debitis grauatam poteſt paciſci cum alio permutante, ſolummodo quo ad illa debita, & grauamina, quia & ſine peccato ad hoc teneretur. Melius eſt tamen, qd a talibus pactis, ſe abſtineat, ne fraus committatur. not. Fre. de Senis. in tract. prædicto. q. 29.

Permutatio beneficiorum etiam ſi ſit vtilis eccleſiæ, non poteſt fieri per epiſcopum inuitis illis, quorum intereſt, no Fre. in tract. prædicto q. 24. vide plenius ibid. q. 30. & inf. §. proximo ſeq. & §. permutare volentes.

Permutare beneficium non compellitur quis inuitus, niſi neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ hoc expoſcat, quo caſu poſſit quis inuitus transferri. licet non præciſe, ſed per ſubtractionem, & priuationem. not. Fre. in tractatu prædicto, q. 29. ſed Lapus dicit ibi in addit. quod prædicta non habent locum in epiſcopis, & religioſis, qui nolint, transferri poſſint. Et vide in curatis, qui curati ſunt aſtricti iuri publico propter curam. Et non in curatis, vide inf. §. proximo ſeq.

Permutatio prælatorum, & eccleſiarum collegiatarũ, licet poſſet fieri per papam, collegijs inuitis, tamen non poteſt fieri per Epiſcopum, abſque conſenſu collegij, vbi epiſcopus ex conſuetudine, vel priuilegio, habet ordinationem liberam ipſarum eccleſiarum. Et idem in legato de latere, quod in epiſcopo, no. Fred. in tract. permut q. 20. quod ſine conſenſu collegiorum non poſſint dictam permutationem facere. Epiſcopus etiam non interueniente conſenſu collegij ſi ipſam permutationem facit, valet propter neceſſitatem, & utilitatem eccleſiarum. Et idem ſi illi de collegio, vocati per epiſcopum, non comparent, vel ſi comparent nullam iuſtam cauſam ſuæ condemnationis allegant, & vtilitas eccleſiæ expoſcit permutationem fieri, valet. In eccleſiis autem non collegiatis poteſt legatus permutationem facere, etiam ſine conſenſu illorum, quorum intereſt, niſi eſſent patroni laici, contra quos plus non poteſt, quam diœceſanus, ſi tamen nõ cõtradicant, valet permutatio. Et vide quòd not. per eundem Lap. in dicto tractat. q. 30.

Permutatio facta per ordinarium de beneficio ſpectante ad pſentationẽ patroni, eo contempto, & non vocato, non eſt nulla, ſed annullanda, ſi patronus contẽptum ſuum proſequatur infra tempus quo debuit præſentare, ſed ſi præſens fuit permutationi, & contradixerit, vel non conſenſerit, tũc eſt nulla, ſi iuſtam cauſam contradictionis adduxit, alias ſecus. No. Ro. concluſ. 238. Fre. autem dicit, quòd permutatio beneficiorum, in quibus laicus habet ius patronatus, non poteſt fieri per epiſcopum, nec per legatum contradicẽtem patrono, ſed ſi expreſſe non contradicit, non valet. Si autem patronus eſt laicus clericus, tunc poteſt legatus permutare, etiam ſine conſenſu patroni, ſecundum Fre. & Lap. in additionibus. q. 19 & 30.

Permutatio beneficiorum non poteſt fieri ſine conſenſu eorũ ad quos electio, vel præſentatio pertinet, & ſufficit tacitus conſenſus, vel expreſſus, ſecus in permutatione cauſæ proprietatis perpetuæ ipſorum beneficiorum, vt ſi vna eccleſia vellet vnum beneficium cum alia eccleſia permutare, quia tunc requiritur conſenſus expreſſus, nec ſufficit tacitus ſecundum Lap. in additione, in d. q. 30. ſufficit tamen conſenſus maioris partis, quando permutatio fit pro neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ. Si autem ſit voluntaria, debent omnes conſentire, vt patet in additione in d. q. 3. & not Fre q. 20. & quod dictum eſt de conſenſu maioris partis, habet locum ẽt ſi pertineat ad plures, vt ſingulos, puta patronos, vt not. Fre. in eodem tractat q. 21. Et vide inf. §. permutatio nõ poteſt fieri ſine auctoritate.

Permutatio beneficiorum ſi fuit nulla, poſſunt permutantes ad priora beneficia redire, non obſtante reſignationis cauſa facta. Debent tamen hoc facere ſecundum quoſdam, cũ auctoritate ordinarii, & non aliter, no. Ro. conclu. 332. & conclu. 349. Io. And. ſimiliter dicit, quod cum auctoritate, & nõ aliter, propterea poſſunt, ſi non fuerunt in culpa, cuius opinio eſt æquior, vt no. Fre. in trac. permu. q 8. Idem aũt Fre. diſtinguit, quòd ſi permutatio fuit nulla ex parte vtriuſq; poſſunt permutantes redire propria auctoritate ad priora beneficia, ſi ſimpliciter ignorauerunt permutationem non valere, vt ipſe in d. q 3. Item ſi fuit nulla ex parte vnius tantũ, cui euictum beneficium permutatur, & euictus erat in facto probabiliter, vt no. per eum, q 9. Idem ſi permutans non eſt euictus, tamen ille, qui ſecum permutauit, nõ habuerit, quia forte Simoniacus erat, vel alias non habuit titulum, vt not. per eundem q 9.

Permutari poteſt beneficium cum pluribus, quando illa plura poſſunt ſimul ſine diſpenſatione teneri, ſecus no. dom. Anton. de except. cap. cum venerabilis. ſecunda colum. ver. no. quod vna.

Permutans vnum beneficium pro duobus altero euicto, ſi vult euictum dimittere, poteſt ad primum beneficium ſuum regreſſum habere auctoritate ſuperioris, not. Rot. concluſione 60.

Permutans vnum ex beneficijs duobus ſimplicibus, quæ obtinent cum curato, non intelligitur diſpenſatum, vt vtrumq; ſit curatum, & aliud ſimplex, quòd nõ permutatur retineat. no. Fre q. 18. tractatus ſupradicti.

Permutans vnum beneficiatum curatum ex duobus, quæ canonice obtinet cum alio curato nõ ſolum perdit, quod permutat, ſed etiam alterum, quod primus habebat, quia per adeptionem tertii curati prima duo vacant, niſi diſpenſatio intercedat, ſecundum Fre. in tract. permut. q. 12. ſed ſecũdum Lap. ibidem in additione non valet collatio, quæ fit de tertio beneficio, quia habenti duo curata non poteſt tertium curatum conferri, ſi præſens non renunciat primis duobus, quæ ex diſpenſatione detinet. Dictum Lapi eſt verum, quando diſpenſatio ſit plenior, puta quia in ea dicitur, quod poſſit illa duo, vel eorum alterum dimittere, & illa ſimilia recipere, vel retinere, ſicut moderno tempore fit cõiter. An aũt diſpenſatio contra prædicta fieri poſſit per inferiorem a papa, vide Fre in d. q. 12.

Permutatio beneficiorum, ſiue ſit facta auctoritate ordinaria, ſiue papæ, vel eius legati, non eſt neceſſe, quòd permutatus faciant mentionem de alijs beneficijs, quæ obtinentur. No. Fre. in trac permu q. 18.

Permutatio facta per papam, vel ex eius ſpeciali commiſſione, vel conceſſione de beneficijs reſeruatis non facta mentione de reſeruatione non valet reſeruatio, etiam ſi erat ſpecialis, & ſecreta, de certis beneficijs, ſecus ſi erat generalis. No. Fre. in tractatu permut. q 4. licet autem non valeat permutatio valet tamen renunciatio ex cauſa permutationis facta. Ideo vt papa certificatus de ſpeciali reſeruatione debet, vel permutationẽ perficere, vel a permutationibus regreſſum dare, ad priora ſua beneficia, vt no. in trac. prædicto. q. 2.

Permutatio beneficiorum nõ poteſt fieri ſine auctoritate diœceſani, etiam ſi ad eum non pertineat collatio, nec confirmatio ipſorum beneficiorum, quantumcunque interueniat auctoritas illorum, ad quos pertineat omnimoda prouiſio beneficiorum. No. Fred. in tract prædict. q. 22. niſi talem auctoritatem illi ad quos prouiſio pertinet præſcripſiſſent. vt not. in eadem q 23. & ſicut permutatio debet fieri in manib. diœceſani, ita & renunciatio, quæ permutationẽ præcedit, licet ad alium pertineat. cle. collatio. & permutationis, ut no. per eundem q 22.

Permutationi beneficiorum non poteſt epiſcopus Vicarius auctoritatem præſtare, ſed Capitulum vacante ſede ſic, niſi beneficia ad collationem epiſcopi ſine Capitulo pertinerent, ſecundum Fre. in trac. permu. 20. q. Sed ibi in addit. quadam dicitur, quod Capitulum, & Vicarius indifferenter poſſunt, quia talis auctoritas dependet a iuriſdictione epiſcopali, ut no gl. in cle 1. de re permut. in qua iuriſdictione Capitulum ſuccedit, & vicarius etiam, quo ad iuriſdictionẽ habet idem tribunal cum epiſcopo, nec ſequitur non poteſt conferre, ergo nec permutationibus auctorizare, quia collatio ſapit naturam donationis, & liberalitatis, vt no. de præben. c. relatum. permutatio non, quia de neceſſitate debet permutationibus conferri, & ſi alias fit collatio non valet, ut patet in clemen. prædicta.

Permutatio beneficiorum poteſt fieri ex interuallo, vt ſi beneficia permutanda ſint in diœceſibus conferenda vni, & permutationibus præcedente reſignatione. Et deinde alius epiſcopus, aliud beneficiũ, ſiue diœceſanus alteri compmutanti ſimul conferre poterit reſignatione præcedente, poſſet etiam tunc permutatio ſimul, & eodem tempore fieri, ſi ambo Epiſcopi ſimul eſſent, vel vnus alteri committeret vices ſuas, no. Fre. in trac. permu. q. 6.

Permutatio beneficiorum quando fit, neceſſe eſt hinc inde interueniat noua collatio, no. Fre in trac. permu. q. 6. & in fine, Si tamen epiſcopus permutantibus conſentiat, contuliſſe videtur, in tract. q. 27.

Permutatio non redditur nulla ex eo ſolo, quòd appareat inæqualitas in beneficiis permutatis ſiue ratione reddituum, ſiue ratione oneris, quia ex hoc non probatur fraus. not Fred. quæſt. 40.

Permutatio non eſt, ſi renũcio beneficio, nec vt tu habeas illud & tuum detur nepoti meo, no. Fre. q. vlt.

Permutans beneficium ſi agit ad beneficium permutatum nõ tenetur probare titulum eius, cum quo permutauit, ſed ſufficit probare eum poſſediſſe beneficium, quod pro tali reputabatur. no. Rot. conclu. 106.

Permutare volentes beneficia ſua non poſſunt impedire habẽtes facultatem obtenſam ex conſuetudine. not. Fre. q. 20 licet La. ibi aliter in addit. diſtinguat.

Permutari poſſunt beneficia commendata inuicem, & etiam cum aliis non commendatis, ſed libere conceſſis. not. Fre. quæſt. 3.

Permutari poſſunt beneficia manualia, licet ab initio ſint reuocabilia, quia beneficia ſunt, & pñt perpetuo reuocari, not. Fre q. 16. tamen ex tali permutatione, etiam auctoritate Apoſtolica facta, non deſinunt eſſe reuocabilia, ut not. idem Fre q. 17.

Permutari poteſt beneficium curatum cum non curato. Item vicarii perpetui parochialium eccleſiarum poſſunt ſuas vicarias permutare, quia talis vicaria eſt titulus canonicus, & perpetuus. No. Lap. in addit. dicti trac. q. 9.

Permutari poteſt beneficium cum hoſpitali, vel præſtimonio, quando illud hoſpitale, vel præſtimonium conceditur clericis in beneficium, ſecus ſi laicis concedatur, ſecundum Io. And. Sed Fre. dicit idem, etiam quando conceditur laico, vel etiam clerico, licet non in beneficium, vt not. in trac. prædicto, q. 9. Lap. autem ibi in addit. tenet contra Io. And dicens, quod de beneficio ad beneficium eſt prohibita permutatio, dicit tamen ibi Fre. finaliter, quòd licet hoſpitale, quod non confertur in titulum beneficii, non poſſit cum alio beneficio eccleſiaſtico permutari, poteſt tamen cum alio hoſpitali facta per renunciationē in manibus ſuperioris, qui commuttet vnum vni, & alterum alteri.

Permutare non poteſt habens ius ad beneficium, cum habente ius in beneficio, nec etiam duo habentes ius ad rem poſſunt dicta ſua iura ad inuicem permutare, ſe. Fre. q 13. dicit tamen. Lap ibidem in addit. quod ſi aliqui ſunt canonici auctor. apoſtolica vltra numerum, & expectant præbendas vacaturas, poſſunt inuicem permutare. ſe. Fre. q. 13. dicit tamē La. ibidem canonicatum inter ſe, & alios, ad alia beneficia cū auctor. diœceſ. pmutari, ſecus ſi expectarēt canonicatus, & pbēda, quia canonicatus ſub expectatione præbendæ permutari non poteſt, quando eſt canonicus vltra numerum, vt no. Ro. in conclu. 426.

Permutari non poſſunt beneficia, vbi non eſt numerus certus canonicorum, nec diſtinctio præbendarum, quia talia beneficia vacare non poſſunt, & in permutatione debet vacatio interuenire no. Fre. q. 33.

Permutatio fieri non poteſt de beneficiis, quando certus numerus canonicorum, puta bigenarius eſt reſtrictus ad 12. & ordinatum eſt, quod in locum cedentis, vel decedentis, nullus ſubſtituatur, donec ſit redactum ad numerum 12. tūc enim ſi duo de numero bigenario vellent permutare, non poſſent quia beneficia non poſſunt vacare, donec numerus ad 12. ſit redactus. no. Fre. q. 34. ſi tamen illi qui ordinationem, & ſtatutum fecerunt, permutarent, valet ſe. Io. And. ſed Fre. contra licet Lap. aliter diſtinguat. in addit. in dicto trac. q. 39.

Permutare non poſſunt rectores Eccleſiarū, quæ ſunt de menſa monaſterii, maxime ſine conſenſu ipſius monaſterij. not. Fre q. 33.

Permutari ſicut nō poſſunt canonicæ ſine auctoritate ſuperioris, nec præbendæ, nec domus aſſignatæ ratione præbendæ etiam in eadem eccleſia, ſecundum Io. And. & Lap. licet Archid contra, vt no. La. in fi dicti tract. in addit. Rota autem dicit, ꝙ canonici poſſunt ſine auctoritate ſuperioris pmutare præbendas ſuas, quas habent, non diſtinctas ab earum fundatione, ſed ex diuiſione bonorum per Capitulum facta, tēporaliter aſſignatas, no. Ro. conclu. 441. col. 4.

Permutatio de neceſſitate requirit permutantem eſſe dominum rei permutatæ, vel pro domino haberi, vt eſt habens ius in beneficio, qui licet proprie non ſit dominus beneficij, tamen pro domino habetur, vt eſt caſus in c. cum venerabilis, de except. & ff. de re permu. l. 1. in fi.

Perſona ſi hoc verbum refertur in materia reſtringibili, non cōprehendit collegium, nec vniuerſitatem, quia collegiū, nec vniuerſitas non eſt perſona vera, ſed ficta, vt l. mortuo. ff. de fideiuſſ. & ita tenet Io. Mo. & Io. And in nouella de præben c. cum in illis, in fi. lib. 6. Et idem tenet Barto. & Bal. in l. omnes populi, de ff. iuſtit. & iur. & per tex. in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt.

Perſonatus, & perſona eccleſiaſtica quid ſit, & in quo differant, uide ſub verbo dignitas.

Pertinere verbum latiſſimum eſt, & comprehendit tam petitorium, quam poſſeſſorium. no. Ro. concluſ. 379. Idem not. Inno. de c. poſſ. cā. cum eccleſia, & quandoque comprehendit dominium, quandoque poſſeſſionem. no. do. Ant de elec. c. querelam. ver. no. 3. quod in iſto libello. Et dicitur eccleſia ad aliquem pertinere pleno iure, vel eo ipſo, quod eſt quo ad ſpiritualia tantum ſubiecta, vt no. in d. cap. querelam. verſ. no. 7. hīc tex. Contrarium videtur tex. tenere, iuncta gl. prima, in c. conqueſtus, de foro compet. & quod ibi no. dom. Ant. vide tex. ff. de verbo. ſignif. l. verbum illud pertinere, & de fide inſtru. c. a. inter dilec. & de re iud. c. abbas ſine. lib. 6. & de elec. c. fi. & de religio. do. c. conſtitutus.

Pignori poſſum habere, & pro hypotheca tenere rem meam, quando non eſt in pleno iure, ſed reuocabiliter mea, vt not. per Cy. & Bal in l. rebus. C. de re iudic.

Placet, quid importet hoc verbum placet, ſiue placebit. vide ſub hoc verbo, arbitrium.

Plebanus an dicatur prælatus, vide in § ſub verbo prælatus.

Plena probatio quæ dicatur, vide ſub verbo probatio. § probatio indubitata. Et quando dicatur plene liquere de cauſa, vide gl. & tex. de teſti. c. ſignificauerunt, in fi. & tex. de in integ. reſti. c. auditis, & vide ſub verbo liberam.

Pluralis numerus in gratus beneficialibus reſtringitur ad duo, de præben. cap. cui. lib. 6. & quandoque ad vnum tantum, vt quando ſuper beneficiis diſpenſatur ſecundum Archid in c. 2. de filiis presbyt. lib. 6. in verbo plura prædicta intellige niſi verba pluralis numeri eſſent geminata, vt verbū plurima, ſecundum Io. And. ibidem in nouella. Idem in verbo quæcūque, vel quodcumque. Talia enim verba geminata omnem numerum includunt, no. Bar. in l. Baliſta. ff. ad Trebel. & ſub verbo talibus verbis geminatiuis, veniunt beneficia curata, quæ non venirent no. Ro. conclu. ſecundum Io. Andr. 132. & vide Io. And. de præben. c. quamuis. lib. 6. ſuper verbo reſtringi. in nouella. & ſuper verbo beneficiis.

Pluralis ſermo an reſoluatur in plures ſingularitates. vide Bart. ff. de condit. & dem. l. falſa § fin. ad Trebel. l. hæredes mei §. cum ita, & l. ſi quis. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium, & de neg. geſt. l. 3. § negotia & per Bal. in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & per gl. fi. & in cle. 1. de renunc. ſuper verbo alios, & de reſcri. c. 2. in prin. gl. & per Archi. 1. diſt. c. omnes, & per dom. Ant. in proœmio clem.

Poſſeſſio in iuribus incorporalibus non eſt vera poſſeſſio, ſed intellectualis, interpretatiua, & impropria, quia iura quādoque appellant poſſeſſionē intellectualem, quandoque poſſeſſionem impropriam, quod nota propter ſtatuta, de poſſeſſionibus loquentia, no. dom. Ant. de cau. poſſ. c. fi. 3. col. in prin. & vide ſub verbo permutatio procuratoris, & ſubrogatio.

Poſſeſſio in iuribus corporalibus acquiritur ex vno actu affirmatiuo eius, cui poſſeſſio quæritur, quē actum veriſimiliter alteri non concederet, niſi ius habenti. Sed ille actus conſiſtit in agere, vt cenſum ſoluere, vel ad ſynodum ire, in ſignū ſubiectionis ſui pati, potiores tamen ſunt actus, qui ſonant in agere, quam in pati, no. do. Ant de cauſa poſſ. cap. fi. prima col. Concludēdū tamen, an ſufficiat vnus actus, vel requirantur plures, quòd exiguntur tot & tales actus, & talium iuriū exercitia, quæ concludunt patientem pati vtentem vti iure ſuo, vt not. 17. columna. verſic. 2. in vſi. feu. & vide inſ. §. poſſeſſorio, ſeu quaſi ſubiectionis, & §. poſſeſſio, ſeu quaſi iurium incorporalium, vt acquiritur.

Poſſeſſio poteſt acquiri in proteſtationibus perſonalibus propter rem, a perſona debitam, & pro tali quaſi poſſeſſione poteſt agi remedio recuperandæ. no. do. Ant. de cau. poſſ. c. fin. 2. columna.

Poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutare poteſt. l. nemo. C. de acquir. poſſeſ.

Poſſeſſio licet adaptibilis ſit ad iura incorporalia, tamen proprietas non eſt, quia tale ius nō eſt plena proprietas, ſed quiddam a proprietate ſeparatum. Hinc eſt, quod pro talibus iuribus, non detur ſtricta rei vendicatio, ſed confeſſoria, quę eſt in rem actio, pro talibus tamen iuribus, pro vt ampliauit, ad rem corporalem, datur quędam uēdicatio, lata ratione iuris quæ appellatur vtilis rei uendicatio, & in totum non ſapit naturam confeſſoriæ, quæ eſt in rem actio, cum detur ad rem corporalem, nec in totum rei uendicationis, cum detur ad ius incorporale, ſecundum Innoc. cuius dictum ſaluari poteſt intelligendo de illa lata uenditione, quæ pluribus, etiam in homine competit adiecta cauſa vendi. ratione talis iur. no do. And. c. fi. in col. 1.

Poſſideri non poteſt actio, niſi per illum cui competit, ut not. Oldra conſ. 251. & Inno. de reſti. ſpoliat. c. in literis, & dom. And. de præſcrip. cap. auditis. 6. c. 5. opp. quod non poſſit.

Poſſeſſio in iuribus incorporalibus habet uſum ipſius iuris pro ſubiecto, ſicut in re corporali habet ipſam rem pro ſubiecto, & talis vſus habetur pro traditione. Ideo ſi vſus eſt cōtinuus, dicitur & poſſeſſio continua, ſi non eſt continuus appellatur diſcontinua, & hoc in realibus, in ſeruitutibus autem, & iurib. perſonæ debitis ſubiectum quaſi poſſeſſionis eſt ibi habitus uſus, & reliquis præcedentibus uſus cauſatus. no. do. Anto. de ca. poſ. c. fi. 3. col. Conclude in realibus, quod ipſum ius non quaſi poſſidetur in mente, ſed actus quis exercetur ratione ipſius iuris. Sed attenta cauſa mediata, ipſum ius dicitur quaſi poſſideri, ſiue ſit penes poſſidentem, ſiue non ſit, quia actus ille quo utitur, exercetur ratione iuris exercetis,

uel

Digitized by Google

uel qui prætenditur no.dom.Ant.de reſti ſpo.c.1.&c.in literis.18.col.ver.ad primum.

Poſſideri an poſsit obligatio perſonalis ad vnam præſtationem, dic quod poſſit quaſi poſſideri per tertium, quia apta eſt pati miſſionem. Item per ipſum, cui competit poſſet dici poſſideri, ſi poſſidere latiſſime ſumitur pro habere, & tenere. Sed ſi ſumitur ſtricte pro vera poſſeſſione, vel quaſi non videtur, quod talis obligatio ſit poſſedibilis, quia vltra ſtatutum obligationis nullus eſt uſus, qui poſſeſſioni applicare poſſit, & quem pro ſubiecto habeat. Dicit tamen propter ſpem vſus exigendi debitum no do. Ant de cau poſſ.c.fi.5 colum. Ee ſecundum præmiſſa intellige, quod idem Io. Ant.no de reſt. ſpol.in c.literis 19.col. verſ quæritur 3.& de conſti.c. peruenit 5.collatio.in prin. Oldr dicit ſecundum Inn.actio, & cõſequenter obligatio poteſt poſſideri per illum, cui vere competit, non per alium, vt ipſe no conſi.249 in fi.

Poſſideri an poſſit obligatio perſonalis ad plures præſtationes perſonales, quæ annectuntur alteri iuri reali, vt præſtatio cenſus ratione ſubiectionis. Nam ius ſubiectionis reale eſt, vt eſt pſtatio fidelitatis, ſeu vaſalitij iuris, & vt præſtatio cenſus ratione iuris emphyteotici, & in his eſt dare poſſeſſionem ratione iuris realis, cui annectuntur quod poſſibile eſt. Quædam ſunt præſtationes perſonales, quæ non annectuntur alteri iuri, ſed tranſeunt in aliquod ius diſtinctum realiter, & ſeparatim ab ipſa obligatione, vt eſt ius decimæ, vt eſt præſtatio ratione pedagii, uel rõne collectæ, & in his eſt dare quaſi poſſeſſionẽ, quia poſſeſſio reperit ſubiectum cui applicatur, ſcilicet vſum illius iuris ſeparati ab ipſo iure obligationis pſonalis iõ curãdum eſt, an detur cõcurſus veritatis illius, quod poſſidetur, vel non. Sed quædam præſtationes perſonales ſunt, quæ non annectuntur iure reali alteri, nec tranſeunt in aliquod ius diſtinctum ab obligatione perſonali, & in his nõ eſt dare quaſi poſſeſsionẽ. Sed bene creatur quida vſus aptus ad partem poſſeſſionis, & ad producendum obſonis cauſam no.dom.Ant de cau.poſ c.fi.6.&7 coll.licet Bar. dixerit contrarium, in l.2. ff.quo bono. Sed aliter dixiſſe videtur, in l.3. de vi, & vi armata.vide deciſionẽ Rotæ in antiquis, quæ aliter ſentit, conclu.....

Poſſideri poſſunt iura incorporalia, quę dantur in perſonam velnt in rem, quando talia iura habent in ſe dominium vel eius partem, alias ſeruitutis, ius in ſeruum, ius libertatis in libertum, ius ſcriptitium in aſcriptum, ius monacharus in mochum, ius clericatus in clericum, ius ciuilitatis in ciuilem, vel ciuem, ius patriæ poteſtatis in filiũ, ius ſororietatis, & fraternitatis in ſororem, & fratrem, quia in omni prędictorum iurium eſt dare proprietatem, de iure quæſitam. Et vbi eſt dare proprietatem, ibi eſt dare poſſeſſionẽ, not.do, Ant.de cau. poſ.c fi.8.col.verſ.20.dicebam.

Poſſideri an poſſint iura, q̃ debentur a re rei, ſicut ſeruitus viæ, itineris, actus, aquæductus, & ſimiles. Dic quòd ſi habent cauſam continuam, vel quaſi datur ſolus vſus quidam, qui producit effectum poſſeſſorij, & præſtationis. not. dom. Ant.de cau.poſſ.c.fi col.8.ver.dicebam.

Poſſideri an poſſunt iura incorporalia, quæ debẽtur a re pẽpta. Dic quòd ſi cadant in plenam proprietatem, ſicut eſt ius dominiũ in hoc nulla eſt quaſi poſſeſſio iuris, quia ex toto dominii ius confunditur in dominio, & vera poſſeſſione rei. Quędam cadunt in partem proprietatis, ſicut eſt vſuſfructus, & eunc eo reſpectu, quòd eſt ius in re, datur vera poſſeſſio, naturalis rei. Si autẽ reſpectu naturalis, quod eſt ius vſusfructus, vel vſusfructus, datur quaſi poſſeſſio ipſius iuris, non ſolum contra dominum, ſed etiam quemlibet extraneũ, licet Bart. dixerit, & male, quod datur ſolum contra dominum.no.do. Ant.de cau.poſſ.c.fi.8.& 9.coll.

Poſſideri poteſt, ſeu quaſi per canonicum ius eligendi, nec cõfunditur in iure canonicali, ſed eſt quid intrinſecum, & per ſe a iure canonicali, cum multi ſunt habentes ius eligendi, qui non habent ius canonicale, & canonicus habet ius eligẽdi, niſi ius aſſignetur eis, & locus in Capitulo. No.dom. Ant. de cau.poſ c.fi.vlt.col.

Poſſeſſio præbendæ, vel eccleſiæ dicitur eſſe penes beneficiatũ ſuo nomine, ratione tituli, ſed non ratione bonorum eccleſiæ no.Ro conclu.441.8 col.

Poſſeſſio circa ius tituli in beneficio an ſit vera poſſeſſio reſpectu rei, vel reſpectu iuris. Dicunt quod clericus ad inſtar vſufructuarij habet poſſeſſionem naturalẽ in rebus, vel quaſi poſſeſſionem ratione iuris tituli. Sed dic ſecundum Innocẽ. quod clericus in beneficio eſt ſimplex detentor corporis eccleſiæ, & rerum ſuarum, & habet quaſi ſolam poſſeſſionem iuris adminiſtrandi, veram autem poſſeſſionem rerum eccleſiarum, habet epiſcopus, vel eccleſia vniuerſalis, & particularis. Et hoc in clericis ſecularibus. Prior autem, & alii regulares prælati, ſiue ſint manuales, nullam habẽt poſſeſſionem, vel quaſi, ſed tenent vt vicarij, vel cuſtodes. Si autem non ſunt manuales, ſed perpetui, vt electi a Capitulo, vel conuentu, illi habent quaſi poſſeſſionem iuris adminiſtrandi, & ꝑ ſuo iure proprio nomine pñt agere, vt reſtituantur no do. Ant.de cau.poſſ.c fi & 11 & 12.col.verſ nihil videtur. Alibi dicit Inno.& hoc approbat, quòd clericus habet naturalem poſſeſſionem rerum eccleſiæ ſuę, & ciuili nomine eccleſiæ. Sed hanc opinionem reprobat dominus Antonius, & tenet primam, in c.ex literis, de reſti. ſpo.24. col. verſ. ex hoc deciditur.& 31.col & vide inf §.poſſeſſio, ſeu quaſi, iuris, & tituli.& §.ſeq.

Poſſeſſionem ſeu quaſi rerum eccleſiæ, vel iuris adminiſtrandi eas non habent illi, qui eccleſias ad firmam conducunt, quibus datur vniuerſalis adminiſtratio redituum, & facultas colligendi ſpirituales, & tẽporales reditus. Sed habent nudam facultatem adminiſtrãdi, & nomine alieno, ſiue ſint clerici, ſiue laici. Ideo non quaſi poſſident, ſed aliis tenent. Et propterea ſi tali facultate priuentur, non poſſunt agere poſſeſſorio nomine proprio. do.Ant.d N.cau.poſſ.c fi.37 col.ver.ex his ergo deciditur.

Poſſeſſionem, ſeu quaſi rerum præbendæ, vel iuris adminiſtrandi non habet laicus, cui pro ſua ſuſtentatione eſt conceſſa præbenda, nec habet ius adminiſtrandi appropriatum, quia tale ius ſpirituale, non cadit in laicum, ſed tanquam procurator in re ſua adminiſtrat, & ſic non quaſi poſſidet, nec clericus poſſet agere poſſeſſorio nomine. not dom.Ant.de ca. poſſ.c.fi.13 col verſ ex his deciſio ſurgit.

Poſſeſſio ſeu quaſi ſeruitutis, quæ a nemine poſſidetur, nõ acquiritur, nec creatur ex eo ſolo, quod quis comprehendat fundum dominantem, ſed ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione ſeruitutis vendat fundum dominantem, & illum tradat animo conferẽdi etiam quaſi poſſeſſionẽ ſeruitutis, illam transfert. Aliud eſt ergo quaſi poſſeſſio ſeruitutis nouiter creanda, in qua requiritur patientia aduerſarij, in ſeruitutis vſu, & aliud iam firmata transferenda.no.do.Ant.de cau. poſſ.c.fin. 13.col.ver. venio ad ſecundum.

Poſſeſſio ſeu quaſi ſubiectionis in caſtrum ciuitati ſubiectum, vel in cappella eccleſiæ ſubiecta, acquiritur eo ipſo, qđ quis ingreditur ipſam ciuitatem, vel eccleſiam, abſque alio particulari exercitio iuriſdictionis. Quod eſt verum, quando ille, qui primo dictam ciuitatem, vel eccleſiam ingreditur, erat in quaſi poſſeſſione ſubiectionis, & iuriſdictionis prædictæ. Secus ſi quaſi poſſeſſio nõdum eſſet in aliquo firmata, quia tunc per ſolum ingreſſum in ciuitatem, vel Eccleſiam, non acquiritur quaſi ſubiectio poſſeſſionis caſtri, nec ẽt cappellæ. No dom. Anton.de cau.poſſ.cap.fin.14. colum. ver. per hoc concluditur.

Poſſeſſio uel quaſi iuris decimalis acquiritur eo ipſo, qđ quis inducitur in fundum decimalem ab eo, qui habet dictam quaſi poſſeſſionem, quam vult transferre in illum, quem inducit, ſecus ſi inducens non ſit in quaſi poſſeſſione decimæ, quia tunc ſola traditione fundi nec creatur, nec acquiritur quaſi poſſeſſio prædicta, niſi vnira cum traditione fundi aliquam partem decimæ recipiet animo acquirendi quaſi poſſeſſionem. Illud eſt ergo in quaſi poſſeſſione nouiter creãda. No.dom. Ant.de cau.poſſ c fi.15.col. uerſ.etiam ex his deciditur, & 16.col uer.ex hoc apparet, & no. & eundem.de reſt. ſpo.c.in literis.20.col.uer per hoc determinatur.

Poſſeſſio omnium locorum ciuitatis, uel caſtri, acquiritur apprehenſione unius loci, ſcilicet eiuſdem ciuitatis, uel caſtri, quando apprehenditur animo acquirendi poſſeſſionem totius. Secus in quaſi poſſeſſione iuris, & iuriſdictionis in ciuitate, uel caſtro, quæ non acquiritur, niſi intercedat aliquod exercitium particulare iuriſdictionis ſciente, uel patiente illo, cui in iuriſdictione præiudicatur ſecundum Bar. dic quod ſolo ingreſſu ciuitatis, uel caſtri, eum apparatu iuriſdictionali acquiritur quaſi poſſeſſio totius iuris, & iuriſdictionis, qui per eminentiam illam oſtendit aliquod regimen iuriſdictionis, & cũ alias actus amittatur p nõ vſũ iuriſdõnalẽ. Aduerte tamen, quod ſi agatur de acquirenda quaſi poſſeſſione iuris totius prouinciæ, oportet quòd Magiſter ingrediatur principalem ciuitatem, non in apparatu iuriſdictionali. Nam ſi agatur de quaſi poſſeſſione iuris de nouo creanda, non acquiritur ſolo ingreſſu, ſecus ſi de iã creata transferẽda, illa transfertur. not dom. Andr d.cap poſſeſſ.c fin.16.coll. ver. ex his inducitur.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiritur eo ipſo, quod in apparatu ad tribunal ſedet aliquid tangens de iuriſdictione. no. do. Ant.de can.poſſ.c.fi.16.col.ver.ex prædictis puto.

Poſſeſſio, ſeu quaſi iuris adminiſtrandi in eccleſia acquiritur eo ipſo, quod aliquis inducitur in poſſeſſionem corporalem eccłæ, & acquirẽdã quaſi poſſeſſionẽ iuris adminiſtrãdi, quia actus ingrediendi eſt cohærens adminiſtrationi eccleſiæ.

Ideo

Digitized by Google

Ideo ſtatim, cum auctoritate eccleſiæ, vel ſuperioris inducitur, vel ingreditur incipiens aliquid tangere de iure adminiſtrationis, quia actus ingrediendi eccľaſtica eſt cohærẽs adminiſtrationi eccleſiæ, quod conſiſtit etiam in tenere. not. do Ant. de ca poſſ cap. fi. 16. col. ver. ex his deciditur.

Poſſeſſio iuris eligendi non acquiritur ex eo ſolo, quod quis inducatur ad poſſeſſionem Capituli, vel chori, quia per ingreſſum nihil tangit de parte iuris eligendi. Sed bene fateor, qđ ex hoc eſt in quaſi poſſeſſione Capituli, per quod habet licentiam propria auctoritate comprehendere quaſi poſſeſſionẽ iuris eligendi. No. do. Ant. de ca. poſſ. cap fi. 16. coll. ver. ex hoc apparet. Sed contrarium no. idem. do. And. de reſtit. ſpolia. 24. colum. ver. ex hoc infertur. et huic concordat. infra §. poſeſſio iuris prælaturæ.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris eligendi paſſagium non acquiritur ex eo ſolo, quod quis ponatur in poſſeſſionem loci, vbi paſſagiũ colligitur, quia ex hoc non tangit aliquid de parte iuris colligendi paſſagium. no do. Ant. de cau. poſſ. cap. fi. 16. columna. verſ. ex his patet.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris canonicalis, ſeu prælaturæ non acquiritur ex eo ſolo, quod canonicus, vel prælatus ſit induetus in poſſeſſionem fundorum, & poſſeſſionum Eccleſiæ, ſecundũ Inno. Tu dic quod ſi conſuetudo eſt quòd talis inductio habeatur pro ſigno poſſeſſionis traditæ, tunc transfertur quaſi poſſeſſio iuris vniuerſalis. Sed ceſſante conſuetudine acquiritur ſolum quaſi poſſeſſio adminiſtrandi temporalia, nõ ſpiritualia, quia eo quòd fundum ingreditur ſuperiore paniẽte, vel conducente tangit aliquid de adminiſtratione tẽporaliũ, & ſic ratione contiguitatis eiuſdem adminiſtrationis, & ſpeciei attenditur illa quaſi poſſeſſio ad omnia præcedentia loca reſpectu temporalis adminiſtrationis, dum tamen de illis acquirenti conſtet. Sed ad ſpiritualia non extenditur, quia ſunt alterius ſpeciei, & ſuperioris gradus de quibus nihil tangitur per ingreſſum prædictum. No. do. Ant. in d. c. fi. 16. colum. verſ. ex his deciditur. Sic alibi dicit, quòd licet per ingreſſum fundorum eccleſiæ, vel beneficij, acquiratur poſſeſſio naturalis, & ciuilis ipſorum fundorum, naturalis nomine proprio, & ciuilis nomine eccleſiæ, ſecundum Innoc quod ipſe non approbat; tamen non acquiritur quaſi poſſeſſio, iuris canonicalis, vel prælaturæ, niſi illo iure vtatur, vel interueniat conſtitutum. no. per eum de reſti. ſpo. c. in literis. 23. col. verſ. ex hoc deciditur, licet contrarium tenear Ro. c. in literis. 23. col. verſ quandoque, & tertio principaliter.

Poſſeſſio, ſeu quaſi iuris patronatus acquiritur per apprehenſionẽ eccleſię, vel bonorum eccleſiæ. Quod eſt verum quo ad ius adminiſtrandi, & honorificẽtiæ, quia per apprehenſionem tangitur aliquid de adminiſtratione, & honorificentia. Secus quo ad ius præſentandi, niſi alter ſit illo iure vſus, vel niſi quaſi poſſeſſio iuris iam ſit creata in patronum alteri donantem, quia tunc illa quaſi poſſeſſio transfertur in donatarium in poſſeſſionem eccleſiæ inductum, animo illam quaſi poſſeſſionem transferendi ſciente, & patiente ſuperiore. no. dom. Ant de cau. poſ. c. fi 18 col verſ. ex his deciditur.

Poſeſſio iuris patronatus vt præſentationem validet, requiritur quòd fiat penes præſentãtem in limitibus actus præſentationis. Præambula ergo poſeſſio præcedens, vel actus præſentationis ſequens non validat præſentationem, nec etiam illa quæ in limitibus præſentationis acquiratur, quod vltimũ verum eſt in poſeſſorio tantum, ſed in vero patrono ſufficit ad nullitatem præſentationis ipſum acquirere, quaſi poſeſſionem in actu præſentandi. not do. Ant. de iure patronatus. c. conſultationibus. inf. 7 no.

Poſeſſoriũ, ſeu quaſi iuris ſubiectionis acquiritur eo ipſo, qđ aliquis inducitur in poſeſſionem eccleſiæ, vt ſubiectæ, vel poſeſſionem rei, quia ingrediendo aliquid tangit de iure ſubiectionis not. dom. Anton. in d. cap. fin. 18. col. ver. ex his deciditur.

Poſeſſio, ſeu quaſi iuris vaſallicij in vaſallum acquiritur domino eo ipſo, quod fundus traditur feudatario, & ipſe ingreditur animo transferendi ius vaſallicium in dominum, quia aliquid tangit de iure vaſallicio, & ſubiectionis, eo quod aliqđ recipit a domino, vt ſubiectus, & ſic ſubiectio cohæret traditioni fundi. no. do. Anto. de cau. poſ. & propr. c fi. 18. coll. ver. ex his deciditur.

Poſeſſio ſeu quaſi ſubiectionis acquiritur, & probatur ex præſtatione cenſus, ſaltem ratione illius cenſus. Sed quo ad alia ſeparata, non arguit ſubiectionem, quia actus ſolutionis cenſus eſt æquiuocus. Aliquando enim eſt ſignum ſubiectionis. Alioquin eſt ſignum protectionis. Alioquin eſt ſignum exemptionis. Non arguit ergo ſubiectionem, vel eius quaſi poſſeſſionem, niſi ad limites determinatæ præſtationis cenſus. Et eodem modo iſtæ præſtationes branchorum, & cercorũ, quæ fiunt ciuitatibus in feſtiuitatibus principalibus, cũ corpore ſint diſtinctæ in ſignum ſubiectionis arguunt ſubiectionem alias determinatam, quia vagæ ſunt cum præſtentur, aliquando ratione commendationis, & protectionis Quandoque ratione totalis ſubiectionis niſi aliud appareat in traditione. no. do. Anto. in d. c. fi. 19. col. verſ. nunc autem reſtat. Et vide ſup. poſeſſio in iuribus corporalibus acquiritur.

Poſſeſſio iuris prælaturæ, vel iuris canonicalis, acquiritur eo ipſo, quod quis inſtallatur, in ſede principali prælaturæ, vel iuris canonicalis, vt quando ponitur ad ſedendum in choro, quod eſt verum ex generali conſuetudine, ſic diſponente. Secus de iure ſcripto ſecundum Innoc. & ſi conſuetudo negaretur, debet probari. no. do. Ant. de reſti. ſpol. c. in literis. 24. colu. verſ. quando, & tertio principaliter. Et idem tenet Rota. vt ibi no. Sed tu dic, quòd etiam de iure per actum inſtallationis in loco principalis ſedis acquiritur quaſi poſſeſſio totius iuris prælaturæ, & iuris canonicalis, dum tamen adſit intentio inſtallantis, & inſtallati, & facultas tradendæ poſeſſionis depẽdeat ab inſtallante. Et ratio eſt, quia eo ipſo, quod inſtallatur in choro, qui eſt chorus principalis prælati, & canonici, tangitur aliqua pars iuris adminiſtrandi ex ſuperioribus Canonicis.

Poſſeſſio in beneficialibus poteſt haberi abſque canonica inſtitutione, & ſic defectus proprietatis tituli non impedit poſſeſſionem, nec effectum, a ſola poſſeſſione deriuatum. No. do. And. de reſtit. ſpoliat. c. in literis. 3. col. ver. no. quòd contra. licet autem ad poſeſſionem habendam non requiratur canonica inſtitutio, requiritur tamen colorata, ſiue titulus putatiuus, vt no. 12. col. verſ. ad huius euidentiam. tamen in uolente concludere quaſi, poſſeſſionem, neceſſe eſt vt probet conſuetudinem. Sed ſi inſtallatio canonici fieret non in loco principali, ſed in aliquo loco Capituli, quia tunc hi actus ſunt determinati ad alios patientes actus iuris canonicalis, vt ius eligendi, & ſimilia quæ ſunt ſubiecta quædam, & per inferius ad ius canonicale non requiritur quaſi poſeſſio iuris canonicalis, niſi conſuetudo aliquid dictet, & in hoc procederet dictum Inno. & no. do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 19 colu. verſ. 6 ex his ſecundo infertur, & vide ſup. §. poſeſſio iuris eligendi.

Poſeſſio ſeu quaſi iuris prælaturæ, vel iuris canonicalis, vniuerſaliter acquiritur eo ipſo, quòd aliqua pars illius iuris tangitur, vt quia eligit ordinatus actum particularem, facit ſi hoc agit, vt ius vniuerſaliter quærat, & aduerſarius hoc ſciat. no. dom. Ant. de cau. poſ. c. fi. 20. col. ver. ſed hic eſt dubium, vide plenius. infra. §. poſeſſio, ſeu quaſi, iuris incorporalis an acquiratur.

Poſſeſſio ſeu quaſi ſi non poteſt accipi in vno loco, ad hoc deputato, propter violentiam forte aliquorum, an poſſit accipi, & acquiri in alio loco, ad hoc deputato, pertinente ad dignitatem, vel beneficium, de cuius poſſeſſione agitur, alias ſecus, niſi conſuetudo aliter ſe haberet not. do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 20 col. ver. ſed hoc eſt dubiũ, & de reſti. ſpo. c in literis. 30. col. ver. per hoc dicit Spec.

Poſſeſſio rei corporalis acquiritur per traditionem clauium ipſius rei, & per traditionem inſtrumenti de ipſa re confecti. no. do. Ant. in d. c fi. 20. col. verſ. venio ad tertium.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporaliũ, vt eſt ius adminiſtrandi eccleſiam, acquiritur in totum ex traditione clauium ipſius eccleſiæ. Sed ſi eſſent claues non eccleſiæ, ſed alicuius poſſeſſionis eccleſiæ tunc acquiritur quaſi poſſeſſio adminiſtrationis temporalium tantum, non ſpiritualium, niſi ex cõſuetudine talis actus eſſet diſtinctus in ſignum traditionis totalis poſſeſſionis. No. do. Ant. de cau. poſ. c. fi. 22. colum. ver. ex his patet.

Poſſeſſio an perdatur eo ipſo, quòd poſſeſſor permittit alium de facto tenere per annum negligendo petere, vide Io. And. de elec. c. querelam ſuper verbo. deno & vide, quod notatur. de reſti. ſpol. c. olim. el primo. per do And.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris adminiſtrandi eccleſiam an acquiratur per inueſtituram, quæ quandoque fit per traditionem baculi, vel per impoſitionem bireti, vel annuli inueſtientis, vel inueſtiti, vel tertij, non eccleſiæ. Dic quòd iſta inueſtitura non præcedit tranſlationem ipſius iuris, nec transfertur, quaſi poſſeſſio, ſed ſolum creatur ius, quia ſumitur tunc pro electione, aut prouiſione. Sed ſi ſequitur totalem adminiſtrationem iuris, & tali actu de repente transfertur quaſi poſſeſſio, & bene datur licentia ingrediendi, habet tamen hodie generalis conſuetudo, tale eſſe ſignum poſſeſſionis trãſferendi, vt ui conſuetudinis transferatur quaſi poſſeſſio, ſi eſt vacans, ſiue fiat in re præſenti, ſiue in re non præſenti. Not. do. Ant. in d. c. fi 21. col ver. venio ad tertium.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris adminiſtrandi acqrĩt eo ipſo, qđ quis in eccleſia inueſtitur per actum pulſationis Cãpanarum, vel per traditionem pãnorum altaris, vel alterius actus ſimilis, quia

per

per tales actus tangitur pars adminiſtrationis, quod non eſt, quando inueſtitura fit per traditionem baculi, uel per impoſitionem bireti, vel annuli non pertinentis ad eccleſiam. not. do. Ant in d c ſi 21. col. ver. venio ad tertium. Contrarium tamen eſſe principium dicunt domini de Rota, & idem do. Ant de reſti ſpol. c. in literis. 24. col. ver. quandoque, & tertio principaliter.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris corporalis transfertur, & acquiritur per hæc verba, do, & aſſigno tibi tale ius in re, vel in talem p̄bendam, ſecundum Inno quod procedit, quando illa poſſeſſio videtur conſuetudinis, & acceſſorie venit ad translationem veræ poſſeſſionis ipſius rei, vt quādo in re præſenti quis dicat, do, & aſſigno tibi talem rem cum omnibus iuribus & cætera. Sed principaliter ex verbis prædictis non transfertur quaſi poſſeſſio iuris præbendalis, quia in quaſi totalis poſſeſſionis iuris non cadit traditio, nec aſſignatio, ſed habetur ex vi pacti, niſi talis aſſignatio fieret per iudicem No do. Anto. de cau. poſ c. ſi. 23 col ver. nunc venio ad actus Et ſecundum præmiſſa intelligitur. quod idem dom. Anton no. de reſtitu. ſpol. c. in literis 20. col ver. venio ad ſecundum.

Poſſeſſio vera iuris, quòd quis habet in re, acquiritur per conſtitutum a poſſidente factum, no. Do. Anto. de cau. poſ. c. fin. 24. colum. ver. ſed eſt dubium. & Bart. de acquit. poſ. c. interdum § ſi.

Poſſeſſio ſeu quaſi omnium iurium incorporalium transfertur, & acquiritur per conſtitutum, factum ab illo, qui quaſi poſsidet. Secus ſi ab illo, qui non poſſidet, nec quaſi, quia tūc agitur de poſſeſſione nondum formata, & nouiter creanda. Actus autem conſtituti non eſt ordinatus ad poſſeſſionem creandam, ſed ad creatam transferendam. no. dom. Anto de cau. po. c. ſi. 23. col. ver. ſed eſt dubium, & melius de reſti. ſpo. c. cum veniſſent.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris ſubiectionis, quòd prælatus habet in rectorem, non transfertur in alium, ex hoc quod rector conſtituat ſe alterius nomine poſſidere, & aliū in dominum recognoſcat, quia rector non poſſidet. no. dom. Anto. in d c. ſi. 24. col ex his infertur, ſeu quaſi ſubiectionis eccleſiæ, quam habet epiſcopus transfertur in alium, ſi epiſcopus conſtituat ſe alterius nomine quaſi poſſidere. Idem in patrono exiſtente in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & ſic de ſingulis. Quæ vera intellige, quando quaſi poſſeſſio poſſit alteri proportionari, alias ſecus. Quid enim ſi clericus nomine laici conſtituat ſe quaſi poſsidere titulum beneficij, vel ius eligendi, vel pater nomine extranei conſtituat ſe eſſe in quaſi poſſeſsione filiationis, vel maritus loco tertij, vel quaſi poſſeſſione iuris maritalis, non transfertur quaſi poſſeſsio ex incapacitate ſuperſtite ſuſcipere debentis. no. do. Anto. in d. c. ſi. 24. col. ver. ſecundo per hoc deciditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris tituli beneficii, quam habent canonici, vel alij beneficiati compermutantes transfertur ad inuicem per conſtitutum auctoritate ſuperioris interueniente in permutatione. no. do. Ant de cau. poſ c. fin. 24. col. ver. ſecundo per hoc deciditur.

Poſſeſſio vera rei transfertur in alium per retentionem partis iuris, in ipſa. Ideo ſi animo donandi proprietatem quis retineat vſumfructum, transfert veram poſſeſsionem rei, quam habet Secus ſi non poſſidebat. no. dom. Ant. in d. c ſi. 25. col. ver. eſt & alius actus.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris vſusfructus nō acquiritur, nec creatur ex eo, quòd habens plenam proprietatem animo donandi eā retineat partem vſusfructus, quia talis quaſi poſſeſſio non per retentionem, ſed ex vſu pacti creatur, & e conuerſo. Si quis retineat nudam proprietatem animo transferendi in alium ius totius vſusfructus, per talem retentionē non transfert in illum quaſi poſſeſſionem iuris vſusfructus, quia transferre volens non habet illam in ſe formatam. no. do. Anto. in d c ſi. 55. ver. eſt, & alius.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris eligendi transfertur in alium eo ipſo, quòd canonicus exiſtens in plena quaſi poſſeſſione iuris canonicalis retineat ius præſentandi, & transferat ius eligendi vbi transferre poteſt, & idē ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ciuilis, & criminalis retineat ciuilem, vt trāſferat quaſi poſſeſſionem criminalis, vel e conuerſo, quaſi transferatur quaſi poſſeſſio illius iuriſdictionis, quam transferre intendit. Et idem ſi epiſcopus exiſtens in quaſi poſſeſſione ſubiectionis, & iuris epiſcopalis partem etiam ſubiectionis, & iuris retineat, vt quaſi poſseſſionem alterius partis trāſferat. Et hoc operatur ſola retentio partis abſque alio exercitio ipſius iuris, no. d. c. ſi. 25. col. ver. eſt & alius.

Poſſeſſio, ſeu quaſi iurium incorporalium ad hoc, vt acquiratur, requiritur capacitas illius iuris, & quaſi poſseſſionis, ex parte nolentis acquirere quaſi poſſeſſionem Sic maritus minori animo non poteſt acquirere quaſi poſſeſſionem maritalem, hæreticus non poteſt acquirere quaſi poſseſſionem eccleſiarum, nec iurium ſpiritualium. Laicus ſimiliter non poteſt acquirere quaſi poſseſſionem iuris ſpiritualis, nec iuriſdictionem in clericum, nec poteſtatem audiendi confeſsionē. No do Ant in d. c. ſi 26. col. ver. nunc ſecundo, & 26 colum. ver. ex his deciditur. Item non licet laicis quaſi poſseſſionem cenſus acquirere in re ſacra, vel totalis eccleſiæ, vt no. 48. colu. ver. reſtat vlt 6. decre.

Poſseſſio ſeu quaſi ſummæ plenitudinis poteſtatis papæ non poteſt acquiri per inferiorem, quia illam papa habet a dominio, & illius inferior non eſt capax. Item nec poteſt inferior libertatis non recognoſcendi Imperium in ſuperiorem. aut papa loci Imperij. Et ſi acquirit nō eſt, nec poteſt eſſe iuſta. no. do. Ant in d. c ſi & q col. 5. Aduerte ſecundo, prædicta intelligi niſi Papa, & Imperator concedat alicui facultatem aliquid agendi de plenitudine poteſtatis, quia tunc illam facultatem exercendi acquirit quaſi poſſeſſione, quia vtitur vt pro iure ſuo vt no. 41. col.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris excommunicandi, poteſt acquiri nedum per prælatum, ſed etiam per inferiorem clericum, dum tamen iuriſdictionem, vel ſaltem habeat poteſtatem præeminentialem in aliquos ſubiectos, no. dom. Ant. in d. c ſi 26. col. ver ex his deciditur.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium, non poteſt acquiri, niſi animus, & corpus volentis acquirere intercedat, & ſic eſt neceſſe ingredientem habere animum quærendi, & aliquid corporaliter exercendi, per quos actus teneret, & tractaret p̄portionaliter exercitiū iuris, & quodlibet ius habet ſuos actus, & tractatus extrinſecos ſignificantes ipſum no. dom. Ant. de reſtit. ſpol. c in literis 18. col. ver. nunc intrinſeca.

Poſſeſſio ſeu quaſi acquiritur in corporalibus, quando exercetur vſus proportionabilis iuri cuius intenditur quaſi poſſeſſio, vt ſi vult aliquis quærere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, eligat, ſi iure præſentandi, præſentet, ſi iuriſdictionis exercendæ, exerceat, & ſic de ſingulis. Nam ſi vſus eſſet vagus, & æquiuocus ad plura iura, non argueret aliquam poſſeſſionem alterius. Nō ergo ſufficeret ad quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, quin interfuerit electioni, quia poteſt intereſſe, vt conſultor, vt teſtis, vt aduocatus, vt Notarius. No. do. Anto. de cau poſ c. ſi 57. col. ver. ſecundo eligitur.

Poſſeſsio quam quis habet in ancillam vt differat a mercenaria, debet probare, & concludi ex actibus tantum proportionabilibus ancillæ, & oportet quod non ſolum actus īpertinētes excludantur. ſed promiſcui, vel æquiuoci, quód intellige ſecundum Ioan And. niſi per coniecturam deſtrui poſsit, in quam partem actus exercetur. no. dom. Anto. in dicto capit. fin. 30 colum.

Poſſeſsio liberi hominis a iure eſt improbata, niſi ex cauſa diſcreta, & a iure permiſſa, & ſic dicta poſſeſsio habet cauſam annexam proprietatis in aliquo, no. dom. Ant. de cau. poſ. c. fin. 31. col verſ. quinta opinio.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris maritalis iuſte haberi non poteſt niſi de matrimonio conſtet tantum apparenter, non enim exigitur vera exiſtentia vinculi matrimonialis, ſed ſola apparentia ex rebus rudibus, & principalibus, ſ. conſenſus, & legitimi. & hoc eſt inter perſonas habiles ad matrimonium, licet non ſit inter eos propter aliquod impedimentum, & quòd matrimonium ſit in facie eccleſię contractum, vel ab eccleſia probatum Aliter licet concludatur poſſeſſio, nō ſufficit ad poſſ. recuperandæ, quia euidenter iuſta ab eccleſia reprobata, & ex hoc apparet vnus caſus, in quo ad habitum quaſi poſſeſſionis exigitur, vt quis pro iure ſuo vtatur, & quod vere, vel apparēter ſibi aliquid adſit de proprietate illius iuris, in quo intenditur quaſi poſſeſſoriū, & ſic illa quaſi poſſeſſio habet cauſam proprietatis annexam, no. do. Ant de cau poſ. c. ſi col. 31. verſ. quinto oppo. & videndum ſub verbo poſſeſſorium §. poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali, cum pluribus § ibi ſequentibus.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris, & tituli beneficij vt quæratur, exigitur auctoritas ordinarij, inducentis in poſſeſſionem, quando agitur de quaſi poſſeſſione prælaturæ, vel alterius beneficij a canonicatu. Vbi autem agitur de quaſi poſſeſtione quęrenda iuris canonicalis, ſufficit alterum, de tribus probare, primo quod exercuit actus, qui ſolis canonicis proportionantur, vt intereſſe electionibus, communibus tractatibus, præbendā recipere, ſtallum in choro habere, cantare, Euangelium, & epiſtolam in hebdomade ſua legere, cameram habere ſolitā canonicis aſſignari. Secundo quod exercuit actus promiſcuos, & proportionabiles cum canonicis. Tertio quod probet, qualiter habetur, tenetur, & reputatur pro canonico, & hoc ſufficit ad creandam quaſi poſſeſsionem, ſaltem pro qua detur poſſeſſorium in odium violenti ſecundum Ioan. And. Tu dic, quòd ſi agitur ſolum de fine quærendi, & habendi

quaſi

quaſi poſſeſſionem iuris tituli. illa non poteſt acquiri, nec haberi, niſi detur patientia illius a quo pendet illud ius transferendi. vt collatoris, uel inſtitutoris ſiue inueſtitoris, quia cũ in talibus iuribus, non cadit traditio actualis, oportet quòd talis quaſi poſſeſſio habeatur ex patientia illius, a quo pendet ius transferendi. Non ergo in iure canonicali ſufficeret patientia Canonicorum cum ab eis non dependeat illud ius transferendi, niſi forte ad Capitulum ſpectaret illius collatio. Et hæc vera, quando agitur de quaſi acquirenda poſſeſſione totalis iuris. Sed ſi agitur de acquiſitione quaſi poſſeſſionis alicuius partis iuris canonicalis, vt de iure eligendi, vel vocem dandi, bene ſufficeret patientia canonicorum, a quorum poteſtate pendet illud ius transferendi. Et ex his patet, quòd ad habendam quaſi poſſeſſionem iuris, & tituli beneficii exigitur, quod vtens vtatur vt pro iure ſuo, ita quod ius adſit vere, uel præſumptiue, vel colorate, & ſic illa quaſi poſſeſſio habet cauſam proprietatis annexam, not dom. Ant de cau. poſ c ſi. aa col. ver. ſed dubium eſt, & de reſti. ſpol. c. in literis. 6. col. ver. ad huius euidentiam.

Poſſeſſio ſiue quaſi Eccleſiæ, & tituli in eccleſia non poteſt acquiri ſiue ſcientia, & patientia alterius poſſeſſoris, vel ſine patientia cuſtodis, quando non poſſidetur. Eſt neceſſaria ſcientia, & patientia confirmatoris, & inueſtitoris, ſine quorum auctoritate non poteſt iuſte poſſidere, no. do. Ant. d. c. ſin 43. col ver. uenio ad tertium.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium omnium præterquã iuris maritalis, & tituli beneficij regulariter nullam habet miſturam, cum proprietate, nec habet cauſam proprietatis annexam, & quo ad finem quaſi poſſeſſionis habendæ, & quærendæ, non exigitur vtentem vti etiam pro iure ſuo, ita quod ius adſit vere, vel præſumptiue ſiue apparenter, nec etiam q utatur etiam pro iure ſuo, quod ius ipſe putet adeſſe, ſed ſufficit, quod ſic vtatur quaſi pro iure ſuo, vt no. dom. Anto. de cau. poſſ c ſi 31 col. ver. in alijs autem iuribus. & de reſtitut. ſpol c in litteris 6 col ver. oppo vet & 17. col. ver. nunc interim. & eo. tit. c. 1. Fallit ſecundum Inno. in quaſi poſſeſſione iuris perſonalis, & adiectionis, quia numquam poteſt quis poſſidere actionem niſi ille, cui de iure competit, quia aliter non agit. nec poſſidet, vt no. do. Ant in d. c. in literis 19. colu. veri requiritur tertio.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium non creatur abſque patientia eius, contra quem agitur quæri ipſa quaſi poſſeſſio, & hoc vbi agitur de quaſi poſſeſſione creanda. Sed vbi agitur de creata in alium transferenda, illa transfertur abſque patientia prædicta. Vnde habens ſeruitutem viæ in fundum alterius, ſi fundum ſuum cui ſeruitus debetur alienet, transferr quaſi poſſeſſionem illius ſeruitutis in emptione, licet dominus fundi ſeruientis non patiatur, quia illa quaſi poſſeſſio iam erat formata. Sed ſi ago nouiter ſeruitutem viæ per fundũ Titii, quaſi poſſeſſionẽ nõ poſſũ acquirere niſi Titius patiatur. Et hæc vera in iuribus, in quib. datur quaſi poſſeſſio. In iuribus autem in quibus non datur quaſi poſſeſſio, ſed titulus tantum, ſufficit ſolus vſus ex parte quærere intendentis abſque patientia eius, contra quem quæri intenditur. no. do. Ant. in d. c ſi. 36. col. ver. nunc videndum reſtat.

Poſſeſſio ſeu quaſi, quando eſt precaria dicitur poſſidens poſſidere nomine alieno, non proprio, quia non poſſidet, vt pro iure ſuo. Not do. Ant. in d. c. ſi. 37. col. verſ ſecundo dixi, habet tamen ipſe precario tenens naturalem poſſeſſionem, vt no. Bar. ff. de acq poſ l interdum, in prin.

Poſſeſſio rerum corporalium in dubio non præſumitur precaria, ſecus in quaſi poſſeſſione omnium corporalium, etiã ſi illa quaſi poſſeſſio omnium incorporalium non ſit contra ius, quia ſemper in dubio precaria præſumitur, quod eſt verum ſi poſſeſſio eſt recens, ſecus ſi ſit antiqua, quòd relinquitur arbitrio iudicantis. no. do. Anto. in d. c. ſi. 36. colum. verſ. ſecundo dixi.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium non acquiritur ex patientia gratioſa, niſi ab vtraque parte agatur, vt ille poſſideat, cui patientia præſtatur, & talis poſſeſſio dicitur precaria, quæ durat, quamdiu gratia durat. Et ideo ſi canonici de gratia admittant aliquem ad eligẽdum, ut colligat, vel in alio actu uocem ſuam det ille, non acquirit quaſi poſſeſſionem niſi vtraque parte agatur, vt habeat, & pro tunc acquiritur quaſi poſſeſſio, quæ durat vt precaria, quamdiu gratia durat. no do. Ant. de cau poſ. c. ſi. 37. col. ver. ſecundo dixi.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium vt acquiratur, ita vt non ſit precaria, requiritur, quod ille, contra quem acquiritur, vtatur pro iure ſuo. Qualiter autem conſtet, quòd ita utatur, dic ſecundum Innoc. quod hoc conſtare poteſt ex vnico actu, ſi talis ſit actus, qui veriſimiliter etiam vna vice non intermitteret niſi ius habenti, vt actus eligendi, vel vocem in Capitulo dandi, vel aquam per fundum alienum ducendi. Ideo ſufficit, quòd vna die aquam duxerit me conſentiente, vt videat pati quod illo iure vtatur vt pro iure ſuo. Si autem actus eſt talis, quod per modum facultatis, & amicitiæ veriſimiliter bis, vel ter permitteretur etiam ius non habenti, ſed multotiens continuati actus paterentur, vt ire per fundum alienum, & ſimilia, tunc ex duobus, vel tribus actionibus nõ acquiritur quaſi poſſeſſio, ſed ita dicunt, quòd acquiritur, ſi 30 vicibus fecerit. Vbi vero actus eſt talis, qui etiam multotiens continuatur, ſimiliter etiam patitur, & concedetur ius non habenti, vt ſi unus in domo multis reciperetur, nunc ex multiplicatione talium actuum non præſumitur, quòd quis patiatur vti, vt pro iure ſuo, niſi alijs circumſtantijs aliud induceretur, vt ſi eſt talis, qui ex debito hoc conſueuerat, ut qa ex cauſa dominij, uel prælationis fuit in domo hoſpitis, uel in domo exempti. De modo etiam conſtat quãdoque quem pati utentem uti pro iure ſuo, puta ſi ille in cuius præiudicium quis utitur contradicebat. Et nihilominus utens uſus fuit. Item conſtare poteſt quòd expreſſa uerba utentis, quibus exprimit uti de iure ſeruitutis, ita quod non ex gratia, ſed ex debito citius intendit, & his contra quem utitur, nec uerbo nec facto contradicit. Ex quibus concluditur, quòd ex actibus & uerbis, & modo, & ex alijs circumſtantijs arbitrabitur bonus iudex, & transfundet onus probandi in alterũ, vt per multa exempla declarat, de cau poſ. c. fin. 37. collatio. ver. nunc videndum reſtat, cum tribus aliis columnis ſequẽtibus. Vide omnino Inno. in c. ſi diligenti de præſcript Bart. etiam ponit exemplum, de poſſeſſione iuris eligendi, ad quã quærẽdã ſufficit vnus actus electionis, vt ipſe no. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere, actuque priuato.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium an quæratur vtenti, ex alterius patientia uoluntaria, ſi habet in ſe voluntatem meticuloſam, & puſillanimem, transfertur quaſi poſſeſſioni vtentem, & formatur in meticuloſam, ſi non erat quaſi formata creatur de nouo in utentem, quando actus eſt talis, qui non pateretur niſi ius habentẽ, licet forte hęc quaſi poſſeſſio non proficeret quo ad omnia remedia poſſeſſoria, ſi patienda eſt ex toto uoluntaria, ut quando is contra quem intenditur quaſi poſſeſſio, contradicit, & facit quidquid poteſt ne alter illam acquirat forte non audens contradicere proteſtationi, quod non conſentit. Tunc Inn. quandoque dixit, quaſi poſſeſſionem non acquiri cum appareat poſſeſſorem non habere animum deſerendi, per quod cõcludi uidetur, in corporalibus uiolentam poſſeſſionem haberi non poſſe, quia in ea creanda exigitur pati. In alia parte Inno. dixit contrarium. Sed pro concor. dic, quod ſi uiolenter patiens non credit vtentem vti ut pro iure ſuo, non acquirit ille quaſi poſſeſſionem. Si autem credat eum uti pro iure ſuo, tunc ſi violentia infertur ſubiectioni poſſidentis, non acquiritur quaſi poſſeſſio. Item ſi violentia infertur ipſi poſſidenti, quia non ſuſpicatur ſe non poſſe repelli, ex quo quantum in ſe eſt, contradicit, vel proteſtatur, uel officium ſacerdotis implorat, ſed ſi non proteſtaretur poſſeſſionem perdit. Et idem ſi ageretur de poſſeſſione creanda, quia illa creatur per modum poſſeſſionis habendæ uiolentã, quaſi poſſeſſionẽ. Quia aũt dictum eſt proteſtantem non perdere quaſi poſſeſſionem, intellige niſi aliquis caſus exterior intercedat ad monſtrandam priuationem, vt ſi eſt ueniens ad eligendum, eijciatur extra Capitulum. Nam quantumcunque contradiceret, & proteſtaretur, perderet quaſi poſſeſſionem. Sed ſi electus non poſſidet, de tali violentia cãtiua creari poſſit, ut præmiſſa omnia per exempla no. do. Anto. de cau poſſ. c. ſi. 40 col. ver. tertio dicebam, & aliquid de reſti. ſpol. c in literis. 19. colum. ver. ex parte eius.

Poſſeſſio ſeu quaſi licet non poſſit acquiri in corporalibus ex patientia uiolenta præciſa, uerum eſt non ratione iuris, ſed rei, in qua ratione iuris eſt dare naturalem poſſeſſionem, vt patet in uſufructu, & vſu, ubi bene poteſt acquiri poſſeſſio naturalis ipſius rei per vim præciſam. Sed per hoc non dicitur quis habere quaſi poſſeſſionem iuris vſusfructus. no. do. Ant de reſti. ſpol. c. in literis. 19. col. uer. ex parte eius, & vide inſ. §. poſſeſſio iuris vſusfru.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis in caſtro an acquiratur expellenti uiolenter poſſeſſorem de Caſtro. Dicit Bar quod non, ſi iuriſdictio competebat pro parte in caſtro, ſed remittitur ad ſuperiorem. Tu autem in hoc dubio tene tex. & gl in cle. 1. de fo. compet. ut no. do Ant. de cau. poſſ. & propriet. cap. ſi 42 col. ver ex his apparet.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium non poteſt acquiri, ſine patientia eius, de cuius perditione agitur. An autem exigatur patientia proprietarii, uel ſufficiat patientia poſſeſſoris, dic quod ſi quis eſt poſſeſſor iuris ciuilis, quaſi poſſeſſio agitur per alium, quæri ſufficit illius patientia ad poſſeſſionẽ transferendam, ut ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione eligendi,

vel

Digitized by Google

vel præſentandi, patitur alium eligere, vel præſentare, vel exiſtens in quaſi poſſeſſione iuris ſubiectionis, patitur alium illo iure vti. Si autem quis non eſt in quaſi poſſeſſione illius iuris quaſi poſſeſſio, quærit ille tunc, ſi rē poſſidet titulo iuſto, & bona fide, ita quod habeat publicianā, & ſufficit patientia, alias ſecus. Et ſi de plurium præiudicio agitur, omnium patiētia exigitur. No dom. And de cau. po. cap. fi 43. col. ver. venio ad tertium.

Poſſeſſio iuris eligendi, licet acquiratur ex eo, quod aliquis patientibus canonicis eligat, tamen ex hoc non acquiritur vniuerſaliter quaſi poſſeſſio totius iuris canonicalis, cum illam dare videar ab inſtituente, n ſi canonici ſoli haberent ius adminiſtrandi, & inſtituendi. Not. domin. Anton. de reſtitutio ſpoliat capitu. in literis. 21. columna. verſicu. dicebam tertio.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium non acquiritur abſque patientia illorum, de quorum præiudicio agitur. & ſi eorum iura ſint ſeparata, ita quod vni tantum fiat præiudiciū, & alterius ius ſaluum maneat, tunc ſufficit ſcientia, & patientia eius, cui præiudicatur, licet alter ignoret, vt ſi plebanus, intendit quærere quaſi poſſeſſionem plebanalem in plebem alterius diœceſis, ſub illo diœceſano ſufficit ſcientia plebani, etiam ſi epiſcopus ignoret, quia ipſius epiſcopi non tangitur præiudicium, ſed plebani, vel ſi quis intret eccleſiam animo quærendi poſſeſſionem eccleſiæ, ſcire debet tantum is de cuius præiudicio tantum agitur, vt per multa alia exempla not. dom Ant in d cap fin. 42. colum. verſic. ex hoc concludit, & ver ſequenti.

Poſſeſſio ſeu quaſi ſubiectionis non poteſt aliter acquiri in alterius præiudicium, niſi obediendi ſcientia, & patientia, quam ſubiecti alteri præſtāt, interueniat, & tunc proteſtetur, quod non intendat, quód ſibi præiudicetur, licet ſubiecti paterentur, ſecundum Ioan Andr. Idem ſi non proteſtetur, dum tamen ignoret, qui ſubiecti domino præiudicare non poſſunt, ex ignorante, ſecundum Innoc. Hoc limita in domino habente quaſi poſſeſſionem iuris tantum. Vbi autem ius eſt tale, quod per id habetur vera poſſeſſio rei, & quaſi poſſeſſio iuris, vt in iure vſusfructus, tunc eligitur media via, vt inſpiciatur animus ſubiecti poſſeſſi, vt ſi patiatur ab alio ſe apprehendi. & nō gerat ſe in aliquo pro ſubiecto primi, perdit primus, & iam ignorans quaſi poſſeſſionem iuris tantum, ſi alius exercens in ſubiectum agit creare nouam ſpeciem poteſtatis, per quam non derogatur iuri alterius, acquiritur quaſi poſſeſſione ex ſola patientia ſubiecti, in quantum non præiudicat ſuperiori in aliquo. Not. do. Ant. de cau. po. c. fi. 49. col. ver. ex his patet.

Poſſeſſio iuris vſusfructus acquiritur ex eo, quod quis ingreditur, vel inducitur in poſſeſſionem fundi in quo vult acquirere quaſi poſſeſſionem vſusfructus, licet de ipſo fundo nihil percipiat, ſecundum Inno. vt no. do. Ant. de reſtit. ſpo. c. in literis 12 col. verſi. per hoc determinatur, & vide ſup. § poſſeſſio, ſeu quaſi licet.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris vſusfructus admittitur eo ipſo, quód ſubiectus vſufructuarij alteri obedientiam præſtet, & non gerat ſe in aliquo, pro ſubiecto ipſius vſufructuarij. no. dom. Anton. in dicto capitulo finali, decimaquinta columna, verſ. ex his.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis non poteſt acquiri, cum ciuitate quam tyrannus occupat, licet tyrannus patiatur, quia nō pendet a tyranno, qui ius non habet ex patientia tranſferendi poſſeſſionem ſecundum Bar. quod intellige, quando tyrannus eſſet in poſſeſſione ciuitatis, nōdum formata quaſi poſſeſſione iuriſdictionis. Sed ſi haberet quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis formatam ex patientia Imperatoris, vel alterius ſuperioris, a quo pendet ius transferendi quaſi poſſeſſionem, tunc illam formatam ex ſui puſillanimitate perdere, & per patientiam in alium transferre poteſt. Not domin. Antonius. in dicto capitulo finali. 47. columna. verſiculo per hoc infertur.

Poſſeſſionē ſeu quaſi iuriſdictionis nullus poteſt contra aliquā ciuitatem acquirere vacante imperio, cum ibi non ſit perſona, quæ poſſideat adminiſtrationem imperij, a qua habeāt patientia, ſecundum Bar. quod eſt falſum, quia vacante Imperio ſuccedit papa in adminiſtratione. Ideo ex patientia papæ quæri poſſet, quia vacante dignitate ſufficit patientia cuſtodis adminiſtrantis no dom. Ant de cau. po. c fi 47. columna. ver. tertio dicit.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris conferendi beneficium, nō poteſt per alium acquiri. vacante ſede Epiſcopali, niſi Capitulum ſuccedat in poteſtate conferendi, quo caſu ex patientia Capituli poſſet quis conferendo quaſi poſſeſſionem acquirere. no. dom. Anton. in dicto capit. finali 47. columna. verſic per quæ dicitur.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris improbati nō poteſt acquiri, vt ſi quis diceret ſe eſſe in quaſi poſſeſſione concubinatus, quia tale ius eſt a canone reprobatum. Item ſi quis vellet acquirere poſſeſſionem meretricalis iuris. not do. Ant. in d c. fi. 47. col. ver reſtat vltimo.

Poſſeſſio ſeu quaſi iurium incorporalium acquiritur, quando exercentur actus proportionabiles iuri totali, & cuilibet eius parti. Ideo ſi quis vtitur iure eundi ad fontem animo acquirendi viam, & hauſtum, acquirit quaſi poſſeſſionem viæ, & hauſtus. Et qui vtitur iure canonicali. quo ad actum cantandi, & eligendi, & vocem in Capitulo dandi, vel iuris patronatus, quo ad actum alimentandi, præſentandi, ac poſſeſſionis, & honorificentiæ, abſque dubio poſſeſſionem totius quaſi iuris canonicalis, vel patronatus acquirit. Not dom. Anto. dicto capit fin quadrageſima octaua colum. verſ. reſtat, vltimo videre.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris incorporalis an acquiratur ratione totius iuris per exercitium partis eius, dic quod aut conſtat de intentione exercentis, quod vult poſſeſſionem acquirere ſolum reſpectu partis exercitæ. Aut conſtat quod voluerit totius iuris poſſeſſionem quærere, aut dubitatur. primo caſu non acquiritur quaſi poſſeſſio vltra, quam exercens intendat. Secundo caſu diſtingue, aut agitur de quaſi poſſeſſione creanda, aut de iam creata acquirenda. Si de nouiter creanda, & tunc per exercitium in certa ſpecie iuris acquiritur, quaſi poſſeſſio in alia ſpecie eiuſdem iuris comprehenſa eodem genere, ſi illa alia ſpecies eſt æqualis inferioris gradus, niſi poſſeſſio ſit illicita, & contra ius non iuſtificata in aliquo titulo quo caſu tanquam odioſa reſtringitur ad limites vſus, & non extenditur ad aliam ſpeciem, æqualis, vel minoris gradus, tamen nunquam extenditur ad ſpeciem maioris gradus. quia in diſproportionabilibus de facili non fit tranſitus, niſi intētio illius, cui acquiritur, aliud operetur, vel niſi quælibet ſpecies maior, vel minor ſit vnita conuentione tractatus, vel actus præcedentis, quo caſu per exercitium partis, tota quaſi poſſeſſio quæritur, etiam ad maiorem ſpeciem. Si autem agitur de quaſi poſſeſſione, iam creata quærenda, tunc ſi iuſta eſt, & poſſeſſor voluntarie patitur. quod totum quærat, abſque dubio per exercitium partis totum, ſub eodem genere clauſum acquirit, quia quaſi poſſeſſio tunc eſt vnita. Sed ſi poſſeſſori volenti acquirere ius reſiſtit, non tamen iuſtificatur ex ſola patientia poſſeſſoris, tunc tantum quantum exercuit poſſidet, & non plus. Et idem ſi patientia ſit meticuloſa. Tertio caſu quando dubitatur de intentu, ſtatur dicto vtentis. no dom. Anton in dicto capit. fin. 48 columna. verſiculo reſtat vltimo cum tribus colum. ſequentibus, & aliquid tangitur de reſtit. ſpoliat cap. in literis. 11. col. ver. in quib. caſib.

Poſſeſſio ſeu quaſi vniuerſalis iuriſdictionis, in ciuitate acquiritur eo ipſo, quód per ſolitas partes ciuitatis intentantur bāna, & quód quicunque ſic fecerit, talem pœnam incurrit, dato quód nullus incurrerit, vel punitus fuerit, quia eo, quod actus banni eſt vniuerſalis, ad totum populū, & populus patitur volentem exercere iuriſdictionem. Not Dom. Anto. de cau poſſeſſ. capitu. fin quadrageſima octaua colum. verſi. reſtat vltimo.

Poſſeſſio rei corporalis ex vſu partis acquiritur ex qualibet parte, quæ non ſit omnino ſeparata. Ideo ſi attingo vnam partem fundi, cum intentione acquirendi poſſeſſionem totius fundi acquiro. Sed ingreſſu partis fundi non acquiritur poſſeſſio alterius fundi, ſub diuerſo limite conſtituti. not. dom. Ant. in d 48. col verſ reſtat vlt.

Poſſeſſio rei corporalis ſemel habita ſecundum totum retinetur per vſum partis, ita & quaſi poſſeſſio iuris incorporalis. Ideo exiſtens in quaſi poſſeſſione vſusfructus, & in quaſi poſſeſſione ſeruitutis actus, quia vnica eſt poſſeſſio, & contigua, tunc tangendo partem, totum artificialiter tetigiſſe videtur. no. dom. Anton. de cau po cap. fin. 48 colu. verſi. puto dicendum.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis non acquiritur vniuerſaliter per exercitium partis ipſius, quando iniuſte exercens actum ciuilis iuriſdictionis non acquirit quaſi poſſeſſionem criminalis, nec ſpiritualis, nec men, nec mixti Imperij, & ſimiliter exercens actum iuriſdictionis voluntariæ, non acquirit quaſi poſſeſſionem contentioſæ, quia eſt altioris, & maioris gradus No. dom. Ant. in d. c. fi. 50. col. ver. hæc vera poſſeſſio, & vide in § ſeq.

Poſſeſſio ſeu quaſi vniuerſalis iuriſdictionis acquiritur per exercitium partis ipſius, ſi ius iuriſdictionis vnitum ſit cum iuriſdictione, vel conuentione, vel contractu, vel actu procedendi, vt quia prælato ſit collata dignitas, habens iuriſdictionem ciuilem, criminalem, & ſpiritualem, voluntariam, & contentioſam, ac merum, &

mixtum imperium, aut alicui baroni ſit donata iuriſdictio, ac merum, & miſtum impium alicuius ciuitatis altero illam non poſſidente conceſſum, aut alteri donatum, vel collatum. His enim caſibus per exercitium partis iuriſdictionis tota acquiritur, quia omnes partes ſunt ſpecies vnitæ & vidẽtur æquales. No do. Ant. in d. c. fi ead coll. verſi. hæc vera niſi ius alteri non poſſidenti ſit donatum, vel collatum. His autem caſibus per exercitium partis ſi ex ſola patientia poſſeſſoris iuſtificatur poſſeſſio alterius volentis illam acquirere, tunc extendo partem, cum intentione quærendi totam, & tota quaſi poſſeſſio acquiritur, ſi non iuſtificatur ex ſola patientia poſſeſſoris, tunc tantum, quantum exercetur, acquiritur, & non plus. Idem ſi patientia eſt mendoſa, vt no. dicta q. 2. col. ver. quandoque agitur de creanda, & aliquid tangit de reſtu. ſpol. c in literis. 21. col ver. dicebam.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris canonicalis vniuerſaliter acquiritur p exercitium partis ipſius iuris, ſi præceſſit collatio canonicatus. Ideo ſi canonicus exercet actum eligendi, vel recipit domum aliis canonicis dari conſuetam, vel alium actum iuris canonicalis exercet animo quærendi totum, tunc etiam totum quærit, quia actus ſunt partes ſubiectitiæ iuris canonicalis. No do. Ant. de cau. po. & non habentur vt ſpecies ſeparatæ, ſed cenſentur vnitæ vi præcedentis collationis canonicorum. no. do. Ant. de cau po. & propr e fi. 2. col. ver. hæc vera, niſi ius, & ver ex his apparet. Vbi autem collatio non præcederet, & aliquis in electione exerceret actum dandi voces in Capitulo, per hoc non apparet quaſi poſſeſſionem iuris eligẽdi, vel vocem dandi in electione acquiri poſſe, & idem ſi eſſet in quaſi poſſeſſione iuris canonicalis per exercitia aliorũ actuum, quam electionis. Tunc enim actus eligendi non eſt omnino pars ſubiectiua iuris Canonicalis, cum multi ſunt ẽt canonici, qui non habent ius eligendi, ſecus ſi aliquis interſuit poſtulationi, quia per hoc acquirit quaſi poſſeſſionẽ iuris eligendi, & e conuerſo, cum hæc ſint partes coæquales, & ſubiectæ eiuſdem generis, & finis, ſiue promiſſionis, no. ea. col. 91 ver per hoc determinatur, & ver. item ex his patet. Quod autem dictum eſt, quaſi poſſeſſionem iuris eligendi non acquiri per exercitium alterius partis ipſius iuris, non præcedente collatione, locum habet, cũ agitur de poſſeſſione creata io alium tranſferenda, quo caſu, ſi ex patientia poſſeſſoris iuſtificatur poſſeſſio nolentis acquirere exercendo partem, querit totum, quia quaſi poſſeſſio eſt vnita. Ideo ſi canonicus exiſtit in plena quaſi poſſeſſione iuris canonicalis, & aliquis poſtulat pro eiſdem canonicis patientibus, acquirit ſibi etiã quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, cum patientia canonicorum iuſtificetur poſſeſſio, vt no. 52. col. ver. quandoque agitur de creanda, & ver. per hoc dicit Archid. Si autem, vt dictum eſt, quaſi poſſeſſio iuris eligendi non acquiratur per exercitium alterius partis iuris canonicalis, contradicere videtur, quòd no eo. c. pen. col. ver per hoc dico. Quod ſi quis concluditur iudex conſuetam conferri canonicis, vel aliam rem iuris canonicalis, ſcientibus, & patientibus illis, ad quos ſpectat transferre ius canonicale, acquiritur quaſi poſſeſſio iuris canonicalis, nec poteſt videri, quod ibi non loquitur de exercitio iuris incorporalis, ſed de ingreſſu corporali eccleſiæ per quem ius quæritur, vel die quod ibi debet intelligi de acquiſitione quaſi poſſeſſionis iuris canonicalis, quo ad alia, præterquam ad ius eligendi, quia id ſemper canonicis non competit, vt dictum eſt.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris decimandi per rectorem in parochia ſua vniuerſaliter acquiritur per vſum partis ipſius iuris. Ideo ſi rector recipit decimam ratione vnius, acquirit quaſi poſſeſſionem etiam quo ad granum, & alia decimalia, quia poſſeſſio eſt iuſta, & quia iſtæ ſunt partes ſubiectiuæ iuris decimalis, & comprehenſæ ſunt eodem genere. no. do. Ant de cau. po. c. fin. 91. colu. ver. ex his apparet. Secus ſi quis vellet quaſi poſſeſſionem iuris decimalis acquirere in parochia aliena, quia tunc recipiendo decimam ratione vnius non acquireret quaſi poſſeſsionem ratione alterius ſpeciei, quia talis poſſeſſio eſt iniuſta, & eius reſiſtit, & non iuſtificatur ſola patiẽtia poſſeſſoris, vt not. 92. columna verſi. per hoc dicit Archidiacon.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris decimalis non acquiritur, & hoc quòd quis intret, vel inducat in fundum decimabilem niſi aliquid nomine decimæ inde percipiat not. dom. Anton. de reſtitu. ſpoliator. capitulo in literis columna 22. verſiculo ſi appre-henditur.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris patronatus vniuerſaliter non acquiritur per exercitium partis. Ideo licet quis tanquam patronus defendet bona eccleſiæ, vel ab eccleſia alimentetur, per hoc non concluditur eſſe in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi, niſi forte ex voluntate patroni poſsidentis aliquem actum ipſius exerceat, vt totum quærat, vel aliquis actus præceſſerit aptus ad tranſferendum vnum totale. No. dom. Ant in dicto capit fin. quæſt 3. columna. verſic. de his apparet. An autem ex eo quis probet, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, vt concluditur quaſi poſſeſſio totius iuris patronatus, vide dom. Ant. de electio. cap. querelam. ver. no. ſecundo quod verbum eligendi.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris epiſcopalis, vel alterius prælaturæ, ſiue dignitatis acquiritur vniuerſaliter per exercitium partis, quando præceſsit collatio ipſius iuris altero non poſsidente, & exercetur actus in loco ſuæ diœceſis, vel etiam vbi eſt dubium, an in diœceſi exercuit actum decimãdi, nihilominus acquirit quaſi poſſeſsionem totius iuris epiſcopalis. Not. do. Anton. in dicto capit. fin. colum. 91. verſi. hæc vera niſi ius, & 92. columna 5. verſ. ex his infertur. Altero autem poſsidente ſecus, vt no 92. colum. verſic. quandoque agitur de creanda. Item ſecus, ſi actus exerceatur in diœceſi aliena, vt colligitur, & not. eadem columna. verſicu. per hoc dicit Archidiaconus.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuris incorporalis concernentis vnam rem tantum, vt totam ipſam rem, acquiritur vniuerſaliter reſpectu totius rei vniuerſalis ex ſolo vſu partis ipſius rei, & vnam rem appello habito reſpectu incomprehenſibilitatis ipſius rei vel iuris, vt in iure epiſcopali vnam parochiam, vel in iure iuriſdictionis vnam ciuitatem, vel vnum caſtrum. Si autem ius non concernit totam rem, ſed poteſt reſtringi ad aliquã eius partem, vt ſeruitus viæ, tunc ſi vſus eſt innatus in re tota, videtur etiam ex vſu partis rei acquiri, quoniam poſſeſsio iuris eundi per totam rem, licet ius habens compellere poſſit de iure ciuili, vt non eatur, ſed ſi vſus eſt determinatus ad certam partem rei, tunc quaſi poſſeſsio, reſtringitur ſolum ad illam partem qua quis eſt vſus. Vbi autem vſus concernit res plures, & agitur de quærenda quaſi poſseſſione ipſius iuris in pluribus rebus, tunc ſi res ſunt omnino ſeparatæ, quia nec reſpectu iuris, inter eas eſt coniunctio aliqua, nec quæritur quaſi poſseſsio, niſi in qua datur iure exercitium, niſi forte aliæ res ſeparatę accederent, vt ſubiectæ, vel acceſſoriç, ſed ſi res non ſunt omnino ſeparatæ, ſed vnitæ ſaltem reſpectu contingentis iuris, vel contiguitatis iuris, & ſunt contiguæ habitu, & actu; tunc per exercitium in vna re quæritur quaſi poſſeſsio, etiam quo ad alias. Secus ſi ſint contiguæ ſolo habitu, ſed non actu, tunc per exercitium in vna re quæritur quaſi poſſeſsio etiam quo ad alias. Secus ſi ſint contiguæ ſolo habitu, ſed non actu, vt per multa exempla. no do Ant. de cau. poſ. c. fi. 93. columna. ver. vltimo, cum tribus ſequentibus colum.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis in ciuitate, vel caſtro acquiritur in tota ciuitate, vel caſtro eo ipſo, quod in aliqua parte ciuitatis, vel caſtri exercetur iuriſdictio, ſcientibus, & patientibus illis de ciuitate, vel caſtro, niſi forte iuriſdictiones eſſent diuiſæ per quarteria, quia tunc licet exercitium in vna parte quarterij ſufficeret ad quaſi poſſeſſionem quærendam in toto quarterio, tamen nõ ſufficeret reſpectu alterius quarterij. Not. dom. Ant. de cau. poſ. capit fin. 93. colum. verſic. nunc vltimo reſtat.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiritur vniuerſaliter contra omnes de populo per vnum actum generalem in illo populo exercitum. not. Rot. conclu. 399. vide infra §. poſſeſsio officij.

Poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis acquiſita in vna ciuitate, vel caſtro, non protendit effectum ſuum ad aliam ciuitatem, vel caſtrum, niſi forte ciuitas haberet caſtra ſubiecta in quibus conſueuit dictæ principalis ciuitatis iuriſdictionem exercere, vel niſi eſſent alia neceſſaria, tunc enim acquirens quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis in ciuitate, vel caſtro cenſetur etiam eſſe in quaſi poſseſsione iuriſdictionis in caſtro, & villa eidem ciuitati, vel caſtro ſubiectis, & alijs rebus acceſſoriis. Not. Dom. Anton. in dicto capit. fin. 93. colum. ver ſi agitur, de præben.

Poſseſsio ſeu quaſi iuriſdictionis, licet acquiratur tota per exercitium partis, ex eo, quod omnes partes iuriſdictionis ſint contiguæ, & comprehendãtur ſub hoc toto, quòd eſt iuriſdictio, & ſic qui partem tangit, totum tetigiſſe videtur, tamen exercens iuriſdictionem io vno homine vnius populi, non acquirit quaſi poſseſſionẽ in alios homines eiuſdem populi, quia licet omnes de populo ſint contigui ſub hoc toto, quòd eſt venditio, de qua agitur quæri, tamen non datur cõgruitas, ſaltem actu, reſpectu illius iuris, quòd agitur quæri. Et hoc verum, quando in populo non eſt aliquis ſuperior habens iuriſdõnem in oẽs alios, ſecus ſi ibi eſſet dñs his exercetiunt iuriſdõnis in toto populo, & alter ibi exerceret iuriſdõnem in aliquo de populo illo dño ſciẽte, quod alter exerceret vt quaſi poſseſſionẽ acquireret in toto populo, quia vniuerſaliter iuriſdictio iam erat vnita, & contigua in toto populo.

Ideo

Ideo tangens partem totum tetigiſſe videtur, nec tunc extẽditur iuriſdictio de perſona ad perſonam, quia vna erit iuriſdictio in una perſona, quæ plures comprehendit. Et ideo ſi quis comes habet comitatum, & iuriſdictionem in comitatu, & alius tamquam comes exercet iuriſdictionem illo patiente in aliquo de comitatu in toto comitatu, acquirit quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis no do. Ant. de cau. po. c. ſi antepenult col. Et no. Ro conclu. 399.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis exercitę in vniuerſitatem, ut vniuerſitatem, non operatur quod exercens cenſeatur acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem in ſingulos, quia alia eſt vniuerſitas, & aliud ſunt ſinguli No. do. Ant. in d. c. ſi. pen. col. ver & per hoc dicit Inno.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuriſdictionis epiſcopalis quam habet epiſcopus in certo populo, acquirit alteri in toto populo, eo ipſo, quod eam exercet, tanquam epiſcopus in quoldam de populo, ſciente, uel patiente epiſcopo proprio. not. dom. Anto. in dicta antepenult col. ver idem puto.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris decimalis acquiſita in vna parochia, nõ operatur acquiſitionem quaſi poſſeſſionis in alia, niſi ſit illa ſubiecta, vel acceſſoria. Not dom. Anto. in d. c. ſi 93. col ver. ſi agitur de quærenda. exercens autem ius decimale reſpectu vnius fundi ſcientibus, & patientibus omnibus de parochia, ſi fundus eſt communis omnium acquirit quaſi poſſeſſionẽ totalis iuris decimalis, etiam quo ad omnes fundos alios, vt no 100. columna verſi. nunc vltimo. Sed ſi fundus eſt vnius, tantum, non acquiritur quaſi poſſeſſio iuris decimalis, quoad fundos aliorum, quia eorum patientia non interceſſit. Et hoc verũ. quando nullus erat in poſſeſsione iuris decimalis, aliquã. ſo alio exiſtente in plena, & totali quaſi poſſeſſione illius iuris & exercente ius decimale in vno fundo ſciente, & patiente poſſeſſore illius iuris, acquireret poſſeſſionẽ fundorum aliorum quia eorum patientia non requiritur, vt patet ex notatis in antepenultima colu. ver. per hoc dico, quod ſi aliquis.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris eligendi, vel præſentandi, acquiſita per exercitium ipſius iuris in certa eccleſia, non operatur acquiſitionem, vel quaſi poſſeſſionem in alia eccleſia, niſi eſset illa in qua factum eſset exercitium ſubiecta, vel acceſsoria. no. do Ant. in c. ſi. 93. col uer. ſi agitur de acquirenda.

Poſseſſio ſeu quaſi iuris eligendi an acquiratur ſola patientia exercitu actus eligendi, an etiam exigatur patientia in confirmatione, vel in actu, quem electus agit, vt prælatus. Tu dic, quod ſi contingat de voluntate habẽtium ius eligendi, quòd permittant alium tamquam ius habentem eligere, hæc ſola patientia ſufficit. Idem ſi conſtat tacite, vt quia ſecum eligũt, & non proteſtantur, tamen ille eis inuitis, vel de Capitulo electus eligit. Si tamen illi ad quos pertinet ius eligendi, in continenti, poſt electionem eligerent alium, vel electioni illius deijcientis contradicerent iudicis officium implorãdo, uel alium actum contra electionem faciendo, poſsent in cõtinenti recuperare poſſesſionem, vbi autem actus electionis fieret per aliquem tali modo, ꝙ non eſſet clarum de patientia, & voluntate habentium ius eligendi, vt quia ipſe eligit illis ſcientibus, & tunc habeant poteſtatem contradicendi vſque ad confirmationis actum, uel alium per quem electus ſe gerat pro prælato, non intelliguntur actum electionis pati illi vt ius habenti, ſed quia credunt, quòd nihil agunt, & expectant hoc detegere, ſuo tẽpore, & idem in iure præſentandi, & ſimilibus not do. Anto. in d. c. ſi. vltima colu. Et ſecundum præmiſſa intellige, quod idem dom. Anto. no. de reſti. ſpol. c. in literis 8. collatio. ver. requiritur. Tertio vbi concludit ſufficere quòd habentes ius eligendi patiantur eligere, dato quod electio non habuit effectum, & idem dicit ibi uolenti quærere poſſesſionem iuris confirmandi, quia ſufficit habentes ius confirmandi pati confirmationem.

Poſſeſſio quæ erat penes prælatum, eo defuncto non extinguitur, ſed remanet penes eccleſiam, & idem videtur in poſſeſſione cuiuſlibet beneficij. Et ideo nouus prælatus, uel clericus ſuperueniens, etiam ante adeptam poſseſsionem prælaturæ, vel beneficij, poteſt nomine eccleſiæ nomine ſuo intentare iudicium poſſeſſorium pro annua penſione prædeceſſoribus ſuis ſoluta, & nunc ſubtracta. Quod limita, niſi alius illud ius percipiendi penſionem quaſi poſſideret. No Ro. cõclu ſio 4. Et idem no dom. Anton. in d. cap. ſi. ſuper tertia colum. in fin.

Poſſeſſio tunc acquiritur per aſpectum, quando tradens eſt in conſpectu rei cauſa poſſidendi, ſecus ſi res eſt vacans. Not. Bar. in l. 1. in princip. ff de acqu poſſ. & no. glo. in cle. 1. in ver. porro. de hęreticis, ſuper verbo iuramentum. Hoc intellige, quando rei vacantis quis vult acquirere poſſeſſionẽ ſine traditione alterius, ad hoc poteſtatem habentis. Sed ſi executor habens poteſtatem a iudice mittendi in poſſeſſionem tradit per aſpectum rem quam ingredi non poteſt, tunc acquiritur poſſeſſio per aſpectum, ſecus ſi ingredi poteſt, ut not. ibi. per Bar. & ita ibi limit quod no ibi per Specu. in tit. de primo, & ſecundo decre. §. ita de effectu, in prin. vt quòd not Anto. de reſti. ſpo. c. cum veniſſent. ver. non omitto vlt. col. Nec dicatur, quòd Bar. loquitur in prætorio pignore, quod ſolo aſpectu conſtituitur, quando non patet ingreſſus. quaſi hoc operetur fauor iudiciorum, quia non minor eſt auctoritas executoris papæ, quã inferioris iudicis. Et opinio Bar. eſt valde æqua & optime probatur, in l. quamuis. ff. de bo. auctoritate iudic. poſſid. & de dam. infect. l. ſi finita. §. illud, & §. penult. in quibus patet, quod tenuta eſt, quæ eſt magis meri facti quam poſſeſsio. ut no. Bar. in d. l. in prin. acquiritur per aſpectum, in certa traditione exequutoris, non habentis liberum arbitrium ad rem, ergo per eandem rationem acquiratur etiam poſſeſſio. Et hoc voluit Barto. in d. l. in prin. in quæſtione, quam format de detentione, vbi quærit, an detentio ita acquiratur ex traditione facta per aſpectum ſicut poſſeſſio, quaſi non dubitauerit quando poſſeſſio acquiratur, ſed de detentione dubitatur, quia magis eſt facti. Ad de limitando Bartol. quod tunc demum iuſſus mitti in poſſeſsionem per exequutorẽ, acquirit poſſeſſionem per aſpectum, ſi petit per alium, quia poſſeſſionẽ intrare non potuit, & ita limitat Ange. in l. cum vnus. § ſi. ff de bo. auctor. iudi. poſſid. & eſt caſus. in cap. cum contingat de dolo.

Poſſeſſio non acquiritur mihi per amicum meo nomine intrãtem, & poſſidentem, vbi ratum non habeo, & ita intellige regulam is poſſidet. Ro. conclu. 149.

Poſſeſſio ſemel habita præſumitur vſque ad mortem continuata, niſi probetur contrarium no. Ro conclu. 121. in ſi.

Poſſidere præſumitur, qui detinet no Ro conclu. 192 in ſi.

Poſſidentis conditio melior eſt in pari cauſa. de præbend. cap. ſi a ſede. lib. 6.

Poſſeſsio recens non facit præſumi in beneficialibus bonam fidem, nec iuſtum titulum. no. Ro. conclu 4. & Innoc. in c. 9 de reſti in integ.

Poſſeſsio beneficij dicitẽ collata, ſi poſſidens docet de inſtitutione per epiſcopum facta, licet non doceat de præſentatione, ob quam fuit facta inſtitutio. no Ro. concl. 184.

Poſseſſio contra reſeruationem papalem obtenta eſt meri facti, & caret omni effectu, & adminiculo iuris ſine quo in beneficialibus poſseſsio non procedit, & eſt inualida. No. Ro. conclu. 16.

Poſseſſionem beneficij poteſt auctoritate propria ingredi quilibet habens canonicum titulum, ſecundum Ho. & Io. And. de cau. po e. ſi. 35. col. & de reſtit. ſpoliat. in literis. 26. col. uer. venio ad ultimum in ſi. col.

Poſseſſionem beneficij violenter ingrediens priuatur omni iure quòd habet in eo, etiam ſi is, qui violenter expulit, occupat iniuſte. no. Ro conclu. 16. & conclu. 379 ſecus ſi ingrediens poſseſſionem nullam violentiam committit, licet propria auctoritate ingrediatur, vt no conclu. 440.

Poſseſſio beneficij amittitur eo ipſo, quod quis renunciat beneficio, no. Ro. conclu. 399. quod eſt verum in poſſeſſione iuris, ſecus in ea, quæ eſt facti, & idem in eo, qui renunciat liti, & iuri ſuo, quia retinet poſſeſſionem facti, & non licet ei, in cuius fauorem renunciat, apprehendere poſseſſionem propria auctoritate, & ſi renuncians illa poſseſſione quæ eſt facti, ſpolietur reſtituitur No. Ro. conclu. 194.

Poſseſſionem ſi quis amittit eo ipſo, quod cum illo beneficium permutat, ideo non agit interdicto vnde vi, nec ex canone redintegranda No Ro. conclu. 99.

Poſſeſſio in beneficialibus poteſt haberi abſque canonica inſtitutione, & ſic defectus proprietatis tituli non impedit poſſeſſionem, nec effectum a ſola poſseſſione deriuatum. not. do. Ant. de reſti. ſpoli. c. in litteris. 3. col. ver nota, quòd contra, licet autem ad poſſeſſionem habendam non requiratur canonica inſtitutio, requiritur tamen colorata, ſiue titulus putatiuus, vt no. 12. col. ver. ad eius euidentiam.

Poſseſſio an perdatur eo ipſo, quòd poſſeſſor permittit alium de facto tenere per annum, negligendo petere. vide Io. And. de elect. c. querelam ſuper verbo. de nouo. & uide quòd not. de reſtit. ſpol. c. olim, il primo, per do. Ant.

Poſseſſio ſeu quaſi eiſdẽ modis, quibus acquiritur, & cõtrarijs perditẽ. Vñ poſseſſio acquiſita per inſtallationem perditur, per deſtallationem, quod eſt verum, quando inſtallatur per habentem ad hoc poteſtatem. Si autem alius, ad quem pertinet inſtallare, faceret deſtallatum perdere non generalem poſseſſionem dignitatis, ſed illius loci tantum, vnde deſtallatus fuiſſet, nihil ageret. Secus ſi eſſet ſpoliatus auctoritate ſuperioris, iuris ordine ſeruato, ſecundum Innoc. de reſt. ſpoliat. c. in literis col. 31. ver. venio ad quartum.



Digitized by Google

Poſſeſſio acquiſita, ſine auctoritate ſuperioris eiſdem modis quibus acquiritur, eiſdem modis contrariis etiam perditur. no. do. Ant. de reſtit. ſpoliat. c. in literis, col. 26. verſ. venio ad quartum.

Poſſeſſio ciuilis, & naturalis transfertur in alium, per conſtitutum, ſi conſtituens vtramque habeat, ſi alteram tantum, illam transfert, quam habuit. no Bart. ff de acquir poſſ. l. interdum. §. fi. & C de pign l. creditore. verſ. Item quæro. quid ſi conſtituens nullam habuit, ſed ſimpliciter detinebat omnẽ poſſeſſionem, transfert ſi res erat vacans, & a nemine poſſeſſa. Si vero alter ciuiliter, vel naturaliter poſſidebat, illam transfert quæ vacans reperitur, ſi nulla vacat, nullam transfert. no. Bar. ff. de acq vel amittenda poſſ. l. quod meo, in princip. & dicta poſſeſſio, quæ acquiritur ex conſtituto, eſt vera poſſeſſio, non ficta. Sed traditio facta ſic, vt ibidem no. Bart. Et idem dicit dom. Ant de reſti ſpol c cum veniſſent 4. col. & vide ſup. §. poſſeſſio, ſeu quaſi omnium.

Poſſidere dicitur quis vi, clam, vel precario, vel alio modo, quo poſſeſſionem abſtulit, vel poſſeſſore abſente, & ignorante intrauit, vel ab eo precario rogauit. no. do. Ant. de præſcrip. cap. veniens, in gl. in prin.

Poſſeſſionem ciuilem, & naturalem transfert poſſeſſor in emptorem, vel alium a quo precario rogat, & immediate per talem rogationem transfertur naturalis in rogantem, quæ eſt noua poſſeſſio a prima, quia erat naturalis ſimpliciter, iſta eſt naturalis precaria. Not Bar. ff de acquir. poſſ. l. interdum, in princip.

Poſſeſſionem precario rogans ab alio, ſiue conſtituens, ſiue ab alio precario poſſidente poſſeſſionẽ habens, ſeu conſtituens ſe alterius nomine poſſidere, nullo modo poſſidet. Sed ſi in eodem inſtrumento eadem hora confecto vtrumque ponitur, ſcilicet precarij rogatio, & ſimplex conſtitutio, vel conductio, nullam poſſeſſionem retinet, nec habet qui precario rogat. Si vero in inſtrumento ſic contineatur, conſtituens ſe dicti emptoris, vel creditoris nomine precario poſſidere, talia verba ex mente contrahentium precarium tantum important. & ſic eſt videlicet creditor poſſidebat ciuiliter, venditor, & debitor naturaliter precario tamen Sed verba magis apta ad precaria ſunt, quando dicit conſtituens, quod ſcilicet dictus venditor, a dicto emptore, vel creditore precario nomine poſſideret. Not. Bartol ff. de acqui poſſ. l. interdum, in principio.

Poſſeſſionem precario rogans ab vno, ſi poſtea, eandem rem precario rogat, vel conducit ab alio, priuat primum ſua poſſeſſione, & ſecundum facit poſſeſſorem. Secus ſi quis primo conſtituit ſimpliciter alterius nomine poſſidere, deinde ab alio precario rogat, vel eius nomine poſſidere conſtituit, quia tunc primum ſua poſſeſſione non priuat. Ratio differentiæ eſt, quia primo caſu precario rogans naturaliter poſſidebat. ſecundo caſu ſimpliciter conſtituens nullam poſſeſſionem habebat, no. Bar. ff. de acqui. poſſ. l. interdum. §. fi. & l. qui pign. & de vſuca. l. Celſus ver. ſed pone.

Poſſeſſionem precario rogans ab alio, ſi non reſtituit rem ei, a quo rogauit dicitur eum ſpoliare poſſeſſione not. Bart. ff. de preca. l. ſi & probatur. in l. colonus, ff de vi, & vi arma.

Poſſeſſionem nullam retinet, qui rem, quam poſſidet ab alio, conducit no Bar ff de acqu poſſ. l. interdum in princ & ff. de vſucap l Celſus ver. ſed pone.

Poſſeſſionem ciuilem tantum hñs, ſi rem, quam ciuiliter poſſidet, in emphyteoſin dat, & nomine emphyteotæ poſſidere conſtituit, in eum transfert ciuilem, quam videtur voluiſſe eum habere, donec acquirat naturalem, quæ ſibi competitura eſt pro iure emphyteotico not. Bart. in dicta l interdum. § finali.

Poſſidere dicitur creditor ciuiliter, & naturaliter rem ſibi pignoratam, quam debitor ipſius creditoris non conſtituit. Sed ſi precario rogauit a creditore, tũc creditor ciuiliter poſſidet, debitor naturaliter, & precario. no. Bart. in d. l. interdũ, in prin. & ff de vſuca. l. Celſus ver ſed pone. Si autem non cõſtituit, nec rogauit, ſed tradidit realiter, creditor poſſidet, vt l. cum & ſortis. § pignus ff de pignor. ac & facit fructus ſuos, vt l. ſi pignore § ſi prædo. eo. tit & agit fur contra debitorem vt eo. tit. l. ſi pignore. in princ. Agit etiam quod metus cauſa, vt eadem l. ſi pignore §. 1. Agit & interdicto vnde vi, contra debitorem ſpoliantem vt not glo in l ſi pignore § ſi poſt diſtractum. & Bar no. de prædicta l. fi. Item eadem ratione, agetur vi bonorum raptorum pro re mobili. Aduertendum tamen eſt, quod poſſeſſio, quam habeat creditor, debet eſſe ad commodum creditoris, vel debitoris, quo ad dominium, & vſucapiendi conditionem, & illo reſpẽctu dr̃ debitor poſſidere, reſpectu non creditor, vt l. ſciendum. § creditor ff. qui ſatiſd cogan. & ibi no. in gl. & propterea debitor rem pignoratam vendendo, & tradendo, vel emptoris nomine conſtituendo, transfert in eum dominium, & vſucapiendi conditionem, vt not Bar. in d. l. Celſus. ver. ſed pone. de vſucap. Et ſi creditor emptorem non admittit, videtur debitorem ſpoliare per l. colonus ff. de vi, & vi armata. Sed liberato pignore, debitor incipit omnem poſſeſſionem habere, quando liberatur pro ſolutione, vel ex voluntate Creditorum, ſecus ſi per aliam iuris ſubtilitatem. No. Bar ff. de acquir poſſ l. qui pign. & de precario l. ſi debitor. & hoc intelligo, quando liberatur debitore rem detinente, ſecus putarem, ſi res eſſet penes creditorem, quia licet precarium extinguatur per ſolutionem non reſoluitur poſſeſſio exiſtens penes creditorem, quæ eſt facti, & ideo a iure reſolui non poteſt. Sed requiritur contrarium factum, & vide inf prox ſubſequenti.

Poſſidere dicitur creditor rem, quam debitor eius nomine cõſtituit poſſidere, & propterea licet debitor eam vendat, & emptoris nomine poſſidere conſtituat, non transfert in emptorem poſſeſſionem, quamuis transferat vſucapiendi conditionem. No. dom. Ant. de reſtit. ſpoliator. c. cum veniſſent. penult. col.

Poſſeſſio quam tenet dominus per colonum, an amittatur, ſi colonus non admittat emptorem, qui a domino emit, vide Bar. ff. de vi, & vi armata, l colonus. & l. cum fundum.

Poſſeſſio ſeu quaſi iuris matrimonialis ſolo animo non perditur, vel ſi perditur, ſolo animo recuperatur eo ipſo quod petitur nam in matrimonialibus poſſeſſio eſt coniuncta proprietati, nec abdicatur nuda voluntate. Sapit ergo poſſeſſio naturã proprietatis. No do. Ant. in d c. in litteris. ver. ſi vir.

Poſſeſſio ciuilis, vel naturalis, non acquiritur per miſſionem ex primo decreto factam in perſonali Sed miſſus in reali, vel hypothecaria poſſeſſor efficitur No Bar. in l. 3. §. fi. ff de acq. poſſ. & in hypothecaria procedit, quando creditor, fuit miſſus in poſſeſſionem rei obligatæ, quam poſſidebat Nam per miſſionem ex primo decreto factam, poſſeſſionem perderet, & ſolam detentionem quæreret. not. Bart. in l ſi quis. hoc tamen non firmat, ſed vide per eum in l ſi finita §. Iulianus, ff. de damno infec. ver pone. quod ipſo eo. ti. Et quod dictum eſt in perſonali, procedit etiam ſi immiſſio fiat pro executione rei iudicatæ. Contrarium ſentit, & melius Bart. in l. is cui. §. qui in poſſeſſionem legat. ſeruan. ff. vt in poſſeſ lega. Vbi diſtinguit inter creditorem miſſum in poſſeſſionem, quia debitor non defenditur, quæ miſſio appellatur ex edicto prætoris, & inter miſſionem, quia debitor non ſoluit, quæ appellatur ex reſcripto Imperatoris, & hæc facit miſſum poſſeſſorem, vt eſt tex. in d. §. qui in poſſeſſionem. in fi. & in § quæri poterit. in eadem lege. Quia ergo miſſio fit pro exequutione rei iudicatæ quando debitor non ſoluit miſſum poſſeſſorẽ. Facit ad hoc, quod no. idẽ Bar in l. ſi pecuniæ. §. fi. eo. tit. & melius in l. poſtquam. § Imperator. ff. vt lega. not caue. & ibi eſt bonus tex. Sed licet miſſus in perſonali nullam acquirat poſſeſſionem, acquirit tamen detẽtionem cuſtodiæ cau. No. Bar. in l. 3. §. ex contrario ff de acq. poſſ. & l. ſi finita. §. Iulianus. de dam. infect. & propterea non lucratur fructus, vt no. Bar in d. § Iulianus. Innoc. tamen dicit, quod nec detentione acquirit, ſed eſt cuſtos, non detentor. Ideo non poteſt rei vendicatione conueniri, vt no per eum, in cap. quoniam frequenter. §. fi. vt lite non conte. in glo. ſuper verbo, poſſeſſ. Et idem dicit Spec. vt no. do. Anto in d. c. quoniam frequenter § penult. verſ. numquam contra detentorem, in fi. 3. col. tenet, quod miſſus ex primo decreto tamen, habet nudam detentionem, & nihil plus acquirit. Sed text. videtur dicere, quód hanc ſolam cuſtodiam in l. is cui, in prin. ff. vt in poſſeſſione legat.

Poſſidens per ſe ipſum retinet non ſolum ciuilem, ſed etiam naturalem, licet abſens ſit a re poſſeſſa, dum tamen non diſtet ab ea vltra decem miliaria, vt no. glo. quam Bar. approbat in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſ & Cyn. eo. tit. l licet. ſed ſi vltra. 10 miliaria diſtaret, tunc naturalem perderet. Sic debet intelligi §. qui ad nundinas ff eo. tit.

Poſſidens per colonum retinet ciuilem, & naturalem, etiam abſente colono a re poſſeſſa. l ſi colono. ff. de acquiren. poſſ. in tex & glo. per Bar. ibi & quód dicitur de colono, idem obtinet in procuratore, & quolibet alio, alterius noĩe detinẽte, no. Bar. in l. 1. § non autem, alij ver. 6. ar. & videtur tex. in l. 3. § quód ſeruus, & l. fi. eo. tit.

Poſſidens per colonum, uel alium non perdit poſſeſſionẽ, licet colonus poſſeſſionem perdat, & alius occupet. Idem ſi colonus animo deſerendi, exeat, ut no Bar. in l peregre § quib. ff de acq poſſeſ. ſed licet ex deſertione coloni dominus non perdat ciuilem, perdit tamen naturalem, vt no. Bart. in l. ſi de eo. § ſi forte in fi. vbi autem colonus exire dicitur, & ſponte tradere, dominus perdit vtramque. Not Bar in dicto §. quibus, & do. Anto de reſti. ſpol. c olim cauſam, ver. opp quod & ſi traditio per duos colonos. Quod intelligo ſi vere tradit,

ſecus

Digitized by Google

ſecus ſi ficte. no Bar. in l. quamuis §. 1 eo. tit. & de ui & ui ar. in l. 1. in fin. ubi autem dicitur dominus, nullam perdit, ſed ſi dominus ſponte tradit, & pro alio poſſidere conſtituit, vtrãque perdit, ut no. Bar in l quod meo nomine poſſideo ff. de acq poſ & l. r. § non autem de ui, & ui ar. ubi no. nec dominus, nec colonus legatur in fundo, uel domo detinetur, uel ab alio iuſſus, ſiue imperatus metu receſſit, aut poſtquam alter ſuit fundum ingreſsus metu non audet colonus ad fundum reuerti, dominus perdit vtramque, ut patet in tex & gl. per Bar. de ui, & ui ar. § non autem alu. viſque ad §. vltimum. Idem ſi colonus dominum deijcit, uel emptorem, quem dominus miſit in poſseſſionem, quem colonus ſciens, non admiſit, ut l colonus, & l. cum fundum eo. tit ubi eſt caſus Dominus autem poſſidens per alium, non perdit poſſeſſionem ſolo animo conſtituendi in mente, ſe non velle poſsidere, vt no gl. in d. l peregre § quib & ibi uidetur tex & idem Bar. in l quod meo nomine in princ in oppoſitione, quam ſecit, de §. quibus. & no. glo. in l. 3 §. in admittenda. eo. tit.

Poſſeſſio danda pro executionem ſententiæ dari debet corporaliter, & actualiter, de re iudic c cum aliquibus. & in q. 1. §. ſed notãdum per hoc uidetur, quod non ſufficit conſtitutũ. In contrarium facit, quia ſufficit pro exequutione transferre per conſtitutum ex corpore conſtitutionis, & appellatur uera poſſeſſio, ut no Bar. in l quòd meo. in prin ff. de acquit. poſ. Item pro executione ſufficit poſſeſſorem dare per aſpectum, ut no do. Ant. in d. c. cum aliquibus, ergo modo ſufficeret, dare per conſtitutum niſi diceretur, quòd in aſpectu interuenit actus naturalis uiſus, qui eſt unus ex quinque ſenſibus corporis. Secus in conſtituto. Sed in conſtituto transfertur poſſeſſio in certo actu naturali, & corporali conſtituentis, per quem ipſe conſtituens primo acquiſiuit ſibi poſſeſſionem, vt no. Inno. & do. Ant. in d. c cum veniſſent, & Bar. in l. quod meo in princip. & vide ſupra §. poſſeſsio, ſeu quaſi omnium.

Poſſeſſio quam quis perdit ex eo, quod ſuſpicatur ſe ab alio in rem poſſeſſam ingreſſo poſſe repelli, acquiritur ingreſſo ẽt ignoranti, & hoc operatu animus, & corpus ipſius ingredientis, qui fuit ab initio in poſſeſsione quærenda, ut no per gl. & Bar in l ſed ſi nolit ff de acq. poſs

Poſſeſſio acquiritur alteri per alterum, non ſolum ex mandato præcedente, ſed etiam ex ratificatione ſecuta, no. Io. And. de præben. c. accedens.

Poſſeſſionis duæ ſunt ſpecies duntaxat, naturalis, & ciuilis proprie loquendo, quæ naturalis, quandoque appellatur corporalis, no. Bar. ff. de acquit poſ l. 1. in prin. & l. clam poſſidere. § ſi ff eod & do Ant. de reſtit. ſpo c. olim cauſam, ver oppo. quod & ſi traditio.

Poſſeſſio quando dicatur pacifica. & quando non, vide glo. & Lap. de elec c commiſſa. lib 6 & do Ant in cle. gratiæ, in fi. de reſcriptis, & per Paulum. ibidem. qui dicit, quod pacifica eſt, quando ſine controuerſia iuris uel facti iudiciali, vel extraiudiciali, quis poſsidet Innoc. dicit, quod illa eſt poſſeſſio pacifica quæ non turbatur de facto, licet turbetur de iure, & ipſe no de appel c. conſtitutis. 2. in gl. 2 & idem ſentit Archi. & Io. And de præben cap licet epiſcopus. Vide Rot deciſionem in antiquis, quæ idem ſentit conclu. 59. Et uide omnino. Bal. c de pæ iuen. l. ordinarij uer. deinde quæro & vide do. Ant. in c. de multa, de præben. 3 col.

Poſſeſſio officij, vel dignitatis, non probatur per exercitium alicuius actus non pertinentis ad officium, vel dignitatem, nec aliquo iure ſpectantis, ad ea. vt no Lap. in c. cum noſtrũ, de offi ar.

Poſſeſsio an poſsit ſequeſtrari penes alium, vide ſub verbo ſequeſtrum poſseſsionis.

Poſſeſſio quando dicatur turbata, uide ſub uerbo actor ſi egit.

Poſſeſſio an perdatur per negligentiam non euntis ad locum poſſeſsionis, & quanta temporis negligentia requiratur uide C de ſerui. fug l. 1. in gl. magna in fi. & ibi per Barto. & plenius per eum. in l. ſi de eo. § ſi ſorte, ſundo, ff. de acquirenda poſſeſsione.

Poſſeſſor beneficij, quantumcunque notorium ſit, eum iniuſte poſſidere, non debet amoueri de poſſeſsione ſine iuris ordine. No. Ro. conclu. 16. & conclu. 199. Vide quod not. Pe. More de offic. ord. lib. 6. verſ quæro an in traditione ubi ponit intellectum c. licet epiſcopus, de præben. lib. 6. & uide ſub uerbo poſſeſſor, per totum, & ſub verbo poſſeſſoriũ, per totum, & ſub verbo fructus per totum.

Poſſeſſor etiam uiolenter exiſtens in quaſi poſſeſſione eligendi, conferendi, uel præſtandi, ſi eligit, confert, uel præſentat, electio, vel collatio, & præſentatio tenet, ſi de eius uiolentia, & mala fide conſtat, alias totum caſſatur, quòd per eum factũ eſt. No. Ro. conclu. 298.

Poſſeſſor bonæ fidei cui ius commune reſiſtit, an poſſit eligere, conferre, uel præſentare, uide Rot conclu 248.

Poſſeſſor inuaſor, qui tamen pacifice poſſidet, an poſſit eligere, conferre, vel præſentare. uide Ro concl 198.

Poſſeſſor caſtri, uel uillæ, cuius ratione habet ius præſentandi ad eccleſiam, poteſt præſentare, licet ante nunquam præſentauerit, quia caſtrum ſemper uidetur dictum ius præſentandi retinuiſſe, & poſſediſſe, non obſtante quòd ſuper caſtro fiunt guerræ, vel lis ſit mota, niſi lis fuiſſet mota ſuper ipſo iure, uel poſſeſſione præſtandi No. Ro concl. 137. Idem no do. Ant in c ex literis, in fi de iure patr.

Poſſeſſor beneficij poteſt compelli per ſuum iudicem ordinarium oſtendere titulum beneficii Sed per collatorem, & inſtitutorem beneficij, qui non ſit alias iudex ſuus, non poteſt compelli titulum oſtendere, ſi in eum taliter beneficiatum conſentit, vt quia eum ad oſculum admiſit. Et hoc uerum, quando uitium eſt tale, in quo poteſt collator diſpenſare, alias non proficeret patientia collatoris, & quolibet caſu admittitur collator, ſi vult probare defectum tituli. Sed ſi collator non conſentit in eum, tunc poteſt eum compellere, ut oſtendat titulum, niſi eſſet talis præſumptio, quæ in collatorem transfundetur onus probandi. Not. do Anto. de reſtit. ſpo. c in litteris. 13 col uer ſi ergo agitur. & quæritur.

Poſſeſſor beneficii cui ius commune reſiſtit, vt quia duo incompatibilia poſſidet, poteſt compelli ad inſtantiam aduerſarij, oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, quòd eſt verum, ſi petens docet aliquid de ſuo intereſſe, vt quia dicit beneficiũ ad ſe ſpectare No do. Ant de reſtit. ſpol. c in literis 9. col. ver. ſi quæritur, an ad inſtantiam.

Poſſeſſor poteſt illum, qui rem ab eo poſſeſſam ingreditur, & occupat, repellere propria auctoritate ſui ingreſſus, & ſi occupatio fiat vi, ſiue clam, & ſiue poſſeſſor priuetur ciuili poſſeſſione, ſiue non, vt not Bart. in l. 1 § hoc interdictum ff. vti. poſ. & l. 1. C. vnde vi. & Inno de reſtit ſpol c. olim cauſam. & ibi habetur caſus in priuata poſſeſſione rei immobilis, ſecundum. Inno & ff. de fur. l. ſi quis in ſeruitute, in glo. etiam. Et Bar expreſſe idem tenet. Et priuata poſſeſſione rei immobilis in l. cum fundum ff de vi, & vi armata In hoc caſu eſt differentia, an poſſeſſor priuetur ciuili, vel non, quia ſi priuatur debet ſtatim, cum ſciuit priuationem, iniuriam propulſare, non ex interuallo, vt dictum eſt in c olim cauſam & ff de vi, & vi armata, l. 2. §. cum igitur. Sed ubi non priuatur, poteſt ſemper repellere, donec ingreſſus naturalem occupat, quia ille occupando ſemper turbat dominum in ciuili, vt no. glo in l. clam poſſidere § qui ad nundinas, ff de acq poſ. Ideo dicitur iniuria in continenti propulſari, cum ingreſſus tenendo naturalem ſemper ſtet in actu, turbandi poſſeſſorẽ in ciuili, vt no Bar. in dicto §. hoc interdictum, niſi tanto tẽpore poſſeſſor neglexiſſet recuperare naturalem, quod præſumeretur non perdidiſſe ciuilem, vt no Bar. in l. ſi de eo fundo. §. ſi ſorte, de acquir. poſ. vide dom. Anto qui prædicta declarat, & limitat, de reſtitu. ſpol. c. olim cauſam, in ver oppo. Adde quod poſſidens etiam ciuiliter, & naturaliter, non poteſt propria auctoritate depellere detinentem bona fide, licet iniuſte, dum tamẽ detinet iniuſte apud ſe poſſeſſionem. ut no Bar in l. 1. § neceſſario. ff. ſi mulier vetris no. Aduerte, quia dici poteſt, quod ibi ideo non poteſt detinentem propria auctoritate repellere, quia habuit cauſam a muliere, quæ miſſa in poſſeſſionem auctoritate prætoris, non potuiſſet per hæredem propria auctoritate expelli, intellige non ſolum per ſe, ſed per alios amicos ſuos, ut no glo in dicta l. 3. §. cum igitur, & l. cum fundum, & tex. in l. ſed & partus. §. quæritur. ff. quod metus cau. Sed Io. And. dicit, quod tunc licet propria auctoritate repellere ingredientem alienam poſſeſſionem quando expellens retinuit ciuilem, ut ipſe no. in addi. Spec in tit. de petit & po. §. 1. in fi.

Poſſeſſor rei poteſt acquirere a vero domino eiuſdem rei dñio & a nõ dño publicianam dummodo nõ ſit contra poſſeſſorẽ ſuper eadem re lis mota, quo caſu lite pendente poteſt acquirere dominium, ſed non publicianam, no dom. Anto. in c ſi. vt lite pendente.

Poſſeſſorium ſolum non intelligitur intentare, ſed etiam petitorium, qui in libello narrat ſe canonice inſtitutum. Not. glo de filijs presbyter. c. conſtitutus, quòd intellige, quando id non ſolum in narratione, ſed etiam in concluſione libelli deduxit, alias ſecus, quia uerba narratoria libelli declarantur, & reſtringuntur ſecundum vim concluſionis No do Anto. de ſo compet c. ex parte, & ver. no. quinto & vide ſub uerbo probatio, & ſub verbo fructus.

Poſſeſſorium non ſolum intelligitur intentare, ſed etiam petitorium, qui ſuper ſpoliatione petit ſibi iuſtitiam exhibere. Not gl. de ordi. cogn c. cum dilectus. in glo hic pati Et idem ſentit, glo in c. ſi eo tit. quod intellige, quando deductũ fuit etiam petitorium expreſſum, niſi poſt concluſionem ad poſ-

ſeſſorium

Digitized by Google

ſorium reſtrictum addatur clauſula ſuper quibus omnibus peto mihi iuſtitiam fieri, quod tunc virtute clauſulæ, vt non ſit ſiniſtra, intelligitur, etiam petitorium deductum, ſecundũ Cal. & no. Dom. Ant de ordi. cogn. c. cum dilectus, ad finem, quarta col.

Poſſeſſorium ſolum non intelligitur intentare, ſed etiam petitorium, qui deducit ius in re No. de reſti. in integ. c. 2. in glo. vlt. in fi. Idem in eo, qui petit ſuum titulum confirmari, vel aduerſæ parti perpetuum ſilentium imponi, vt no. de conce. præben. c. poſt electionem, in gl. ſuper verbo confirmare. Idẽ in eo, qui dicit rem ad ſe pleno iure ſpectare No. Innocen de elect. c. querelam, in princ. Secus forte, ſi diceret ſolum ſpectare ex eminenti ratione poſſeſſionis, vt patet in c licet cauſam. de prob. Sed ſi diceret, rem ad ſe ſpectare, vel pertinere de iure, tunc dicitur poſſeſſorium, vel petitorium intentare, vt no. Bal C. ſi a non compet. iud. l. ſi de proprietate, ver. quæro quid cum, & ver. ſeq.

Poſſeſſorium cum petitorio intentatum habet hoc priuilegiũ, quod quælibet pars poteſt petitorium vtriusque partis ſuſpẽdere, quòd eſt verum in cauſa beneficiali. Sed in cauſa prophana, ſi non fuit ſuſpenſum in cauſa principali, non poteſt in cauſa appellationis ſuſpendere petitorium, niſi eſſet intentatum no. Ro. conclu. 200. Vide do. Ant. qui aliter loquitur, de cau. poſ. c. paſtoralis. §. ſi vero in prima oppo. & de reſtitu. ſpo. c. ex conqueſtione penultima, & vltima col. Item in cauſa beneficiali tunc demum poteſt quis ſuſpendere petitoriũ vtriuſque partis, quando agitur contra ſpoliantem, vel mandantem, & hoc in eorum odium, ſecus ſi agitur contra tertium, vt ipſe tertius compareat ratione ſui intereſſe, vt not. Ro. conclu. 144 & do Ant de reſtit. ſpo c. in literis. 8 colum. ver. oppo. quod agenti. Et vide Rotam conclu. 369. & in cle. 2. de cau po. & vide inf. verbo, poſſeſſorium cum in petitorio, & §. poſſeſſorium deducens.

Poſſeſſorium quando intentatur, ſimul cum petitorio, pars aduerſa petitorium ſuſpendere nequit, ſi ante poſſeſſorium papa apponit manum in beneficio, de quo cogitur prouidere de illo actorem. No. Ro. conclu 230.

Poſſeſſorio agere uolens, ſi ſuſpendit petitorium partis vtriuſque licet proteſtetur, quòd non intendit ab illa proteſtatione recedere niſi hoc exptimat, tamen poſtea offerendo libellum in vtroque videtur a dicta diſpenſatione recedere. No. Rot. conclu. 241.

Poſſeſſorium ſi ſimul eſt cum petitorio intentatum, & poſtea petitorium ſuſpenſum, intelligitur iuriſdictio iudicis ſuſpenſa, & omnia petitorium concernentia. Ideo coram eo non valent probationes poſtea receptæ. No. Ro. concl. 418. Item not. dom Anton. in c. paſtoralis, de cau po. 14. colum. ver. ex his deciditur.

Poſſeſſorio & petitorio intentato, & poſtea petitorio ſuſpenſio, ſi feratur ſententia in poſſeſſorio, & appellatur ab eo, & committatur, an prior iudex poſſit in petitorio procedere, vel nõ vide ſub verbo iudex § iudex, qui pronunciauit.

Poſſeſſorium cum petitorio ad iudicium deductum habet hoc priuilegium, quod per petitorium ſuſpendi poſſit, non ſolũ in prima, ſed etiam in ſecunda, & tertia inſtãtia, & quòd fortius eſt, poteſt actor, qui ſemel petitorium ſuſpẽdit, & poſtea illud reintentauit, iterato, & ſæpius illud ſuſpendere, quia tale priuilegium ſuſpendi conceſſum eſt in odium ſpoliantis, quod intelligitur, niſi ante ſecũdam ſuſpenſionem foret ſuper petitorio pronunciatum quia tunc amplius ſuſpendi nõ poteſt, no. Ro conclu. 267. & quod dictum eſt de ſuſpenſione in ſecunda inſtantia, procedit, quando vtrumque eſt deuolutum in curia, ſecus ſi alterum duntaxat deuolutum ſit, vt no. Ro. conclu. 200.

Poſſeſſorium intentãs ſimul cum petitorio, ſuſpenſo petitorio obtinet in prima inſtantia ſententiam in poſſeſſione, & ſi aduerſarius appellet, poterit eo inuito in ſecunda inſtantia ad petitorium redire, & in eo procedere. Not. Rot. concluſione 400.

Poſſeſſorium ſi ſimul cum petitorio fuit ante ferias intentatũ, nihilominus poſtea tempore feriarum petitorium poteſt ſuſpendi. vide ſub verbo feriæ.

Poſſeſſorium recuperandæ principaliter intẽtatum, vel etiam cum petitorio, eo tamen poſtea ſuſpenſo, poteſt repelli per ſuſceptionem, vel receptionem papalis reſeruationis, quæ nedum afficit titulum, ſed etiam reſeruationem, vel poſſeſſionem, & ſic per dictam reſeruationem notorie conſtat de iure agentis ſine alia diſcuſſione. Sed ubi obiectio de non iure agentis aliquam diſcuſſionem requireret, tunc petentem reſtitutionem non impediret. Not. Ro. conclu. 16. Et quod dictum eſt de papali reſeruatione, intelligas de ſpeciali, vel de generali cauſa eccleſiæ. Secus in generali, & dubia, vt notatur ea. conclu. in fine.

Poſſeſſorium recuperandæ intentans ſuccumbit, ſi opponitur, & exprobatur eius ſpontanea renunciatio beneficij, vel pactum de non petendo, vel non agendo, vel eius violenta poſſeſſio, vel propria confeſſio, vel alia admiſſa probatio, per quam conſtet de non iure agentis. Et idem, quando ius commune, eſt contra agentem No. Rot. conclu. 376. Et quod dictum eſt de renunciatione procedit, licet nõ appareat, quod fuerit per ſuperiorem admiſſa, ut no. Ro. concluſio. 348. Et Intellige de renunciatione facta ante ſpoliationem, quia facta poſt non obſtaret, etiam ſi interueniſſet iuramentum de non agendo, vel reſtitutionem non petendo, etiam poſt ſpoliationem factam. not. Ro. conclu. 284. Aduerte tamen, quod non poteſt dici conſtare de nõ iure in petitorio ad poſſeſſorium concludendum, niſi poſtquam in poſſeſſione ſit concluſum in cauſa, vel niſi diceretur conſtare per confeſſionem, quia tunc etiam ante concluſionem poteſt conſtare de non iure, vt no. do. Ant. de. cau. poſſ. c. paſtor. in prin. in 4. charta. ver. Item ex his deciditur.

Poſſeſſorio recuperandæ agens contra ſpoliantem, ſi pro cadẽ re, conueniatur petitorio per tertium, non poteſt illum tertium repellere per exceptionem dicendo, eum non audiendum donec ipſe ſpoliatus ad poſſeſſionem fuerit reſtitutus. 8. col. ver. oppo. quod agenti.

Poſſeſſorio agenti an poſſit opponi exceptio ſpoliationis factæ per tertium, vel etiam per ipſum actorem. Vide ſub verbo exceptio. §. exceptio ſpoliationis. ut infra §. poſſeſſorio recuperandæ agi.

Poſſeſſorio recuperandæ agens ſuccumbit ſi reus reprobat, q̃d tertius poſſidebat tempore, quando actor poſſeſſionem intrauit. No. Ro. conclu. 421. Et do. Ant de reſti. ſpol. c. ſolicite in ver. op. contra glo. Idem ſi reus probet, ſe tunc poſſediſſe, quia qui poſſeſſionem continuat, non ſpoliat, & hoc verum eſt etiam in petitorio, ſi ſit præſumptio de iure communi cõtra reum No. Ro conclu. 290.

Poſſeſſorio recuperandæ agens, neceſſe habet probare in beneficialibus titulum, vel colorem tituli, quod tamen magis de ſtylo, quam de iure ſcripto receptum eſt. No. Ro concl. 379. & hoc procedit quando poſſeſſorium principaliter intentatur, ſecus ſi incidenter, vt quando petitur reſtitutio per viã attentati, quo caſu ſufficit probare poſſeſſionem ſimplicem, non coloratam, ſi tamen clare, & notorie conſtaret, de non iure petentis non debet audiri, etiam per viam atẽtati, vt no. Rot. conclu. 377. in fi. & conclu. 399. Et idem do. Ant c. cum dilectus, de cau. poſſ. 3. col. quod eſt verum in beneficialibus, ne detur ad illa vitioſus ingreſſus. Sed in non beneficialibus defectus proprietatis non obſtat petenti ſe ad poſſeſſionem reſtitui per viam attentati, ut no. Lap. & Domini. in c. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. 6. Et ad probandum colorem tituli, ſufficit confeſſio aduerſarij. vt no. Ro. conclu. 394 Item ſufficit inſtrumentum reductionis ſuæ in poſſeſſione. no. Ro. concl. 30. & conclu. 418. quod intelligitur de inductione, quæ fit auctore ſuperioris licet collatio ſiue prouiſio, vel electio per eũ facta non fuerit canonica, vt no. Ro. conlu. 379. vide etiam concl. 298. Quod autem dictum eſt de collatione probanda intellige, quando agitur de interdicto vnde vi, ſecus ſi ex conditione canonis redintegranda, ut. no. do. Ant de reſti. ſpol. c. ſæpe ver aliud eſt remedium colu. antepenul. & vide inf §. proximo ſequenti. & §. poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus.

Poſſeſſorio agens ad aliquid in ſpecie, ſi nondum eſt adeptus poſſeſſionem prælaturæ, vel beneficij, cuius nomine agit, tenetur probare de titulo ſuo, non tamen requiritur, ita arcta probatio, ſicut ſi de titulo ſuo principaliter ageretur. Idem ſi poſſeſſionem eſt adeptus, & poſſeſſorium eſſet recens, quia in taliter exercentẽ poſſeſſionem non præſumitur bona fides, nec iuſtus titulus. Et idem ſi longo tempore poſſidet, ſed eſt aliqua præſumptio contra eum, vt quia patitur litem ſupereſſe beneficio. Alioquin ſufficit, poſſeſſionem eſſe longam, & communem reputationem. not. Ro. conclu. 4. & vide inf. §. poſſeſſorio iudicio.

Poſſeſſorio recuperandæ agens, quando ſe aſſerit ſpoliatum, nõ obtinet niſi probet ſe ſpoliatũ ſtallo in choro, & loco in Capitulo, ſibi aſſignato, uel ei poſſeſſione tradita per pulſationes campanarum, vel pannorum altaris, vel quòd mand. fit colonis, vel reddituariis, vt de fructibus, & redditibus præbendæ ſibi reſpondeant, niſi probetur eos paruiſſe & aliquid ſoluiſſe, vel ſe in poſſeſſionem fundi, vel manſi ad præbendam ſpectantis inductum fuiſſe, vel niſi eſſet conſuetudo eccleſiæ quod dictis primis modis poſſeſſio acquiratur, uel niſi eſſet aliquis certus locus præbendario illius præbendæ deputatus. Nam per illius loci inſtallationem, ſiue inductionem bene acquiritur poſſeſſio, ſecundum Inno. no. Ro. conclu. 269. in prin. & recitat. dom. Ant. de reſtit. ſpol. c. in literis 24. col ver.

quan-

quandoque, & tertio principaliter contrarium tenet quod ſ. per inſtallationem acquiritur quaſi poſſeſſio iuris prælaturę.

Poſseſſorio recuperandę agens ad præbēdam qua ſe aſſerit ſpoliatum, licet non probet ſe apprehendiſse poſseſsionem vnius, quoad hoc, vt aduerſarius condemnetur ad reſtitutionem omnium aliorum. Secus ſi ageretur vel tractaretur de poſseſſioue adipiſcendæ. not. Rot. concluſione 269. verſic. ex quibus.

Poſseſsorio recuperandæ agens ad præbendam, qua ſe aſſerit ſpoliatū, non habet neceſse probare quod fundus cuius poſſeſſionem apprehendit, tanquam de re præbendæ ſpectet, & pertineat ad ipſam præbendam, quia hoc magis pertinet ad petitorium, quam poſseſsorium. No. Rot conclu. 269. ver. ſed ex prædicta.

Poſseſsorio recuperandæ agens in beneficialibus, licet habeat neceſse probare titulum, vel colorem tituli, ſufficit ad obtentum poſſeſſonj aduerſarium confiteri, actorem ius habere in beneficio, licet talis confeſſio non probet titulum ad finem adiudicandi beneficium. not dom. Ant. de cau poſ. c fi. 3 r. col. verſi numquid autem cenſetur, & ita intellige, quod no. Io. And de eo, qui mittitur in poſſ cau. rei ſeruandæ. c. 1. lib. 6. in verbo terminan in nouella.

Poſseſsorium quando intentatur per actorem, qui vult recedere, poteſt reus ipſum actorem arreſtare, vt de curia non recedat, donec reſponderit articulis per ipſum reum productis, etiam petitorium ſapientibus, ne probationum copia pereat & anguſtetur. no. Ro conclu. 377. & idem tenet. d. Anto de cau. poſ. c paſtor. 12. col. ver. ſed eſt dubium.

Poſseſsorio adipiſcendæ agens non auditur ſine tit. no Ro. conclu. 34. in fi.

Poſseſsorium recuperandæ datur ſpoliato communione hominum, ut redintegretur ad ſtatum perſonæ, & vſus not. do. Ant. de cau po. c fi 7. col.

Poſseſsorium & ius agendi datur pro reſeruatione vſus aſſuetæ præſtationis, no. d. Anto. de cau po cap fin. 7. col. vide Bar. qui huic contradicere videtur, in l. 2. ff quorum bo. ſed aliter videtur dicere in l 3 §. vnde vi. ff. de vi, & vi armata vide Inno. & do. Ant. in c querelam, de elec. ubi dicit do. Ant. quod agens tali poſseſsorio, non tenetur cauſam annuæ præſtationis ſpecificare, nec probare. Sed ſufficit dicere in genere, illas præſtationes ſiue vſum, vel penſionē ſolui conſueram, vt no. in d c querelam. ver. no. ſecundo, quod in hoc libello, & ver. no. tertio, quod in iſto libello. quot autem vicibus debeat eſſe, ſolutā, & do. Ant. dicit. in d c. querelam ad finem, quod agens poſſeſſorio, debet oſtendere penſionem diutius fuiſse ſolutam, & vide ſub verbo libellus § libellus procedit, in quo peto aliquid, prædictum poſseſsorium non eſt proprie poſſeſſorium, ſed ſtatus quidam, in quo de iure canonico quis eſt redintegrandus. Et iſte ſtatus non recens, ſed continuo tempore releuatur ab onere probandi cauſam no. do Anto in dicto cap. querelam, ver. no. ſecundo practicam. Et ver. tertio videtur, quod non potuerit. Vide deciſionem Rotæ in antiquis, quæ aliter ſentit conclu.....

Poſseſsorio recuperandæ nomine proprio non poſſunt agere, qui eccleſias ad firmam conducunt, ſiue ſint clerici, ſiue laici. no dom. Anto. de cau po. capit. fin 8. colum. verſic. ex his ergo deciditur.

Poſseſsorio recuperādæ agit nomine proprio laicus eiectus de præbenda ſibi pro ſua ſuſtentatione conceſſa, no do. Ant de cau po. c fi 13 col. ver ex his ſurgit deciſio.

Poſseſſio recuperandæ agi poteſt contra illum, qui auctoritate propria, & ſine exequutione ingreditur poſſeſſionē pro executione ſententiæ, non tamen priuatur ingrediens iure ſuo, ſi violentiam non committit. Not. Rot conclu. 400. verſic. ſed pone.

Poſseſsorium recuperandæ an cōpetat creditori miſſo in poſſeſſionem, auctoritate iudicis ex contumacia debitoris. videt quod ſic, per l. fin. C. de prætor pignore. Sed il a lex loquitur, quando agitur petitio. per hypothecariā, & ita intelligitur, p Cyn. illa lex, & bene, quia cum ſit ſituata in tit. de præto. pig. debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, quod agatur iure pignoris per hypothecariam, & iſta lex fuit facta ad declarationem iuris antiqui, & ſic pro pignore conuentionali datur hypothecaria ad poſſeſſionem, qualitercunque amiſſam recuperandam, ita & pro prætorio.

Poſseſsorium recuperandæ datur deiecto de ciuili, uel naturali poſseſſione. Detētori aūt deiecto non datur, niſi principalr pro reb. detentis competet aliquod remedium deiecto. Vide do. Ant de reſtit. ſpol. c. in literis. 2 colum. ver. no. primo. Dic quod etiam detentori deiecto remedium redintegrādæ pro rebus principaliter detentis, vt notat Io. Ant. de reſt. ſpo. col. antepenult. ver. not. limitationem. Quod autem dictum eſt deiecto de naturali poſseſſione competere poſſeſſorium recuperandę, intellige contra tertium deiicientem, non contra ciuiliter poſſidentem contra quem licet deiiciat, nō competit deiecto poſseſsorium recuperandæ. No Bart in l. 1. in prin. ver. quæro, quæ eſt poſseſsio corporalis, ff de acqui. poſſ Ratio eſt, quia ciuiliter poſſidens deiiciendo naturaliter poſſidentem, non dicitur eum ſpoliare, ſed in ſua ſe ciuili defendere, vt no. Io. And. in addit. Spec. in tit de petitor & poſse §. 1 in fine. Et facit quod not. per glo & Bart. in l clam. poſ §. fi. ff de acquir. poſſ & ibi vide.

Poſseſsorio recuperandæ agit etiam prædo, antequam conſtet dictum eſse prædonem, ad quod detegendum non admittitur quis ante reſtitutionem. Sed ſi decretum eſt repellere-tur. Et idem ſi euidenter apparet poſseſſionem eſse iniuſtā, no per do. Ant. in d c. in litteris, quinta col. verſ ad eius euidentiam, & Innoc. in dicto c conſtitutus de filiis presbyt. & no. Ro conclu 376. nam ad partitum huius poſseſsorij, ſufficit poſſidentem etiam in iuribus incorporalibus poſſidere, ut no. pro iure ſuo, licet non credat, ſed ſciat ſe ius non habere vt no do. Ant in 6. colum. ver. oppono. quinto, in c. in literis.

Poſseſsorio recuperandę agi poteſt contra ſpoliantem, etiam ſi ipſe prius per actorem eadem re fuerit ſpoliatus, nec poteſt actor repelli exceptione primæ ſpoliationis, niſi ſecunda ſpoliatio fuerit immediata, & non ex interuallo facta poſt primam, no do Ant in d. c. in literis 6 col. uer oppo tertio. vide ſuper verbo ſpoliatus § ſpoliatio vltima, & vide ſcilicet, §. poſſeſſorio agenti an poſſit.

Poſseſsorio retinendæ nō pt agere contra illum, quem ſpoliauit, ſed contra tertiū ſic. Eadem, in clandeſtino, vel precario poſſeſſore, qui non poteſt interdicto retinendæ agere contra illum a quo clandeſtine, vel precario poſſidet. Sed contra tertium ſic, no. do. Ant in d. c. in literis. 6. col. ver. opp. tertio de reſti. ſpo. c. in literis. in 6 col ver. opp. quinto.

Poſseſsorio recuperandæ agenti non poteſt opponi exceptio proprietatis, id eſt dolo facis, quod petis, quod reſtituturus es, quòd eſt verum ex vera violentia, ſecus ſi ex quaſi violentia, de qua. 1 o l. conquerebatur. vbi vide quando dicta exceptio admittitur.

Poſſeſſorium recuperandæ datur deiecto de ciuili, vel naturali poſſeſſione, detentori autem deiecto non datur, niſi principaliter compereret aliquod remedium ratione deiectionis, vide do Ant de reſti. ſpo. c. in literis. ſecunda col ver no. primo. Dic quod etiam detentori deiecto datur remedium interdicti recuperandæ pro rebus principaliter detentis, vt no. do. Ant. de reſti. ſpol. col. antepe. uer. no limitationem. Quia autem dictum eſt deiecto de naturali competere poſſeſſorium recuperandæ, intellige contra tertium deiicientem, non contra ciuiliter poſſidentem, contra quem, licet deiiciat, non compeiit deiecto poſſeſſorium recuperandæ. Not. Barto. in l. 1. in prin ver. quæro, quæ eſt poſſeſſio corporalis. ff. de acqui. poſſ ratio eſt, quia ciuiliter poſſidens deiiciendo naturaliter poſſidentem non dicitur eum ſpoliare, ſed in ſua poſſeſſione ciuili ſe defendere, vt not. Ioann. Andr in addi. Spe. in tit. de petit & poſ §. 1. in fine, & facit quod not. per glo & Bar. in l clam poſſidere, § fi. ff. de acqui poſſ & ibi vide. Non ſufficit opponenti excludere proprietatem ab agente, niſi etiam ipſam fundet in ſe excipiente, ut no gl licet autem exceptio prędicta non poſſet opponi a ſpolianre, poteſt tamē opponi a tertio, quando ius tertij eſt ſeparatum a iure ſpoliantis. Secus ſi ita connexum ſit, quod non poſſit opponi quin auferatur commodum ſpolianti. Ideo contra mulierem poſſeſſorio repetentem uirum non poteſt tertia mulier opponere de proprietate matrimonij cum marito, etiam ſi in continenti ſe offerat probaturam, quia per hoc iuuaret maritum ſpoliantem no dom. Ant de reſti c. in literis. 7. columna uer. opp. quòd agenti. & ver. ſeq & vide inſ § poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat. cum quatuor ſequentibus.

Poſſeſſorio adipiſcendæ agenti poteſt opponi exceptio proprietatis. i. dolo facis &c. ſi ſtatim offeratur probatio. not dom. Ant. in d. c. in litteris 7. col. ver. opp quod agenti poſſeſsorio obſtet. Secus ſi probatio non offeratur ſtatim, & hoc verum in temporalibus, aliud in beneficialibus, vt no. t 5. col. ver. op. quod agenti poſſeſſorio retinendæ non poteſt opponi exceptio proprietatis. i dolo facis &c. quia non adaptatur cum agens retinendæ nil petat quod reſtituturus ſit, niſi forte ageret pro turbatione ciuilis, & retentione naturalis, quo caſu, quia non poteſt deficere moleſtatio, niſi naturalis reſtituatur, & ſic aliquod petit ſubiacens reſtitutioni, obſtabat exceptio dolo facis, dummodo opponens, ſe in continenti offerat probaturum. Et aduerte, quia non ſufficit opponentem excludere proprietatem ab agente, niſi etiam includat in ſe excipiente, ita quod non in tertio. Habes ergo locum dicta exceptio dolo facis, quando quis eſt reſtituturus excipienti,

& non

& aon tertio, no.do. Ant de reſt. ſpo.c.in literis 7.col.ver.oppo. quod agenti. Et quod dictum eſt agenti non poſſe opponi de proprietate retinendæ limita, niſi vterque litigantium ſe poſſidere contendat, quia tunc proficit obiectio, & probatio dominij, vtroque æqualiter poſſeſsionem probãte, vt no. ver.16.col oppono quod agenti

Poſſeſſorio recuperandæ in beneficiali agenti incumbit onus iuſtificandi titulum ſecundum ſtylum curiæ, ſed ſatis iuſtificatur ſi oſtenditur patientia illius, vel illorum, ad quam, vel ad quos ſpectat ius beneficiale transferre, non apparente de illegitimo, vel ingreſſu, vel de titulo defuncti, quia eo quod patiuntur, eſt præſumptio quod eorum auctoritate fuit ingreſſus, ſaltem quo ad finem iuſtificandi poſſeſſionem pro facultate agendi poſſeſſorio in odium violenti, & ſic ſeruatur ſtylus curiæ. Et dictum Io. And. debet intelligi de reputatione illorum, ad quos ſpectat, ſi de ingreſſu conſtat, in quo nulla ſuperioris auctoritas interceſſit, & conſtat, etiam de titulo, de facto dato, quòd detur ſcientia eius, & quæ pendet transferre, & conſequenter ex eius patientia detur quaſi poſſeſſio, illa eſt euidenter iniuſta, & non parit effectum poſſeſſorii. Idem ſi notorie non conſtet de tituli effectu, patet tamen ingreſſus propria auctoritate, nec aliter conſtat de titulo, licet appareat de ſciẽtia illorum ad quos ſpectat, quia licet poſſeſſionẽ habeat intruſus eſt tñ iuſtus poſſeſſor. Si ãt vltra poſſeſſorium iudicium actor intendit ad finem reſtõnis irreuocabilis, vel intendit, vt ſibi poſſeſſio confirmetur, tunc apparet, quòd de titulo plene doceat. Not. dom Anton de cau.po.capit.fin. 14.colu verſi.ſi autem vltra. Sed alibi dicit quòd ad partem poſſeſſorii non ſufficit agentem probare, ſe ingreſſum patiente ſuperiore, niſi aliquem actum expreſſum ſuperior fecerit per quem approbaſſet admittendo eũ ad oſculum, vel niſi antiquiſsima ſit poſſeſſio, quia ex hoc ſolo coloratur aliter intruſus. Dicitur, & tenetur actor colorare poſſeſſionẽ, ne dum ex officio iudicis, ſed inſtantiam partis, niſi agat per viam attentati, quo caſu nullum colorẽ probare tenetur, ſi tamen hoc caſu liqueret de non iure petẽtis, non debet ei poſſeſſio reſtitui, licet iudex ex officio propter contemptum poſſit in pœnam attentantis ab eo poſſeſſionem auocare, vt de illa per habentem poteſtatem prouideatur tertio, vt no. de reſti.ſpol.c.in literis.6.colum. ver.ad eius euidentiam.

Poſſeſſorio retinendæ agens in beneficiali pro turbatione neceſſe habet titulum ſuum iuſtificare, ſicut q̃do agit recuperandæ, pro vt proxime dictum eſt, no.dom. Ant.de cau.poſ. c.ii.24.col.ver.ſi autem vltra.de reſti.ſpol.c.in literis.colum. 6.ver.ad huius euidentiam.

Poſſeſſorio recuperandę agens repellitur, ſi non opponitur exceptio proprietatis notoria, notorietate iuris. vt in c. ad decimas, de reſti.ſpol. lib 6 quod ſingulariter limita, niſi poſſeſſio actoris eſſet iuſtificata ex longa patientia aduerſarii, quia talis patientia longa eſt apta ad partem poſſeſſorij contra notorium, ut no do. Ant de cau po c.cum eccleſia.19 colum. ver. opp. quod hæc reſtitutio, hanc tamen limitationem non probet text.ille, nec dicit, quod poſſeſſio longa fuit, ſed potius breuis, ibi propter temporis breuitatem, &c. dictam tamen limitationem intelligit do. Ant quando agitur poſſeſſorio in his quæ ſunt modici præiudicii, vt ipſe no.in d.capit. cum eccleſia pen.& vlt.col.

Poſſeſſorio recuperandę agenti obſtat proprietatis exceptio cõcludens ad petitorium, & poſſeſſorium, vel ad ſolam poſſeſſionem, idem ſi concludit inhabilitatem perſonæ ad gradum vel defectum capacitatis perſonæ reſpectu poſſeſſoris, ſecus ſi opponitur, & concludit ad ſolum petitorium. Fallit in caſu c.in literis, vbi exceptio conſanguinitatis in gradu prohibito, obſtat agenti poſſeſſorio, in matrimoniali duobus cõcurrentibus, quod iuretur de malitia, & probationes in continẽti offerantur paratæ, & tunc admittitur exceptio, non vt ex toto impediat reſtitutum, ſed quo ad copulam tantum. Itẽ fallit, quando offertur exceptio proprietatis notoria, notorietate iuris, & notorietate confeſſionis, aut probationis etiam ſi exigatur informatio de notorio, niſi aliquòd allegetur, per quod notorietas offuſcetur. Et hoc indiſtincte procedit, qñ exceptio proprietatis fundat intentum excipiẽtis in proprietate. Vbi autem intentum excipientis non fundat, ſed ſolum intentum excluditur, tunc agenti poſſeſſorio in beneficialibus ſecus. Et quod dictum eſt notorium probationis obſtare, intellige, quando eſt in cauſa concluſum, ita quod nihil amplius opponi poteſt, vel licet non ſit concluſum, tamen contra probationes factas, nihil eſt oppoſitum. Exceptio autem proprietatis notoria notorietate præſumptionis, ad ſolum petitorium concludens, nunquam obſtat agenti poſſeſſorio no dom Ant.in d.c in literis.15.col.verſ. opp. quod agenti. Et quod dictum e.ſt de exceptione notoria procedit ẽt ſi agatur ad poſſeſſionem, per viam attentati. Exceptio añt non manifeſta operatur id, quod notoria.no. idem. do. Ant. de cohab ele.c.veſtra.52.col.ver.circa mediam. Et vide ſup. §.poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali, cõ tribus §.ſeq.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti, & petitorium ſimul cum poſſeſſorio deducenti, poteſt opponi proprietatis exceptio. per tex.de cau.po cap.cum eccleſia Sutrina, & ibi no.in gl.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio renunciationis iudicialis, quia illa eſt notoria, quod eſt verum in beneficialibus, non autem in illis iuribus, quia tunc non fundat intentum opponentis in proprietate, niſi tali modo fieret, ꝙ titulum transferret, vt quando renunciat, & cedit aduerſario omnia iura.no.do Ant de reſti ſpo.c.in literis.17. colum. ver. ex his infertur.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio iuriſiurandi, & pacti iudicialis, quia notoria eſt.no.do Ant.in d.cap. in literis. 17.col.ver. ex his infertur. Fallit quando agitur poſſeſſorio ĩ cauſa matrimoniali. no.do.Ant.co.ti.e.literas.ver. quærit gl.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio rei iudicialis pro opponente, quod iudicatum ſit, quia actor non probauit, quia tunc non eſt notorium de iure opponentis. Et hæc vera, quando agitur de ſpoliatione in ſententia, & lite pẽdente facta.no.do.Ant.in d.ver ex his infertur, & c.cum dilectus.inf.allegato. ſed ſi agitur de ſpoliatione facta poſt ſententiam, tunc non poteſt opponi de ſententia ſuper petitorio lata. Prædicta procedunt, quando intentatum eſſet petitorium, & poſſeſſorium diuerſo tempore, ſed ſi eodẽ tempore tunc ſententia in petitorio declaratorie lata ſemper abſorbet vires poſſeſſorii, & ſola verbalis pronunciatio fertur in poſſeſſorio propter expenſas. vt no.do.Ant.de cau.po. c.cũ dilectus 2.col.1.ver.puto de iure. Et quod dictum eſt ſententiã in petitorio latam obſtare agenti poſſeſſorio limita, niſi ſententia ſit talis, quæ non tranſit in rem iudicatam, & conſequenter, nec in notorium, quo ad plenum iudiciũ. licet quo ad ſemiplenum ſic. No.do.Ant.de reſtit.ſpol.c.literas. verſi. quærit gl.

Poſſeſſorio agẽti in beneficialibus nomine eccleſiæ ſuæ poteſt opponi exceptio non canonicę inſtitutionis, quando agens non eſt confirmatus, & de confirmatione conſtat. not.do. Ant.de reſtit. ſpol.c.in literis.17.colu. ver.venio ad vltimum in fi.primi effectus.

Poſſeſſorio iudicio poteſt prælatus, & quilibet beneficiarius nomine eccleſiæ, non ſuo agere pro rebus eccleſiæ, quas habuit & tenuit prædeceſſor, licet ipſe agens non remittit, quia poſt mortem prædeceſſoris poſſeſſorium non extinguitur, ſed remanet penes eccleſiam. Ideo pro penſione ſubtracta poſſet agi poſſeſſorio, niſi alius illud ius percipiendi, penſionem quaſi poſſideret.no.Ro.conclu.4.Et idem no dom. Ant.de cau.poſſe.capit.cum ſuper. tertia colum.in fine, & vidẽ in §. ſequenti.

Poſſeſſorio, vel petitorio agere non poteſt prælatus, nec clericus nomine ſuo pro particularibus rebus eccleſiæ, etiam ſi eas quandoque habuit, & tenuit, & poſtea fuit ſpoliatus, quia non dicitur eas poſſidere. Sed eccleſia ad prælaturam, & quaſi poſſeſſionem iuris adminiſtrandi poſſeſſionem, prælaturam, rectoriam, ſeu beneficium, bene poteſt agere nomine proprio, niſi eſſet prælatus. Vel prior regularis, & manualis, quia ille nõ ſuo, ſed ſui ſuperioris nomine, debet petere ſe reſtitui, ad quaſi poſſeſſionem iuris adminiſtrãdi ĩ eccleſia ex nutu abbatis. Secus ſi non ſint manuales, ſed perpetui, vt electi a Capitulo, vel conuentu, quia illi poſſunt petere ſuo nomine ſe reſtitui ad quaſi poſſeſſionem dictam iuris adminiſtrandi. No.dom.Ant.de cau.po.c.fi.11., & 12. col. in caſibus autem quibus dictum eſt prælatum, & clericum poſſe nomine eccleſiæ agere, hoc verum intellige, quando eſt confirmatus, vel prouiſus per ſuperiorem, quia prouiſio habet vim cõfirmationis. Idem in eo, cui per epiſcopum facta eſt collatio, vel inſtitutio, quia & illa tantum operatur, quantum confirmatio, ſeu prouiſio, quæ per epiſcopum eſt facta. Et prædicta ſunt vera ſaluis priuilegijs, & conſuetudinibus quibuſcũque ſpiritualibus, per Sedem Apoſtolicam approbatis: not.dom. Ant.ind.e.in literis.26.colum. verſi.venio ad vltimum. Vide Ro.concln.77.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti poteſt opponi exceptio iuris poſſidendi, & habendi, puta ſi agenti ad decimas obijcitur, quod eſt laicus, qui non poteſt decimas poſſidere. no.Ioan. And.de reſt ſpo.ver.Item cum quis. vltima col quòd limita. ſecundum Io.Cal.reſpectu quaſi iuris decimalis, cuius eſt capax, ſed reſpectu quaſi poſſeſſionis fructuum decimarũ quorum eſt capax poteſt agere poſſeſſorio vtili. Item limita prædicta vera in decimis poſt Lateranen. Concilium conceſſis

ſine

ſine poſſeſſione autem agi poteſt poſſeſſorio directo cum illæ decimæ poſſint poſſideri ex coloratione eccleſiæ & papæ. no. do. Ant. de reſti. ſpo. c. ex parte 5 colum. ver. & aduerte.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali, poteſt opponi de ſcientia iuris agentis, niſi prouideat de remedio cautionis. No. do. Ant. de reſt. ſpo. c. literas, §. nõ agenti. &c.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali poteſt opponi conſanguinitatis exceptio, duobus concurrentibus, quod opponens iuret de malitia, & probationes in continẽti offerat paratas, non tamen exigitur quòd eas habeat in facto paratas, ſed ſufficit quod longas dilationes non petat, & tunc admittitur exceptio, non vt ex toto reſtitutionem impediat. ſed quo ad partem duntaxat. no. do. Ant in d. c. I literis. verſ. non exceptis. Sed nec quo ad copulam impeditur reſtitutio, quando allegatur conſanguinitas in gradu diſpenſabili not. do. Ant. in d. c. in literis. ver. nõ excep Sed nec quo ad copulam impeditur reſtitutio, quando allegatur conſanguinitas in gradu diſpenſabili. no. do. Ant ſm gl eo. ti. c. ex trãſmiſſa.

Poſſeſſorio recuperandæ agenti in cauſa matrimoniali, non obſtat excep pacti, nec iuramenti, nec ſententiæ. Sed exceptio confeſſionis ſic, licet ſecundum gl nec confeſſio obſtat. No. do. Anto. de reſti. ſpol. c. literas. ver. quæri gl. ex eo. tit. extra. q. 4. col. an agenti, & ex parte 6 col. verſi. ius quandoque non reſiſtit. Sed in d. c. ex par. 12. col. ver puto tñ, quod ſnĩa obſtat ſicut & confeſſio. & vide ſup §. poſſeſſorio recuperãdę agẽti.

Poſſeſſorio agens in cauſa matrimoniali habet neceſſe probare aliquid de titulo, quia hoc poſſeſſorium eſt miſtum, habens cauſam proprietatis annexam. Non tamen exiguntur ita ſubtiles, & prolixæ probationes, ſicut ſi petitorio ageretur. no. do. Ant. de reſti. ſpo. c. ex parte penultima colu. verſi. ex his deciditur dubium Sufficit ergo, quod probet, titulum ſuo aſpectu quo ad principia extrinſeca valide, quidquid ſit de defectu intrinſeco, tñ ſufficit, quòd probet diſpenſationem, & copulam, quantum intendit, plene etiam quo ad copulam. no. do. Anto. de reſti ſpo. c. ex tranſmiſſa. in primo notabili. & eo tit. ex par. c. 40. col. ver. quandoque ius commune reſiſtit. Non ergo ſufficeret probare traductionem ſponſæ ſine copula. no. dom. Anto. in d. c. ex parte ver. no. quarto. nec ſufficeret probare matrimonium, & traductionem, ſine copula. no do. Ant. in d. c. ex parte, quo ad reſtitutionem reſpectu copulæ, ſed quo ad alia ſic. no. do. Anto in d. c. ex parte pen colum. Sed ſi dubitatur an interuenerit, ſtatur verbo dicentis interueniſſe ſecundum Innoc. vt not. in d. c. ex parte penultima col. 9. collatione. ver. quandoque probantur ſponſalia. Aduerte, quod ſuper omnia debet clandeſtinario abeſſe, licet ergo probaretur matrimonium uel ſponſalia, & traductio cum copula fuiſſet clandeſtina, non daretur poſſeſſorium. no. do. Ant in d. c. ex par col antep. ver. concludo ergo. ubi latius prædicta ponit, niſi tale matrimonium clandeſtinũ eſſet ab eccleſia probatum. no do. Ant de cau. po. c. ſi. 31. col. ver. 9. op. & vide ſub verbo poſſeſſio, ſeu quaſi iuris maritalis.

Poſſeſſorium ſicut datur contra ſpoliantem, & contra mandantem, uel ratum habentem, vel eius hæredem, ita etiam contra ſingularem ſucceſſorem invitiũ, ſiue habeat cauſam a detentore, ſiue non, vt quia propria auctoritate occupauit, non tamen datur eadem ſpecies actionis, quia non interdictum vnde vi, ſed condictio ex decretali ſępe contra ſcienter in vitium ſuccedentem datur, vel datur contradictio ex canone redintegranda. No. do. Ant. de iudi c quia V. verſi. no. & ver. opp. Et quo ad prædicta appellatur ſucceſſor in vitio non ſolum qui ſecus rem alienã occupat, ſed ẽt qui oblatã ignorat, ſciebat tñ ad ſe non pertinere. ut no. eo. c. ver. venio ad glo. & vide oĩno in ver. venio ad 4 vide etiam, ꝙ ipſe no. de reſti ſpo. c. antep ver. no. ergo limitationẽ, vbi ẽt dicit ꝙ remediũ canonis redintegrãda hẽt locũ cõtra ignorãtẽ ſuccedẽtẽ in vitiũ.

Poſſeſſorium deducens contra ſcienter in vitium ſpolij ſuccedentem, an poſſit ſuſpendere petitorium, uidetur quod ſic. ut no. do. Anto. in c. paſtoralis, in princ. de cau. po. in contrarium videtur, quia priuilegium ſuſpendendi inductum eſt in odium ſpoliantis, vt in cle. 1. de cau. po ergo contra alium nõ competit. Ideo dicit Rota, quod contra tertium nõ competit, vt not. conclu. 144. Pro hoc facit, quia talis ſuſpenſio eſt contra ius commune, quod vult actorem compelli in actione, quam deduxit, perſiſtere. C. de lit. conteſtatio. Authen. offeratur. Ergo non debet extendi ad caſum non expreſſum & ſi eſſet eadem ratio, per ea, quæ no. Io. An. in regula, quæ a iure & in regula conſtitutionem. lib. 6. Item non eſt eadẽ ratio, quia magis delinquit ſpoliatus, quã in uitium ſuccedens quod patet, quia ſpolians tenetur criminaliter l. Iulia. de vi. l. ſi quis ad ſe fundum. Notandum eſt in ſuccedẽte in vitium, quia decreta. ſæpe, contra eum procedit, & c. frequens. de reſti. ſpo. lib. 6. ubi patet, quod priuilegium conceſſum ſpoliato vt poſſit excipiendo de ſpoliatione ſuſpendere petitionem actoris ciuiliter agentis, donec ad poſſeſſionem rei ſpoliatæ fuerit reſtitutus, &c. non habet locum cõtra tertium ad quẽ res ſpoliata peruenit, quod intelligit etiam ſi in vitium ſcienter ſucceſſit. Conclude quòd duntaxat locum habet contra quem competit interdictum, vnde vi, pro re immobili, nec habet locum contra quem, vel actio vi bonorum raptorum pro re mobili, uel contra quem remedium dictæ decretalis ſæpe, vel canonis redintegranda competit, & ita recte intelligendo uult ibi Ioan. And. in nouella, ſuper verbo deſtitutus. Non ob quòd no. do. Ant in d. c. paſtoralis, vbi dicit ſatis dici poſſe contra tertium dari, quando arguitur dolus, vel delictum eius, quia id intelligendo, in dolo, vel delicto participato cum ſpoliante, quia forte ille tertius auxilium, vel conſilium dedit ſpolianti, ad finem habendi poſtea rem ſpoliatam quo caſu licet proprie, & ſtricte non fuerit ſpoliator, tamen late ſpoliator dici poteſt, quia agentes, & conſentientes a pari procedunt Et iſta fuit ratio, quam ibi do. Ant ponit, ſecundum quã debet dictum ſuum intelligi. Non ob c. paſtoralis. quod loquitur etiam de poſſeſſorio adipiſcendę, in quo nulla arguitur uiolentia, & tamen qui ageret tali poſſeſſorio, põt petitorium ſuſpendere, per quod videtur, quod ſuſpenſio non fundetur in odio violentiæ, nec in dolo conuentionis ſed in ſimplici priuilegio poſſeſſorij, quia reſpondeo, quòd in quantum illud capitulũ intelligitur de accumulatione poſſeſſorij ſuſpenſiua. Reprobatur talis intellectus per multos propter poſſeſſorium adipiſcendæ de quo ibi locus. Ideo intelligunt illum text. proprie de accumulatione, quando agitur de poſſeſſorio, per quam vnum iudicium alteri accumulatur & adiungitur, non autem ſuſpenditur, & ſic intelligendo, non obſtat. Sed & ſecundum alios, qui intelligitur de accumulatione ſuſpenſiua non obſtat, quia intelligunt quando agitur poſſeſſorio adipiſcendæ contra illum cuius dolus arguitur. Et ita intelligit do. Anto ibi, quod intelligo de dolo participato, vt iam dixi. & vide omnino inf §. prox.

Poſſeſſorio recuperandæ agens condictione ex canone redintegranda, etiam in beneficialibus, non tenetur probare aliquẽ colorem tituli, & talis condictio non datur ſolum poſſeſſori, ſed ẽt detentori, qui poſſeſſionem, vel detẽtionem amiſit iniuſte, & ſine cauſa, & requirit quod fuerit ſpoliatus, nec quo ad poſſeſſorium quod ſit poſſeſſio vitioſa, nec refert, quod ſit immediatus poſſeſſor, vt no. dom. Ant. in c ſæpe. de reſtit. ſpo. ver. aliud eſt remediũ condõnis col pen. Et dicta condõ hẽt oĩa ſuſpenſiua, quę hẽt interdictum vnde vi, & ita pariter exceptionẽ ſpoliationis priuilegiatã, ſicut & dictũ interdictũ, nec cõtra agentẽ tali condóne põt opponi exceptio ꝓprietatis, ſicut nec cõtra agentem interdicto ſm Inn & Cal. vt no. do. Ant. in d. c. ſæpe. in col fin. Aduerte tñ quod deducens dictam condõnẽ ex canone non narret ſe ſpoliatũ, ſicut narratur in interdicto vnde vi, quia ſicut narrando ſe excluderet a remedio dicti canonis pro vt ſpãliter prouidet non ſpoliatis, ſed alias iniuſte, & cauſa poſſeſſionis amittentibus, ſm Lap. ut no. do. Ant in d. c. ſæpe. ver. Aduerte tñ ad vnum. pen. col. hoc eſt verum ſi actor ſe ſpoliatum dicat. Si aũt narret ẽt alia verba in quib. includi poſſet non ſolũ interdictum vnde vi, ſed ẽt remedium canonis redintegranda, tunc obtineret probando id. quod concluderet ad remediũ canonis, licet ſpoliũ non probaret, vt no. Lap. allegatio. 92. Sed quod dictũ eſt condictionẽ ꝓdictã habere remedia ſuſpenſiua, quæ habet interdictum vnde vi, contradicere vr̃ his, quæ in proxime præcedentib ſunt dicta. Itẽ cõtradicit his, ꝗ no. do. Ant. in c in literis, de reſt. ſpo 8. col. ver. opp ꝙ agẽti Vbi cõcludit ſuſpenſionẽ petitorij nõ hr̃e locũ contra tertiũ, ad ꝗ res ſine dolo peruenit, & videtur de hoc caſus in c. frequens. de reſtit ſpo li. 6.

Poſſeſſorio, & petitorio pactorẽ deducto in incorporalib. põt reus, & poſſeſſor petitoriũ deducere ꝑ viã exceptionis, defenſionis, & citationis ſui iuris, & poſſeſſionis, dicẽdo ius illud in corpore non cõpetere aduerſario, quia ſic negãdo vr̃ negatoria deduxiſſe, & in vim huius exceptionis, ſine alia expreſſa petitione põt ipſũ iudex ab impetratione actoris abſoluere, & eidem actori ſup illo iure ꝑpetuũ ſilentiũ imponere, vt eſt caſus in c. cũ eccle. Sutrina. ver veiũ, de ca po. & ibi no. gl. ſuper verbo vtraq; pars. Et ibi dicit idẽ do. Ant. & idẽ vult deciſio Rotæ. concl. 3. Secus ſi agatur ſuper reb corporalib quia tũc reus, & poſſeſſor nõ poſſet aliqđ petitoriũ deducere, ſm gl. ꝓdictã. Sed contrariũ in hoc verũ puto, nã reus cõuentus ꝑ interdictũ vnde vi, & rei vendicatione, ad poſſeſſionẽ recuperandã ꝑt in libello eodem deducere illam, vt no Io. An. de elec. põt reus excipiendo ad defenſionẽ ſui iuris, & poſſeſſionis dicere, ſe eſſe dominum, & actori non competere rei uendicationẽ, & probato per eum dñio eum conſtet de iure ſuo, & non iure actoris imponetur eidem actori perpetuum ſilentium ſuper petitorio, per dictum c. cum eccleſia ſutrina. Et licet pro actore feratur ſententia in petitorio, illa erit ver-



Digitized by Google

balis, & ſine effectu, quia ſententia in petitorio abſorbet vires poſſeſſorij, ut in c. cũ dilectus. & c eũ ſuper. de ca. po & prop.

Poſitio negatiua admittitur; maxime quando eſt probabilis. no. dom Anto. de reſtit ſpol. c. in literis. 2. col. verſi no quarto.

Poſitionem nna tenetur quis cum iuramento reſpondere, niſi ponens etiam per iuſm fecit poſitionem. no. Ro conclu. 32.

Poſitio data in prima inſtantia per iuramentum procuratoris poteſt per eum in ſecunda inſtantia intimari, & meliorari, ſine expreſſa reuocatione erroris, ſed principalem poſitionem ab eo datam per iuſm uariare non poteſt. Not. Ro. concl 97.

Poſitio ſi eſt negata, non poteſt negans ex illa poſitione pœnã innouare, nec tollere negationem no. Io. An. de confeſſ. c. 1. lib. 6 ſuper verbo confeſſionem in fi in nouella. quòd limita, niſi ponens poſſet renocare, & negationi aduerſarii adhæreret, vel e conuerſo, vt no Bar. in l. poſt legationem, in prin. ff. de his, quibus ut indignis.

Poſitio habetur pro confeſſata, ſi præſens coram indice iuſſus, ut reſponderet ſine rationabili cauſa reſpondere recuſat, & ſi idem abſens ſit, ei per nuncium mittitur copia poſitionum, iubeturque infra certum terminum uenire ad reſpondendum cum comminatione, quod ſi non reſponderit, habebitur pro confeſſo, vt no. do Anto. de iuramento calumniæ c. cum cãm, pen col. Sepe autem non requiritur, vt copia poſitionum mittat̃, ſed ſm eum ſufficit, qđ abſens iubeatur per nuncium cum comminatione prædicta. Requiritur tamen quod iudex pronunciet eum haberi pro confeſſo, ut Spec. in tit. de poſitionib. § nono. ver. verum. Ia. But. non requirit cõminationem, ſed ſecundum eum ſufficit, quòd abſenti mittatur copia ad domum, & iubeatur reſpondere, vt ipſe no. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuramento calumniæ, & in l. de ætate. §. qui tacuit ff de interrogator. actionib. Sed Dominicus de Sancto Georgio dicit, rationem eſſe opi gl. quod quis non habeatur pro confeſſo, niſi prius in iudicio iuſſus a iudice reſpondere recuſet. in c. 2. de confeſſ. lib. 6. Et dicit do. Io. de Imola, quòd iſta opinio ſeruetur in practica.

Poſitioni iuris communis non eſt reſpondendum, niſi ſit ius commune extrauagans, ſed poſitioni conſuetudinis, uel ſtatuti debet rñderi. No. Bar. in l. non fatetur. ad fi. ff. de confeſſ.

Poſtulatio ſi cum alia poſtulatione concurrat, & in alterum de poſtulatis conueniant duæ partes ius habentium, & poſtulatio fit ex cauſa, puta per neceſſitatem, vel vtilitatem eccleſię, ius acquiritur poſtulantibus, non poſtulato, niſi ſuperiori ſit poſtulatio præſentat, quia tunc poteſt agere poſtulatus, niſi forte in modum denunciationis admittatur poſtulatio propter vtilitatem eccleſiæ. Si vero neuter habet duas, uel habet tres, ſed non fit ex cauſa, tunc non iuri, ſed gratiæ innititur. Vbi autem duo eligunt, ſtatur maiori, & ſaniori. Vbi vero vnus eligitur, alter poſtulatur, tunc ſi duo partes cõueniũt in poſtulatione, præfertur poſtulatus, alias præfertur electus. Et hæc vera, ſi perſonæ ſint idoneæ, & forma generalis concilij obſeruata, no Io And. de elect c. nihil eſt. in gl. Hoc dicit papa. Fit tamen poſtulato iniuria, ſi eius poſtulatio impugnet̃. c. penult. de poſtul. dicit Fran. de Zabar. quod inferior a papa non poteſt poſtulationem reiicere ſine cauſa, & licet poſtulatus non poſſet petere beneficium, tamquam de iure debitum, poterit tamen officium iudicis implorare, tanquam de beneficio quaſi debito. & ſi non admittitur poteſt appellare, quia poſtulatio legitima nõ eſt mera gratia, vt ipſe no. in cle. auditor. de reſcript q. 11.

Poſtulandi qui ſunt vide. Io. An. qui eos enumerat. in c. fi. de poſtula. prælato.

Poteſt an hoc verbum neceſſitatem importet, vide Bartol. in l. Gallus. in principio. de liber. & poſtu in l. 1. de iniuſto, rupto, & irrito teſta & in l. ſæpe, de offic. præſidis. & Io. And in c. 1. de reg iur lib. 6 & an extendatur ad futura. vide Bar. in l. ſi ita ff de auro, & arg. leg.

Poteſtas vide ſub verbo iudex.

Præbenda dicitur a verbo præbeo, large ſumpto vocabulo, quia aliquid præbet. no. Ro. conclu. 436. ſed ſtricte dicitur a pretio quod quis recepit ex labore ſuo. No. Ro. conclu. 430 Et vide ſub uerbo gratia. §. gratiam habens. ad collationem canonicus, & coll.

Præbendam poteſt quis habere licet non ſit Canonicus. not. Ro. conclu. 330. Ideo in eadem eccleſia poſſunt eſſe plures præbendæ, quam ſit canonicorum numerus de præbend. capit. eum in Eccleſia libro 6. In textu, & glo.

Prębendæ appellatione cõprehenditur eccleſia ſacerdotalis de propria ſignificatione. no. Io. And. de præb. c. ei cui, li. 6. ſuper verbo, quod poſſit, in nouella & licet præbenda ſacerdotalis non poſſit conferri in ętate legitima ad Sacerdotium, tamẽ diaconalis poteſt conferri in ætate legitima ad diaconatus ordinem, vt no. Io. And. contra. Archid. in d. cap. ei cui. ſuper verbo ſacerdotalis, in nouella. Quando autem dicatur prębenda ſacerdotalis. Vide Io. And. in c. ei cui. ſuper 2. glo in nouella.

Præbenda ſi confertur, an intelligatur etiam canonia collata, & e conuerſo, vide ſub verbo collatio § collatio præbendæ.

Præbenda differt a canonia, quia canonia ſtricte loquendo eſt quoddam ius ſpirituale, quod creatur ex electione, & receptione in fratrem. Ius præbendę eſt quod procedit ex inſtitutione, & officio, quia propter officium datur beneficiũ. Sed ſumendo large prębenda nil habet commune cum officio. Hinc eſt, quod poteſt laico conferri, ut no Do. Anto de conſtit. capit. cum M. Ferrarienſis. in vltima charta. verſic. ſecundo quę eſt differentia.

Præbendæ ſi non ſunt diſtinctæ qualiter poſſint impetrari a papa, & qualiter per ordinarium conferri debeant in cap. fin de conceſ. præben. lib 6 ſuper verbo diſtinctio, & vide ſub verbo gratia impetrata a papa.

Pręceptum vide ſub verbo confeſſio. §. confeſſio facta coram iudice competente, & ſub verbo lex. § lex quando loquitur. An habeat vim ſententię, vide glo. quæ incipit, ſed pone cap. dudum. 2. de Elec. & in c. ex parte. de verbo. ſignif. in gl fin. & 2. q. 1. in ſumma. & quod not Bar. in l non fatetur. ff. de confeſſ. ver. ſed an iſto caſu. & in l. 1. C. de excep. rei iudi.

Præcipere an dicatur dominus, qui ſubditũ rogat, vide ſub verbo dominus §. dominus rogando.

Præceptum an extendat ſe vltra tempus iuriſdictionis præcipientis, vide ſub verbo iudex § iudicum precepto.

Prælatus non ſuccedit ut hæres, quia licet in beneficialibus ſit ſucceſſio, non tamen hereditaria, quia nõ ſuccedit in locum ſiue titulum primi defuncti, ſed ex nouo titulo, ſiue iure. no. Ro conclu. 218.

Prælatus canonicus tamen dicitur ſucceſſor prælati defuncti. Sed canonicus non dicitur ſucceſſor alterius canonici defuncti no glo. de elec. c. quod ſicut. ſuper verbo ſucceſſor. §. ſucceſſor. in beneficio, & §. diſpenſatio epiſcopi.

Prælatus ſuccedit in iure litis, & cauſæ per pręedeceſſorem ſuũ inchoatę. Ideo poteſt eum perſequi, etiamſi prędeceſſor ſub nomine proprio nominat eam. no. Ro. conclu 360.

Pręlatus pręſumitur ea, quę fecit feciſſe cum cõſenſu Capituli, not gl. in cap ea noſcitur. de his quæ fiunt a Pręlat. ſine conſ. quod eſt verum ſecundum Compoſt. quando non negatur conſenſum capituli non interueniſſe, niſi in his in quibus ſufficit tacitus conſenſus, vt in alienatione temporali. In his autem in quibus requiritur expreſſus conſenſus, ſi actus eſt talis qui habet in ſe poſſeſſionem, vel quaſi, & ille, qui allegat conſenſum Capituli, eſt in poſſeſſione, præſumitur pro eo, ſi eſt reus, ſi autem actus non habet in ſe poſſeſſionem, non p̃ſumitur ni ſit actus multum antiquus, uel niſi ſententia lata ſit. no. do. Anto. in c. ea noſcitur. vide Barto in l actor. ff rem rat. haberi, & quod no. inf. ſub verbo præſumptio § præſumitur ſolennitas.

Prælatus an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu Capituli, & cõuentus ſine conſenſu prælati, dic vt extra de iudic. c. cauſam. ſcias tamen quòd conuentus ſine conſenſu prælati poteſt ex maleficio conueniri, vt ibi not. per d. Ant.

Prælatus etiam in caſibus, in quibus non poteſt agere ſine conſenſu Capituli, poteſt tamen pro capitulo impetrare prælato, licet non poſſit agere ſine conſenſu prælati ſui. no. do. Anto. in d. c. cauſam, de iud.

Prælatus poteſt auctorizare alienationem rei, etiam ad ſuã eccleſiam pertinentis. No do. Anto. de iudic. c. cum ueniſſent. vet. inferior autem. Quod procedit, quando donat mẽſę Capitulari eccleſię illæ, quia tunc non dicitur alienare, quòd in domo eccleſiæ retinetur, licet quòd tutus ſit, quod auctoritate ſuperioris faciat, ita dicit gl. in cle. 2. de reb. eccl. non alien. ſuper verbo eccleſiam.

Prælatus ſicut non poteſt eccleſiæ rem immobilem, uel quæ pro immobili reputatur, ut ſunt decimę, ſine auctoritate ſuperioris alienare, ita nec ſuper ea tranſigere, nec amicabilem compoſitionem facere, ſed temporalẽ ad eius uitam, ſic tex. eſt de decimis. c. ex multiplici. & de trãſ c. 2. c. de cetero & c. veniens. & eo modo non poteſt de tali re. compromiſſum facere perpetuum præiudicium eccleſiæ. no do. Ant. de arb. c. cum tempore. in fi. & non valet compromiſſum factum per prælatum, ſuper re, quam non poteſt alienare, quod per id cõtingere poſſet alienationem fieri. vt no. Io An. in d. c. cũ tpe.

Prælatus non poteſt deponi ex nota negligentia, quia in eo eſt graue delictum. no. do. Anto. de iudi. c. & clerici. in prin. ver. per hoc patet.

Prælatus poteſt deponi, & tenetur ex delicto officialis ſui delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi, quam cito ſciuerit, purgauerit eius delictum. no. Bar. conc. 266.

Prælati delictum, vel negligentia an noceat uide plene per do. Anto. in c. 1. de dolo. in c. verum. de foro compet.

Prælati

Prælati delictum, vel negligentia an noceat eccleſiæ vide plene per do. Ant. in c. 1. de dolo, in c. verum de foro compe.

Prælati non ſunt domini eccleſiarum ſuarum, ſed procuratores, & adminiſtratores No. domi. Anto. de iudic. c. cum veniſſent. ver. opp. ſecundo.

Prælati an ſint uſuſfructuarii in morte. No Ro conclu. 220. ver. ſed iure. Tu dic quòd prælatus, & clericus in bonis eccleſiæ nunq̃ habent proprium vſumfructum, nec proprium vſum, ſed habent ſolum ius adminiſtrandi ſuccurrendo tam in neceſſitatibus ſuis, quam eccleſię, atque etiam pauperum, & ſic neceſſaria ſibi retinent, & ſuperflua pauperibus errogare debent, & hoc in clericis ſæcularibus. Regulares autem, & religioſi ſi ſint manuales, & ad nutum reuocabiles, ne dum sũt vſufructuarij, nec vſuarij, ſed nec habet ius adminiſtrandi nomine proprio, ſed ſuorum ſuperiorum. Si autem non ſunt manuales, ſed perpetui, vt electi a Capitulo, vel conuentu bene habent ius adminiſtrandi nomine proprio. No. dom. Anton. de cau. po c ſi & de pecu cler. per totum.

Prælati appellatione propria, & ſtricte loquendo comprehenditur archiepiſcopus, & abbas. Item archidiaconus qui per electionem aſſumitur, non qui per epiſcopum reſtituitur, & inſtituitur Item in plebano qui aſſumitur per electio. Sed late ĩtelligitur prælatus, & dicitur quilibet habens curã animarum, vel habens curam ſiue adminiſtratione. Item vicarius Epiſcopi, & quilibet ſponſus eccleſiæ. Qui autem dicantur prælati in Eccleſiis regularibus, vide dom. Ant. de iud. c. decernimus ver. op. quod alii & uide gl. in clem. 1. de electio. ſuper verbo prælatum. Adde quod proprie dicitur prælatus omnis ille, qui in eccleſia habet officium cum iuriſdictione. No. do Anto. eo. c. ſi. Item mendicantes, qui ſunt ad nutum reuocabiles deputati, & aliis præſint, cenſentur prælati, & in dignitate poſiti, donec fuerint reuocati. Ideo cauſæ poſſunt eis a ſede Apoſtolica delegari. Not Fred. in tractat permut. quæſtio 16.

Prælatus licet ſit abſens a ſua diœceſi, poteſt tamen beneficia conferre. tex. eſt de præben c. ſtatutum lib. 6.

Prælatus nõ transfertur niſi neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ hoc expoſcat. Ideo dicit Inno. quod tunc prælatus cogitur cedere quando alias periculum deſtructionis eccleſiæ immineret, vel magnum ſcandalum, dummodo cambium alterius prælaturę, vel dignitatis ei aſſignetur, vt no. Inno in c. niſi cum pridem ſuper verbo malitiam, de renunciatio. Idem no. Fre. in tract. permu. q. 24 prædicta intellige de æqualitate. Sed de iure poteſt papa in nuncium transferre, vt not. ſub verbo papa, §. papa licet.

Prælatus licet aliquibus annis receperit penſionem locationis factæ per eius prædeceſſorem, non propterea intelligitur dictam ratificationem locare, niſi pro tempore, quo pẽſionem recepit. Ideo illo tempore elapſo poteſt rem locatam petere, licet tempus locationis, non ſit finitum Not Ro conclu. 224. circa finem concluſionis, vbi optime dicunt hoc.

Prælatus quando tenetur ratificare geſta per prædeceſſorem ſuum vide Ro. conclu. 228.

Prælatus etiam clericus, poteſt agere petitorio, vel poſſeſſorio, pro prælatura, uel beneficio, vel rebus eccleſiæ nomine proprio ſub uerbo poſſeſſorium, vel nomine eccleſiæ vide §. poſſeſſorii. & quod not. Dom. Anton de reſti ſpo. c. cum olim.

Prælatus & clericus, an dicatur poſſidere, an ſolum detinere res eccleſiæ, & ius adminiſtrandi. vide ſub verbo poſſeſſio. §. poſſeſſio eccleſiæ. & ius tituli.

Prælatus ſententialiter depoſitus ſi quod egit appellatione pendente, valent geſta per eum, licet poſtea appellatio deſeratur. No. glo. de appella. c ſæpe, ſuper verbo rata

Prælatus an ſine Capitulo, vel conuentu, poſſit renunciare iuri ex p̃ſcriptione quæſito, uide ſub verbo renunciatio. § renunciatio. & §. renunciare poteſt prælatus.

Prælatus ſine Capitulo, uel conuentu recipiens pecuniam in depoſito, vel mutuo, non obligat eccleſiam, niſi quatenus probetur in vtilitatem eccleſiæ fuiſſe verſam. Fallit, ſi recipit pecuniam intra ſummam, communi prouidentia, id eſt ex ordinatione Capituli conſtitutã. Si autem prælatus pecuniã recipiat, tunc ſi recipiat in certam, & determinatam cauſam non obligatur eccleſia, niſi probetur in illam cauſam eſſe uerſam. Secus ſi non recipiat in certam cauſã ſiue determinatum vſum. Ita no. Do. Ant. in c. 1. de poſtul. prælator. 7. col & de fideiuſſ. c quod quibuſdam Et quòd dicitur prælato recipiente, ſiue Capitulo, idem intelligo de prælato, vel rectore eccleſiæ non habente Capitulum, vt ibi no do. Anto.

Prælatus ſi vendit rem eccleſię ob certam neceſſitatis cauſam, licet aliæ ſolennitates interuenerint, non valet alienatio niſi probetur pretium in illam cauſam verſum, ſecundum Inno. in c. 1. de po. & not do. Anto. ibidem 7 col. ver fallit. quarto, & idem uidetur, ſi vendat exprimendo certam cauſam, vt ſentit do. Ant. in d. c. 1. verſi. Secundo probabitur. ex. col. Et idem ſentire uidetur in eodem c. ad finem. Prædicta limita, niſi emptor ſteterit in longa poſſeſſione rei emptæ, quia ex tali longa poſſeſſione præſumuntur omnia ſolennia interueniſſe, ut patet ex notatis per eundem Ant in d. c. 1. & Bart. in l. ciuitas. ff. ſi cer. petat.

Prælati confeſſio non nocet ſucceſſori, nec eccleſiæ, vt not Io. And in c. ſi de ſolut. Item confeſſio prælati etiam cum Capitulo in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non prępudicat eccleſię Ideo licet p̃latus poſſit moderare, & iuxta meritum poſſit alicuius bene merito donare, vt patet de teſta. c. ad hoc & c. relatum. §. licet. Sed vltra meritum non poteſt, vt no Io. And. in addit. de qua infra. tamen ad verificandum benemeritum non ſtatur confeſſioni ſuæ, ſed illa merita debent probari no. do Anto. in c. 1. ad finem de probat & Ioan. And. in addit ſuper rub de rebus eccleſiæ non alien & quod per gl Bar. & Bal in l ſi donatione. C de collationibus prædicta limito, niſi donator longo tempore ſtetiſſet in poſſeſſione rei donatę, quo caſu præſumerentur omnia ſolennia, & neceſſaria interueniſſe, vt no ſup § proximo. Adde quod ſi prælatus cum Capitulo confitetur ſe pecuniam pro vtilitate eccleſię mutuo recepiſſe per talem confeſſionem de recepto probatur præcedens numeratio. l. Publia. in fin. ff depoſiti. Statur enim confeſſioni prælati, & Capituli in his quę regulariter non ſunt prohibita, ſicut pecuniam mutuo recipere, ſecus in his quæ regulariter non ſunt prohibita, ut in alienatione rei eccleſiæ, vt not. Cyn. & Bart. in Authent. hoc ius porrectum C. de ſacroſan eccle. & Iac. de Belu. in d auth. ibi, non alia. §. ſi vero. Et idem dicit do. Anto. in d. c. 1. & uide inf §. prælatus, etiam ſine conſenſu. & §. prælatus licet non poſſit, & § prælatus non.

Prælati confeſſio facta ſine Capitulo præiudicat eccleſiæ in his, in quibus habet prælatus diuerſam adminiſtrationem a Capitulo, niſi ſint ardua, ſecus autem in quibus non eſt diuerſa adminiſtratio, & tunc non præiudicat ſine conſenſu Capituli, vt not dominus Anton in c. ſi in fi. de præſer.

Prælatus cum Capitulo poteſt eccleſiaſticam rem pignori obligare, ne dum generaliter, ſed etiam ſpecialiter, vt tex. in Authen hoc ius porrectum. C. de ſacro ſanc. eccle. Sine conſenſu autem Capituli non valet pignoris obligatio, & ita debet intelligi c. abbatibus. 12 q 2. & de re eccle non alien c. nulli. Et eſt aduertendum, quod quando fit pro utilitate eccleſiæ ualet etiam ſine auctoritate ſuperioris, vt no. Io. And. ſecundum Aegid. in cap. nonnulli. & idem ſentit do. Anto. ſecundum Hoſt. in c. Subdit, tamen quod id forte non eſt verum, ex quo talis obligatio eſt prohibita eccleſiæ. Secundum hoc dictum do. Antonij ſaluari poteſt, quando obligatio pignoris fieret acceſſorie ad cõtractũ, in quo requireretur auctoritas ſuperioris, vt quando venditur res mobilis eccleſiæ, & emptori obligantur alia bona eccleſiæ, in caſu euictionis, ſecus quando in contractu principali ſuperioris auctoritas non requiritur, ut quando pecunia per eccleſiam mutuo recipitur, & pro ea reſtituenda bona eccleſiæ obligantur, uel ſi acceſſorium regulctur ſecundum naturam principalis contractus, & hoc modo omnia oppoſita poſſunt concordari.

Prælatus licet non poſſit rem eccleſiæ perpetuo alienare, ſine ſolennitate, poteſt tamen ad tempus. in c 2 de his quæ fiunt a præla. & in c. dudum. ſuper verbo perpetuus. de reb eccle. non alie. lib. 6. quod limita quando alienant res modicas, ſecus ſi res magnas. vt no. Inn. Ho. & Io. And. in d c. 2 & idem dicit Io. And in additione. Spec ſuper rub. de rebus eccleſiæ non alie in fi & vide inf §. proximo.

Prælatus ſine conſenſu Capituli poteſt bona eccleſiæ ad tempus concedere, quando hoc facit cauſa pietatis, & remunerationis recepti ſeruitij, ſecus ſi cauſa locationis, vt not. Lap. in c. 1. de re. eccle non alie. lib 6. Item poteſt ſine Capitulo quinquageſimam, vel centeſimam partem donare loco religioſo. Item quando ex tali donatione, grauiter non læditur eccleſia, ſecundum formam. cap. apoſt. de do & vide ſup § prox.

Prælatus non poteſt donare de bonis eccleſiæ etiam mobilibus, niſi in tribus caſibus, videlicet, quando dat pauperi, vel loco in pium vſum, vel etiam diuiti iuxta meritum ſeruitij, quib. caſibus poteſt prælatus, & in vita, & in morte donare, modice tamen, & moderate, non vltra, ut patet de teſta. c. ad hoc, & c relatum. a § licet, tamen ſi conſuetudo eſſet, quod etiã diuiti nullis meritis præcedentibus donare poſſet, valet donatio iure conſuetudinis moderata tamen, vt in c. a. eo. titu. prædicta intellige, niſi res quæ donatur eſſet facta prælati, ſicut fructus, qui eo ipſo ſi ſunt recepti, & conditi, fiunt prælati, vt no gl in c. præſenti, de offic. ordi. lib. 6. Nam tales fructus poteſt prælatus tamquam res ſuas donare, cui vult, vt no. do. Ant. in d. c. ceterũ. uide ſup. in §. prælati confeſſio non nocet.

Prælatus an poſſit eſſe iudex in cauſa ſpectante ad eccleſiã, vel ad menſam ſuam, vel de iniuria ſibi illata, vide ſub verbo iudex §. iudex poteſt eſſe quilibet.

Prælatus epiſcopus in allegatione rei eccleſiaſticæ non poteſt auctoritatem præſtare ſine conſenſu Capituli eccleſiæ cathedralis, ſecundum Inno. in c. 1. de his, quæ fiunt a præla. Quod eſt verum ſecundum Io. Cal. etiam ſi eccleſia inferior ſit collegiata Sed Fran. de Zabar. tenet ibi contrarium. Dicit enim in c. nouit. co. tit in quinta q. quod licet non ſit conſenſus neceſſarius Capituli, debet tamen eius requiri, quod nota Sed pro opinione Inno. facit c. 1. de reb. eccle. non alie. & de his, quæ fiunt a præla. c. cum apoſtolica.

Prælatus an poſſit renunciare iuri dignitatis ſuæ, vide ſub uerbo renunciatio §. renunciare poteſt prælatus, & §. renunciare an poſſit.

Præpoſitus, an dignitas ſit eſſe præpoſitum, vide ſub verbo dignitas eſt, eſſe Archidiaconum.

Prępoſitura habet ordinem presbyteratus annexum. Ideo oportet, quod præpoſitus fiat presbyter, aliter priuatur præpoſitura, vt in c. 1. de ætate, & qualitate. quod intelligo, quando prępoſitus eſt principalis in eccleſia, & ſuper alios eiuſdem eccleſiæ habet curam, & cui alii de eccleſia præſtare debent obedientiam, & reuerentiam, vt pater, in c. quamuis. de verb. ſign. & de his, quæ fiunt a præla a maio par. Capituli. capit. ex ore, & ibi no. Io. And ſub verbo debetur.

Prærogatiua dicitur, non ſolum quæ per priuilegium, ſed etiam per ius ſcriptum, & in corpore iuris redactum conceditur, vt eſt caſus. in l. aſſiduis. C. qui poti. in pigno. ha. Et prærogatiua proprie dicitur iſta, quæ contra regulas iuris communis conceditur, & proprie loquendo appellatur ius ſingulare ff. de legib. l. ius ſingulare, & de prærogatiua, quæ per priuilegium a principe datur, loquitur text. de priuil. cap. ſi papa. in prin. vide Bar. in extrauag ad reprimendam.

Presbyteri appellatione an comprehendatur clericus, vel econtra. vide do. Ant de cohab. cle. c. veſtra. ver no. quód man. & vide ſub verbis clericum, peccatum, ſacerdos.

Presbyter quamuis ſit pollutus, & criminoſus, licitum tamen eſt ab eo cuilibet audire diuina, qa licet ſeipſum polluat miniſtrando, tamen non polluit ſacramẽta, quæ alijs miniſtrat, & hęc vera in presbytero non præciſo ab eccleſia per ſententiam iuris, vel hominis. Si autem ſit præciſus, non licet ab eo audire diuina no do. Ant. de cohab. cle. c. veſtra. in 3. oppoſ. de quo plenius dic, vt not. per eum in 9 oppo. vbi diſtinguit quatuor caſus. Primo quid in criminoſo occulto, & tolerato, ſed non ſuſpenſo ab homine, nec in iure. Secundo quid in notorio ſuſpenſo Tertio quid in occulto pręciſo, ſiue ſuſpẽſo. Quarto quid in notorio ſuſpenſo, qui non poteſt dici toleratus ab eccleſia licet toleretur a prælatis, & in quo caſu liceat alium propria auctoritate, adire, ibi vide.

Præſcriptio non incipit, nec incępta currit contra eccleſiam vacantem, quia caret legitimo defenſore, & ideo Capitulum vacante ſede nil poteſt contra eccleſiam, ſiue epiſcopum futurum præſcribere. Not. Ro. conclu. 300. & vide ſub verbo articulo.

Præſcribi poſſunt omnia iuriſdictionalia. no. Ro concl.....

Præſcribi an poſſit ius patronatus. vide ſub verbo patronatus, inf. § patronatus ius.

Præſcribi an poſſint decimæ, vide ſub verbo, decima.

Præſcribi non poteſt decima, quam alienat prælatus ſine conſenſu Capituli in caſu etiam licitæ alienationis. no. gl. de reb. eccl. non alie. cle. 2. ſub verbo defenſor.

Præſcribi non poteſt conſilium, cum quis tenetur conſilio alterius facere. not gl in d. clem. 2. de reb. eccle. non alienan. ſub verbo conſenſu.

Præſcribere poteſt inferior, ab epiſcopo ius interponendi auctoritatem, in permutationibus, & vnionibus ad dignitatem, vel iuriſdictionem epiſcopalem, non autem poteſt perſcribere ea, quæ pertinent ad ordinem epiſcopalem. No. Fre. de Senis in tract permu. q. 9.

Præſcribi non poteſt exemptio viſitationis, & correctionis per decennium, & Capitulũ contra epiſcopum, etiam ſi dicat, ſe in poſſeſſione huiuſmodi exemptionis fuiſſe tanto tempore, cuius contrarij non ſit memoria. Sed alius prælatus bene poſſet contra eos præſcribere, talem iuriſdictionem no. Ro. conclu 231. Conclude quod exemptio, obedientia, & libertas non poſſunt præſcribi extinctiue, ſed trãſlatiue ſicut hoc eſt dicere, quod prædicta non poſſit quis in ſeipſo præſcribere, ſed bene contra vnum, vt ſubijciatur alteri, poteſt præſcribi, & ita debet intelligi tex. de præſcrip. cap. cum ex officii, de priuileg c. cum olim, & eo. tit. c. cum perſonæ lib. 6. & ita. no. Oldr. conſi. 170 & 242 & 251. & Io. Cal. de præſcript. cũ non liceat. & do. Ant eo tit his auditis. 6. col. ver oppo. quod non poſſit. vide inf § præſcribi non poteſt libertas.

Præſcribi poteſt libertas, & facultas eligendi per conuerſos laicos, qui licet ſint laici profeſſione. & id præſcribere non poteſt. no de elec. c. ex eo lib 6 in gl. fi.

Pręſcribens contra priuilegium non dicitur in mala fide, nec titulo carere, quando præſcribit id, quod ceſſante priuilegio pertinebat ad eum de iure communi, no. per Innoc & dom. Ant. de confirma. vti. c cum dilecta.

Præſcribi poteſt collatio cuiuslibet beneficii, etiam curati per inferiorem epiſcopo, quod intellige, de collatione ſimplici per quam ius confertur, non de auctorizabili, per quam cura datur, quæ debet recipi ab epiſcopo, & illa impræſcriptibilis eſt. vt in c. olim. de præſcript.

Præſcribi poteſt iuriſdictio excommunicandi, atque etiam quæ ſunt meri imperii per inferiores præſcribi poſſunt ſecũdum canones, dummodo vtens intendat vti iure ſuo, non autem per vnum actum quæritur poſſeſſio iuriſdictionis. Vide Ro. conclu. 399. vide inf §. præſcribi an poteſt merum.

Præſcriptio inchoata cõtra priuatum cui eccleſia ſucceſſit nõ perficitur cõtra eccleſiam, niſi tempus quod reſtabat ad pręſcribendum contra priuatum finiatur, & currere incipiat ſecundum ratam temporis ſtatuti contra eccleſiam. Vnde ſi contra priuatum erat præſcriptio continuata, vſque ad quinque annos, qui ſunt medietas temporis ad præſcribendum contra priuatum, reliqua medietas complenda requirit lapſum 20. annorum contra eccleſiam, contra quam non præſcribitur, niſi ſpacio 40. annorum, no. Cy Bar & Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Io. And. de iure patr. c. 1. lib 6. in nouella ad præſentandum.

Præſcriptio ſi contra pręſentem eſt inchoata, per quinquenniũ, & ſic pro medietate, ſi poſtea ſe abſentat, requiritur fluxus 10. annorum ad complendum præſcriptionem, quia decennium eſt medietas temporis ad præſcribendum contra abſentem. no. Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle.

Præſcriptio an interrumpatur per obiectum exceptionis, vide gl de ordi. cogni. c. cum dilectus, ſuper verbo in modum, & qualiter per alium modum interrumpatur. vide Barto. ff de eo, per quem fac l. fi in prin. & ff. pro empt. l. 2 §. fi & plenius. per dom. Ant. c. illud, de præſcript. & an interrupta contra vnum poſſit currere contra alium, vide Bart. in l cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolution. Vnde inf. §. præſcrip. interrumpitur.

Præſcriptio interrumpitur per litem conteſtatam, factam corã arbitro, non autem factam coram arbitratore no. dom. Ant. de iureiuran. c. Quintauallis. ver. 16 differentia.

Præſcriptio contra ius ſcriptum non perficitur niſi ſpacio 40. annorum, ſed ſi eſt præter ius, completur decennio. Not. Ro. conclu. 441. in princ. Sed Innoc. dicit, quod etiam conſuetudo, quæ non eſt contra ius, requirit pręſcriptionem 40 annorum, vt no. eadem conclu. 5. col. Dic quod licet non ſit contra ius, ſi tamen detrahit in toto, vel in parte iuri eccleſiaſticę perſonæ requiritur ſpacium 40 annorum, vt no 100. concl. 5. & 6. colum.

Præſcribi non poteſt priuilegium per non vſum, quia priuilegium eſt ad vſum maxime voluntarium conceſſum. not. Io. And. de priuileg c. vt priuilegia. ſuper gl. pen. ad fi & eodem modo non pręſcribitur per non vſum contra conſuetudinẽ, quæ aliquid faciendi tribuit poteſtatem, vt no. per eum, in c. fi. in prin. de conſuetudine lib. 6. in nouella. In contrarium videtur, quod priuilegium tollatur ſpacio 10. annorum per non vſum, vt eſt caſus in l. 1. ff. de iuriſd Dic vt no. per Cy C. de excu. tu. l. voluntariæ. 7. q vel melius dic ſecundum glo. in d. l. 1. Nam ideo ibi tollitur priuilegium, & præſcribitur per non vſum, quia reſpiciebat vniuerſorum præiudicium, ſecus ſi eſſet duntaxat in præiudicium aliquorum, vel nullius,

Præſcribi non poteſt contra ea, quæ per modum facultatis cõpetunt. no. Bar. ff de via pub l. viam publicam Iuri autem offerendi bene præſcribitũ, quando illud ius eſt ſequela actionis competentis, vel exemptionis etiam competentis. No per Barto. in l. pign. ff. de uſucap. & uide ibi Angelum, qui aliter loquitur.

Præſcribi non poteſt hoc ſolo, quod ille cui ſeruitium debetur, illud non petierit not. Bar in l. filijs. C. de decur. lib. 10. & de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. lib. 6. Vide infra præſcribi non poteſt exemptio.

Pręſcriptio contra ruſticam ſeruitutem ex ſolo non uſu perficitur, ſed contra urbanam requiritur factum præbentis ff de ſeruit. vrba predio. l. hęc autem iura & ratio differentiæ not. ibi per Bar. Vide inf §. præſcribi an poſſit libertas.

Præſcriptio in quo differat a conſuetudine, vide ſub verbo conſuetudo §. conſuetudo differt.

Præſcriptio conſuetudinis optandi beneficia eccleſiaſtica, quanto tempore indicatur, vide ſub verbo conſuetudo

Præſcriptione an quæratur dominium vtile tantum, vel directum,

Digitized by Google

ctum, etiam vide ſub verbo dominium. §. directum.

Præſcriptio procedens ex ſola, & mera negligentia non petentis an locum habeat de iure canonico, etiam ſi poſſeſſor ſit in mala fide. Vide Inno. de immunitate eccleſiar. c quia plerique, & do. Ant de iu patron. c. cura. & Bal. C. de ſerui l. 1 & in tit. ſi de feu fuet. controuet inter do. & ag. c. ſi quis triginta. verſicu. quærit hic gl. & in l. omnes populi vbi dicit contra Bar qui videtur ſibi contrarius, in l. ſequitur. § ſi viam, de vſucap. & in l. omnes populi. de iuſt. & iur in qu. an ſtatutum poſſit diſponere contra ius diuinum Et plenius per do. Ant. in c. ſi de præſcrip Vnde concludo, contra Inn & Bart. quòd etiam vbi nulla poſſeſſio exigitur ex parte præſcribentis, quã do contra actionem perſonalem præſcribatur, non procedit præſcriptio, ĩ foro canonico, nec ciuili ratione peccati, ſi debitor ſciuit ſe debitorem, ſecus ſi ignorat, niſi vbi actio eſſet tẽporalis ex origine, & natura ſua, quo caſu finito tempore poteſt opponi præſcriptio in vtroque foro, licet debitor ſciuerit ſe debitorem. Et propterea ſecundum Io. And in c ſi de excep. lib. 6 in nouella, non valent ſtatuta, ex quibus inducitur præſcriptio quinquennalis contra creditores. Et vide omnino infra § præſcribi an poſſit libertas contra iura realia.

Præſcribitur ius adeundi hæreditatem ſpacio triginta annorũ. Aduerte tamen, quod licet filius ſit excluſus a iure adeundi, vt filius, per lapſum triginta annorum, tamen infra alios triginta annos poteſt adire, vt legitimus, vt not. Bald. C. de iure delibe l licet, & ibi recitat Bar. ſic conſuluiſſe. Ex hoc ſequitur quòd licet filius elapſo primo anno decedens J ſecũdum non tranſmittat ius deliberandi vt filius matris, tamen tranſmittit ius deliberandi vt legitimus, ſecũdum Bal. ibidem, qđ eſt notabiliſſimum.

Præſcriptio non poteſt incipere contra hæreditatem iacentem. no Bar. de iure delib l. licet in fine. Aduerte tamen, quod vbi eſt ſeruus hæres, ibi poteſt, licet hæreditati ſe non immiſcuerit, quia exiſtentia ſui hæredis continuat dominium not. per gl & Bal ff depo. l. cum hæreditas.

Præſcribi non poteſt vllo tempore ius implendi conditionem poteſtatiuam no Bar. in l. pignori. ff. de vſucap.

Præſcribere non poteſt hæres rem in qua defunctus habuit malam fidem, l. cum hæres. de di. & temp. præſcr. & no. gl. in l. nihil. C. pro hrde, & no. glo. a. q. r. c in primis. Idem ſi defunctus non habuit malam fidem, ſed nec habuit bonam fidem, vt no. glo. in l. poſt pluribus. de vſucap. Cyn. autem dicit, quòd nec hoc ſit de iure ciuili, de æquitate tamen canonica præſcribit, ſi habet bonam fidem, & vult a ſe inchoare præſcriptionem, vt ipſe no. in regula poſſeſſor. lib. 6. Sed do. Anto. dicit, quod etiam de æquitate canonica non poteſt, in præſcriptione 10 vel 20. annor. ſic. Et ita dicit Dyn. intelligendo text. in c. ſi diligenti de præſcript. & vide quod no. per eum, in c. cura. de iure patr Item no Bald. in l. nihil. C. pro hærede. Opinio. dom. Anto. non videtur vera, quia iura. quæ allegat, quòd hæredes tenentur exonerare conſcientiam defuncti, loquuntur in hærede, qui non præſcribit, ſecus ſi præſcriptionem cum bona fide compleuit, quia rem tunc præſcriptam etiam de iure canonico retinere poteſt, nec etiam tenetur reſtituere ex ſuperueniente ſcientia rei alienæ ſicut nec alius, qui præſcripſiſſet, teneretur. vt no. in c ſi. de præſcript. per do. Ant alias fruſtra eſſent præſcriptiones inductæ. Item quando loquitur in foro conſcientiæ, ſecus ſi in foro iudiciali. Et vltra rationem, quam do. Anto. ponit conuitiatur Dyn. alia ratione, quia illa æquitas canonica, de qua Dy. loquitur, nõ reperitur ſpecialiter ſcripta in iure, in perſona hæredis ſuccedentis ei, qui habuit malam fidem. Standum eſt ergo, rigori iuris ciuilis ſcripto, & æquitas canonica intelligitur in poſſidente bona fide, qui non ſucceſſit habenti malam. Io. And. vult ius ciuile per canonicum concordare, diſtinguendo inter præſtationem, in qua ſufficit bona fides, & illam, in qua requiritur titulus, vt primo caſu procedat ius canonicum, ſecundo ius ciuile. Ita not. per eum in regula, cum quis. in gl. & ſuper eadem in nouella. Sed diſtinctio illa tolli videtur ex ratione proxime dicta.

Præſcriptio de iure Canonico procedit ex ſola bona fide, ſine titulo, etiam in rebus corporalibus, vt no. Ioan. And. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. in gl. magna, quæ ſaluari poteſt in præſcriptione 40. annorum, de qua loquitur illud capitulum. t. quia loquitur de rebus eccleſiæ, quæ minori tempore præſcribuntur licet Innoc in c. ſi diligenti. eo. tit dicat, quod etiam in quadragenaria præſcriptione requiritur titulus, cum ſuccedit loco præſcriptionis 10. vel 20. annorum. Innoc non vidit tex. d. c. vbi hodie declarat, quòd in præſcriptione 40. annor. regulariter non requiritur titulus, niſi quando ius commune præſumit contra præſcribentem & pro aduerſario, vt d. c. 1. & ita dicit Io. And. in regula, poſſeſſor, lib. 6. Sed in præſcrip. 10 vel 20. annorum quæ procedit in rebus priuatorum, requiritur titulus etiam de iure canonico. no. do. Anto. de præſcriptione c ſi diligenti Et idem tenet. Io. de Fonte, & Pe. More in d c. 1. & Inn. in d. c. ſi diligẽti Et idem vult Io. And in c illud de præſcriptio ſuper 3. gloſſ & in regula, qui ad agendum, in Mercur. vbi dicitur. quòd eccleſia præſcribit rem priuati ſpacio 10 annorum, & ſicut priuatus non perſcriberet ſine tit. ergo, nec eccleſia. Pro hoc facit, quia etiam de iure canonico antiquo requirebatur titulus in præſcriptione, vt dicit tex in d. ca. 1. lib 6. non corrigit ius antiquum, niſi in præſcriptione 40 annorum, de qua loquitur. ergo in aliis præſcriptionibus minoris temporis, remanet ius antiquũ incorrectum. vide ſup § præſcribi non poteſt exemptio.

Præſcribit ille, qui errat in iure, quando præſcriptio procedit ex ſola bona fide, quia errare in iure eſt eſſe in bona fide. No do. Anto. de cenſi. cap. peruenit. vltima col. vide plenius infra. §. præſcribere.

Præſcribi an ius poterit exigendi vectigal, ſiue pedagia, & gabellas, & alia principi reſeruata, vide ſub verbo conſuetudo exigendi pedagium.

Præſcribi non poſſunt aliquo tempore illa, quæ ſunt debita ab inferiori in ſignum vniuerſalis ſubiectionis, ſicut eſt, quod qs præſtet obedientiam, vel quod viſitetur. No. do. Ant. de cenſi. c peruenit. c ueſtra ver. venio ad tertium.

Præſcriptio poteſt inchoari ab impetratoribus beneficii, vel priuilegii, cum bona fides præſcriptionem præcurrat. Sed curſus inchoatæ præſcriptionis impeditur per priuilegium impetratum ſimpliciter, cum impetrando ſimpliciter videatur fateri, ſe non credere rem ad ſe pertinere. No. Io. An. de præſcrip. c ueniens. in gl ſi. Aduerte tamen, quod ubi ex tenore priuilegii apparet, non eſſe conceſſum impetranti id, quod præſcribere non poteſt, ab ipſius impetratione priuilegii præſcriptio inchoari per malam fidem, quia cum præſcribẽs nitatur ex titulo priuilegij, tenore illius inſpecto, ſemper eſt in mala fide, vt no. Io. Mo. in l eum perſonæ, de priuilc. lib. 6. Et hoc etiam tenet ibi Ioann And. in nouella. Hoc verum, quando verba priuilegij ſunt clara Vbi autem ſunt dubia, vel æquiuoca ad vnam partem, præſcribi, & interpretari poterũt. no. do. Ant. de præſcrip. c. ſi diligenti. in fine.

Præſcriptio interrumpitur ex vnico actu contrario, nec requiritur multiplicata interruptio vt no Inno & Io. And. & dom. Ant. in c. auditis de præſcrip. Interruptio tamen quoad vnũ articulum, non operatur, quoad alios articulos, vt ibi. no. do. Anto. in vltima columna.

Præſcribi an poſſit quod beneficia manualia conferantur, vt perpetua, ſub verbo religi § religioſus non poteſt conſentire.

Præſcriptionis interruptio, quæ fit ad litem conteſtatam maiorẽ parit effectum de iure canonico, quam ciuili, quia de iure ciuili perpetuat actionem duntaxat ad 30. annos. Sed de iure canonico in perpetuum, quia litis conteſtatio facit malam fidem, quæ perpetuo impedit præſcriptionem. No do. Anto. de præſcrip. c. illud q. 3. in fine.

Præſcriptio interrumpitur ex ſuperueniente mala fide de iure canonico, cum ſtandum eſt in materia peccati, & dicitur ſuperuenire mala fides, quando credit, ſe non iuſte tenere. Idẽ ſi dubitat, licet ibi quo ad hoc, quando dubitat, Innoc. & Bar. contradicant, vt no do. Ant. de præſcr c. illud. 2. col. in ſi.

Præſcriptio contra actionem ciuilem perpetuam ſi eſt odioſa, currens ex ſola negligentia, vt præſcriptio 30. annorum per ſolam citationem. Et idem in omni præſcriptione in qua non exigitur titulus Aduerte tamen, quod tunc demum per citationem interrumpitur præſcriptio, quando actor comparuit in termino citationis, vel citatio circumducitur, & cõſequenter interrumpit. vt no Guil de præſcrip. 30. anno. l ſicut, & Bal in l. & poſt edictum § 1. ff de iudi.

Præſcriptio mere fauorabilis ſcilicet triennij in rebus mobilib. non interrumpitur etiam per citationem, vel litem conteſtatam, niſi in effectu. Et hoc verum, niſi interueniat talis actus, qui concluderet fidem, uel ducat tenentem in dubitationem, uel libelli ob atione facta principi, præſcriptio autẽ immixta, i. 10. vel 20. ann. non interrumpitur per citationem ſolam, ſed per litem conteſtatam. Præſcriptio uero contra temporales actiones non interrumpitur, niſi per litem conteſt uel per libellum principi oblatum. Præſcriptio autem contra actionem criminalem interrumpitur ſola libelli oblatione iudici facta. No. do. Anto in d. c. illud ver. ciuiliter autem. de præſcr. Bart. vero aliter dicit videlicet. hoc vltimum procedere in iudicio criminali. ut l. j. C. quãdo lib. principi da. Et aduerte, quòd præſcrip. 30. annorum non interrumpitur ex ſolo libello principi oblato. vt ex tex. & gl. in l. ſicut. C. de præſc. 30 ann.

Præſcriptio interrumpitur ex ſynodali, & proclamatione deſcripta ſacramentorum. No do. Ant. in c. illud eo. tit. de præſcr. Item interrumpitur per debiti agnitionem, vel per ſolutionem

nem

Digitized by Google

nem partis debiti, vel vſurarum, & per dationem fideiuſſionis. Interrumpitur etiam naturaliter ex perditione poſſeſſionis rei, quæ præſcribitur. no. dom. Anton. in dicto capitulo illud.

Præſcriptio ſtatutaria interrūpitur per ſolam citationem, quæ currit ex mera negligentia, no. dom. Anton de præſcr. cap. illud. penultima columna, & idem not. Barto. ff. pro empt. l. 2, §. finali.

Præſcriptio iurium incorporalium qualiter interrumpatur, vide dom. Anto. de preſcrip. cap. illud penult. colum. ver. ex his deciditur.

Præſcriptionis interruptio ſi fit, naturaliter prodeſt omnibus, ſed ciuilis interruptio non prodeſt niſi interrumpenti no do mi. Ant. de præſcr. c. illud. pen. colum. Interruptio autem facta per vnum ex reis debendi nocet omnibus. ut l. fin. C. de duob reis. vide ſup. §. præſcriptio an interrumpatur.

Præſcriptio ſicut interrumpitur ſuperueniente mala fide, & ſcientia rei alienæ, ita etiam interrumpitur, ſi ſuperueniat ſit ma dubitatio, an ſit res ſua, vel aliena. Idem ſi ei aliquid oſtēditur, vel probatur ex quo veriſimiliter potuit, vel debuit dubitare, licet iure dicat non dubitaſſe. Vbi autem dubitatio eſſet in principio præſcriptionis, tunc præſcriptio impedire tur. no. dom Anton de præſcript. capi. ſi. penultima, & vltima columna.

Præſcribi licet non poſſit res ſurtiua, vel ui poſſeſſa etiam per tertium, qui non commiſit furtum, vel violentiam Inſti. de vſucap. § furtiuæ, & § quod autem. partus tamen, & fructus rei mobilis ſurtiuę, vel uiolenter poſſeſſæ poteſt pręſcribi, vel vſucapi per tertium bonæ fidei poſſeſſorem. & pro ſuo. l penult. in principio, & ibi no. Barto. Item & ipſa res ſurtiua, vel vi poſſeſſa, licet non præſcribatur longo tempore, præſcribitur tamen longiſſimo, triginta annorum per furem, vel violentum poſſeſſorem. No. Bar. in l. ſequitur § fundum, ff de vſucap Sed rex dicit contrarium in l. ſi quis emptionis §. ſed & hæc ſuper illis. C. de præſcri 30. ann Sed dictum. Bart. poſſet ſaluari in præſcriptione, quæ fieret cōtra alium, quam ſpoliatum Sed quicquid de iure ciuili ſit, non poteſt violenter poſſidens cōtra aliquem de iure canonico præſcribere, propter malam fidem, ut in regula, poſſeſſor.

Pręſcriptio contra ciuitatem ſiue rempublicam in rebus incorporalibus, vt patrimoniū fiſci, perficitur ſpacio quadraginta annorum, vt C. de præſcrip. 30. ann. l. omnes. Fallit in rebus acquiſitis ciuitati per hereditatem, vel legatum, vel donationem, vel emptionem, in quibus requiritur ſpacium centum annorum, C. de ſacroſan. eccl. l fi. In rebus autem incorporalibus dic, aut ſunt delata propter aliam cauſam, & tunc ſi ſūt nunciata fiſco ſufficit quadriennium. l. inter quatuor. C. de diuer. & temp. præſc. Sed ſi non ſunt nunciata, tunc aut poſſidentur cum titulo, & ſufficiunt decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes l. quam iuris. eo. tit. Aut poſſidētur ſine titulo, & tunc requiruntur viginti anni. l. omnes. Iuri autem caſtrorum, vel villarum, præſcribitur, ſicut in rebus aliorum priuatorum fit, vt no. gl. & Bar. in l ſi finita §. ſi vectigalibus. de dam infec. Sed Bar. poſtea dixit contrarium, in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. Et hoc tenet ibi. Bald. & pro hoc facit, quod notat dom. Anto. in c. fi. de iudi. vlt. colum. Dicit etiam Bal. in d l fi quod licet in caſibus eiuſdem legis non præſcribatur per relinquentem, donantem vendentem, ſiue eius hæredem vniuerſalem, minori ſpacio centum annorum, tamen per alium ſingularem ſucceſſorem præſcribitur ſaltem ſpacio. 40. annor per dictam l. omnes, vel etiam ſpacio. 10. vel 20. ann. per l. fin. C. de præſcrip. longi temp ſecundum Gul. quòd dicit eſſe notabile. Contrarium tenet Bar in d. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. dicens, in caſibus illius legis idem eſſe in ſingulari ſucceſſore, quod vniuerſali Et aduerte ad id, quod dixi, non præſcribi minori ſpacio quadraginta annorum, cōtra res fiſco, ſiue reipublicæ incorporatas. Azo contrarium tenet, dicens ſufficere ſpacium 20. annorum per dictam l. omnes, nec obſtat d l fi. C. de ſacroſan. eccl. Alioquin ſi d. l. intelligeretur, quod in præſcribendo cōtra rempublicam requirerēt ſpacium quadraginta annorum ſic etiam oporteret eandem legem intelligi de præſcriptione contra priuatum, quod nō perficeretur minori ſpacio quadraginta annorum, quia illa lex pariter loquitur de præſcriptione contra ius priuatum, & contra ius publicū. Et ita concludit Azo fons legum in ſumma de præſcrip. 30. annorum, ad fin Archidiacon. diſtinguit inter res fiſco quæſitas, & res delatas acquirendas. 16. q. 3. iubemus.

Præſcribi non poteſt exemptio non ſoluendo decimas, niſi cū titulo de decimis c. dudum, nec ius percipiendi decimas, niſi cum titulo, vt no. eo. ti. c. penult. per glo. quod intellige niſi eſſet præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij memoria non exiſtit. per c. 1. de præſcript. lib. 6. vide omnino in §. præſcriptio de iure canonico, & ſub verbo decima. §. ius decimandi.

Præſcriptione an quæratur dominium, & quare Vide ſub verbo dominium directum, & per do. Ant. de præſcript. c. ſi diligenti. ver. opp. quòd procedit in fi. per vnam col.

Præſcriptio an extendatur de vna re vel perſona, ad aliam, vel de vno iure ad aliud Vide Inno. Io. An & do. Anto. in c. fi. de offi. ordi. & de Cappellis monach. c. dilectus.

Præſcribere non poteſt prælatus ſeruilia grauamina, quæ exigit a ſubditis, quia præſumitur potius timore, quam ex debito præſtitiſſe. Not. Ioann. And. in cap. 1. de præſcrip libro 6. in nouella.

Præſcriptio an concurrat contra idem cum priuilegio, & conſuetudine. Vide ſub verbo priuilegium, & præſcriptio.

Præſcriptione tanti temporis, cuius initij non ſit memoria, nō acquiritur ius mere perſonale, ſiue oblatio mere perſonalis ad annuam præſtationem fiendam, ſed bene acquiritur ius ex vſu, & conſuetudine præſtationis eiuſdem temporis. Aduertat ergo libellans ut non deducat tempus, & præſtationē tamquam mediatam cauſam productiuam obligationis, ſed tamquam productiuam cuiuſdam uſus, & conſuetudinis, ex qua conſuetudine ius, & obligatio producta credatur, & concludat ius conſuetudine debitum, alias ſuccumberet, & dicta conſuetudo tanti tpis eſt illa, quæ dicit habere vim conſtituti priuilegij. Et hæc ſunt uera, ſiue ius commune reſiſtat, ſiue non, & ſiue ſuit duntaxat conceſſiua priuilegij, ſiue non Prædicta intellige, quando volens acquirere eſt capax illius iuris, aliter, ſi incapax foret, abſque diſpenſatione apoſtolicæ ſedis, nihil acquiret ex vſu, & conſuetudine prædicta. Conſuetudo autem, & vſus præſtationis minori tempore, in quātum agitur ex tali conſuetudine, non producit naturalem, & ciuilem obligationem, quia tempus non eſt modus inducendi talem obligationem. Vbi autem agitur induci ſola ciuilis, iam orta naturali, tunc ſi ciuilis deficit fauore præſtantis vnica præſtatione, ciuilis inducitur. Si autem deficit propter iuris non aſſiſtentiam, non tamen fundatam ſub fauore præſtantis, tunc regulariter ex pręſtatione non inducitur ciuilis, vt l. ſi certis. Fallit in legato alimentorum, vbi ex præſtatione triennali ciuilis inducitur. Idem in legato ad pias cauſas. No. do. Ant. de cenſi. c. peruenit. ver 6 & 7 col.

Præſcriptio iuris incorporalis mere realis, ſicut eſt ſeruitus, quę debetur a re rei, ſi habet cauſam continuam, perficitur decē, vel viginti annorum ſpacio de iure ciuili. Sed de iure canonico exiguntur quadraginta Si autem habet cauſam diſcontinuam, exigitur tantum tempus, cuius initij non ſit memoria, licet in hoc contra, & illa dicitur habere cauſam continuam, in cuius uſum non requiritur factum hominis, vt eſt ſeruitus itineris. Ideo ſecundum Bart ſeruitus aquæ ducendæ poteſt habere cauſam continuam, & diſcontinuam. Continuam ſi in ſe currat, & diſcōtinuam, ſi in trahenda aqua exigitur factum hominis No do. Anto. de cenſibus. c peruenit. 31. & 14 col. Et aduerte ꝙ pꝰſcriptio ſeruitutis habentis cauſam continuam procedit ex naturali, & ciuili, quaſi poſſeſſione, cum nulla ſit continua, & præſcriptio requirit continuā poſſeſſionem, uel quaſi Ideo in tali ſeruitute diſcontinua nō datur utile interdictum vti poſſidetis ſicut datur in ſeruitutibus continuam cauſam habentibus, ſed dantur ſpetialia interdicta fundata ex ſolo uſu per quem defenditur quis in ſtatu, & vſu, in quo eſt, & ille vſus cauſat conſuetudinem quandam, & ex conſuetudine quęritur ius, ita quòd proprie loquendo talis ſeruitus dicitur quæſita ex conſuetudine pręſcripta, & non ex præſcriptione ſimpliciter, no. do. Anton. in d. c. peruenit. 3. chartā. ver. nunc videndis. ad conſuetudinem inducendam non requiritur continua poſſeſſio, ſed ſufficit q. dam vſus interpellatus, & ēt unus licet autem ſeruitus habens cauſam diſcontinuam, non pręſcribatur niſi tanto, cuius initij &c. Tamen ad præſcribendum titulum, ſufficit poſſeſſio, ſiue vſus longi temporis, vt ſenſit do. Anto in d. c. peruenit 5. charta. verſic. venio ad ſecundum principale, nec de hoc mireris, quia ipſe vult, quòd maius tempus requiratur ad præſcribendum, quam ad præſumendū, vt ipſe no. 100. charta, & circa tempus dubium facit.

Pręſcriptio iuris incorporalis mere realis, videlicet ſeruitutis debitę a re rei, non requirit titulum de iure canonico, nec ciuili. In alijs autem iuribus, ac ſeruitutibus de canonio iure, vbi pręſcribenti non obuiat, requiritur titulus, vel poſſeſſio tanti temporis cuius initij memoria non exiſtat, quę loco tituli habetur. No. do. Ant. de cenſib. c. peruenit 8 col ver. circa ſecundum. Et quod dicitur titulum requiri, ne pręſcribēti obuiaret ius commune, intellige, quando præſumitur pro aduerſario, ſecus ſi obuiaret præſcribenti, non autem fundaret intentum aduerſarij præſumendo pro eo, quia præſcribēs non valet titulum probare, vt no. gl. de præſcript c. 1. lib 6. in glo.

glo. magna ad finem, requirit tamen bonam fidem, ſi perficitur ſpacio decem, vel viginti annorum, & ſi perficitur maiori tempore, non requiritur bona fides de iure ciuili, ſecus de iure canonico, vt no. in dicto loco 14. col. ver. circa quartum. Item requiritur ſcientia, & patientia domini, contra quem volo ſeruitutem acquirere, & creare, vel ſi volo acquirere ſeruitutē, fiat ſcientia, & patiētia illius, cuius eſt ſeruitus, vel ſi volo acquirere ſeruitutem, iam mihi de facto creatam per bonæ fidei poſſeſſorem, quem puto dominum, omni tamen in caſu requiritur, quod preſcribens, qui illa ſeruitute vtitur, credat, vt pro ſuo iure vtatur, non ui aut clam, vel precario, ſed cogitatione domini illius iuris poſſideat, vt no. in d. cap. peruenit. 11. col. & dicta bona fides non præſumitur, ſed eam aliter probare oportet, niſi poſſeſſor ſit tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtit, vel niſi ſaltem longo tempore, cōtra ius poſſideret, quibus caſibus de iure canonico bona fides præſumitur, ſi allegatur. Et ſic longum tempus requiritur arbitrio iudicis. Probatur tamen dicta bona fides per iuramentum partis, quia in credulitate perſiſtit, & conſiſtit. Item probatur per famam, ſi fama erat ſeruitutē deberi, vel ſi auctor ſuus, vel alius fide dignus dixit ei ſeruitutem debitam. uel ſi erant ei aliqua veſtigia itineris, vel viæ, vel aliqua veriſimilia ex quibus potuit moueri ad credendum ſeruitutem, vt not. in d. c. peruenit 4. charta verſi. circa quartum.

Preſcriptio eorum q̄ p̄ priuilegium cōceſſibilia ſunt, non perficitur, niſi ſpacio tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, no. dom. Ant. in d. c. peruenit. 11. col. quinimmo, nec ex tanto tempore perficitur, ut præſcriptio teneat, ſed vt cōſuetudo præſcripta ſit, vt not in d. c. peruenit. 6. charta. in ſecunda colum.

Præſcribi non dicitur ius eligendi quātocunque tempore quis eligeret, quia potius dicitur acquiri ex quodam vſu, & longa conſuetudine præſcripta, in quantum ſufficit vſus interpellatus. In præſcriptione autem requiritur poſſeſſio, vel quaſi continua ſecundum Ho. vt no. do. Ant. de cenſib cap. peruenit. 11. columna. Vide plenius in §. præſcribi an poſſit ius eligendi.

Præſcriptio iuris incorporalis mixti, quod debetur a re perſonę, ſicut eſt ſeruitus vſus, & vſusfructus, perficitur ſpacio decem vel viginti annorum de iure ciuili. De iure canonico exigunt̄ quadraginta anni, & eſt proprie preſcriptio, nō conſuetudo, quia cum tale ius debeatur perſonę acquirit perſona naturalem, & ciuilem poſſeſſionem. Et licet hanc cauſam diſcontinuam, & poſſeſſionem ciuilem, quam vſufructuarius quæſiuit, ſolo animo continuat, & ex illa procedit præſcriptio, in hác tamen præſcriptione exigitur ſcientia, & patientia eius, cóntra quem præſcribitur, quód eſt verum in vſufructu, vel vſu formando, ſed in formato per illum qui putatur dominus, ſufficit patientia, & ſcientia illius domini putatiui. Item exigitur bona fides in prę̨ſcriptione decem, vel viginti annorum. Sed in præſcriptione triginta, vel quadraginta annorū de iure ciuili non requiritur bona fides, quæ præſumitur ex titulo, & præſumitur etiam ex antiquitate poſſeſſionis tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, & etiā ex poſſeſſione quadraginta annorum, ubi ius commune non exiſtit. Item exigitur titulus in præſcribenda ſeruitute vſusfructus, quia eſt pars dominij, & ſic grauis præiudicij, ſed in vſu, vel alio iure, ſi eſt leuis præiudicii, non requiritur titulus de iure ciuili, ſed de iure canonico in aliis iuribus ab vſufructu ſic, ſi poſſidenti non obuiat ius commune, ſaluo caſu, qui not infra. in §. præſcriptio ſi obuiat, eo mō dicitur & in §. præſcriptio iuris incorporalis mere realis, &c. Tunc ſi ex ſolo pati ex quo datur quaſi poſſeſſio, iuſtificatur poſſeſſio, non exigitur titulus in his quæ ſunt grauis præiudicij, ſecus autem ſi non iuſtificatur poſſeſſio ex ſolo pati, tunc exigitur titulus, uel poſſeſſio tanti temporis, cuius initii non ſit memoria, & illa antiqua poſſeſſio fecit præſumi iuſtam poſſeſſionem, & ſupplet defectum tituli. No. do. Anto. in d. c. peruenit. 5. charta. verſi. venio ad tertiam principalem. Vide omnino infra §. proximo.

Præſcribi an poſſit oblatio, & præſtatio diuini cenſus, & quanto tempore? Dic quod ſi prætenditur cenſus deberi ab eccleſia perſonæ prælati, ita quod magis reſpiciat perſonam prælati, quam eccleſiam præſcribitur ſicut ius mere perſonale ſpacio tanti temporis cuius initii non eſt memoria, vel ſaltem præſcribitur tamquam ius mixtum, debitum ab eccleſia. Et ſi a re perſonæ, tunc ſufficit ſpacium decem, uel viginti annorū de iure ciuili. Sed de iure canonico exiguntur quadraginta anni. Vbi autem prætenditur cenſus deberi dignitati, tunc quia perſona repræſentatur in dignitate, cenſetur ius mixtū, in quo de iure canonico requiritur tempus quadraginta annorum. Requiritur etiam titulus, dato, quod ius commune reſiſteret, quia agitur de quærendo iure, ex quo ſurgit tranſlatio dominij, uel pecuniæ, vel rei, in qua cenſus præſtatur niſi cenſus eſſet leuis, vt vnius denarii, uel alterius modicæ rei, quo caſu titulus non requiritur, uel niſi eſſet prę̨ſcriptio tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtat, quia & tunc nō requiritur titulus. No. do. Ant. de cenſi. c. peruenit. 6. charta. ver. ex prædictis plura inferuntur. Et quanto tempore dixi, præſtationem præſcribi, tanto tempore dico, titulum illius præſumi, ſi titulus allegetur. Et tunc tempus poſſet deduci, ſi conſideratur ius producens, & ius probans, ut. no in d. cap. peruenit. 7. col ver. quid in cenſu. Sed aduerte, quia plus ibi dicit, quod ad præſumendum titulum annui cenſus ſufficit tempus decennii, ſi allegetur caſus expreſſus a lege conceſſus, nec mireris, quia ipſe tenet, quod licet de iure canonico regulariter exigantur quadraginta anni ad præſcribendū, tamen ſufficiunt ad titulum præſumendum, quando poſſeſſori iungi non repugnant. vt not in d. c. peruenit. 9. charta. ver. circa tempus dubium. Facit autem qualiter in illo libello debeat formari, vide ſub verbo libellus procedit.

Præſcribi an poſſit ius decimarum, & quanto tempore, quando vnus parochianus intendit acquirere ius decimarum in perſonam ſuam, ad præiudicium alterius parochiani, & tunc ſolo tempore non acquiritur, quia nullum tempus eſt cauſa obligationis perſonalis, & hoc in quantum agitur ad decimas perſonales. Idem ſi agitur ad reales, quia cum agatur de acquirendo dominio rei, in qua præſtatur decima, cenſetur res magni præiudicii. Ideo ſolum non ſufficit, ſed cum tempore quadraginta annorum acquiritur etiam titulus, niſi decima eſſet leuiſſima, quo caſu propter leue præiudicium non requiritur titulus, vel niſi eſſet præſcriptio tanti temporis, cuius memoria initij non exiſtit, quia ſupplet defectum tituli. Si autem intenditur quæri ius decimarum, ad præiudicium eccleſiæ cui debetur, ſi contenditur de decimis conſiſtentibus in tertia parochia præſcribentis, nec eius, contra quem præſcribitur, quia forte illæ eccleſiæ ſunt debitæ priuilegio, vel præſcriptione, tunc præſcribuntur ſpacio quadraginta annorum etiam ſine titulo, dummodo adſit bona fides, quia licet præſcribenti reſiſtat ius commune, tamen non ſundat intentum eius, contra quem præſcribuntur. Et ſi dicis eſſe grauis præiudicii, eo quod agitur de acquiſitione dominii. Reſpondeo quod non eſt grauis præiudicii, eo quod agitur de acquiſitione dominii perdentis, id quod ſolo priuilegio, & non de iure communi debetur. Si autem præſcribens intendat acquirere decimas in parochia Rectoris, cui debentur de iure communi tenetur. Si autem præſcribens intendat acquirere decimas in parochia rectoris cui debentur, de iure communi ad priuilegium ipſius Rectoris, cui debentur de iure communi, & eccleſiæ ſuę, & præſcribenti reſiſtit ius commune, & requiritur titulus, niſi eſſet præſcriptio tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtit. No do. Anto in d c. peruenit. 5. charta. ver ex his apparet de iure decimarum. Quod autem dictum eſt in præſcriptione leuiſſimæ decimę non requiri titulum, notatur contrarium in d. c. peruenit 7. charta. ver. ex his apparet, quod in quærendo iure eligendi. Et ſicut ad præiudicium Rectoris, & eccleſiæ, cui debentur de iure communi non præſcribitur, niſi tanto tempore cuius initii, &c. niſi ex poſſeſſione præſumeretur titulus, vel niſi eſſet initium tanti temporis, cuius initij, &c. & in d. c. ver. ex his apparet diſcurrendo.

Prę̨ſcribi an poſſit iuriſdictio in alterius præiudicium, dic quo ad omnia idem ſcilicet quod proximo. §. dixi in decimis, quia hoc eſt ius in rem debitam perſonæ, & ſic habet continuationem poſſeſſionis annuæ, licet in facto non ſit continuum quia factum hominis in exercitio iuriſdictionis exigitur. no. do Ant. in c. peruenit. col. 6. verſi. ex his apparet, quid de iuriſdictione.

Præſcribi an poſſit merum imperium. Bar. dicit, quòd non abſque patientia Imperatorum, ſine qua non poteſt dari poſſeſſio. Tu dic, quod ſi ſumitur Imperium pro his, quæ ſunt reſeruata in priuilegium principis, in ſignum vniuerſalis dominii, & poteſtatis, quæ ſoli conueniunt Imperatori, uel ordini Papali, talia non quæſibilia quædā ſunt Imperij, quia reſeruata cōiter principi, & quędā ſunt ad alia tranſmiſſibilia, & talia ſunt per inferiores conſuetudines quæſibilia, ſi cum his cōcurrat, quod habeāt cauſam a principe, aliter nō, ex quo ſunt reſeruata. Sed ſi ſumitur imperium magis late pro his quæ exercentur nobili officio iudicis principaliter ad publicā vtilitatem, tunc aduerte, quod quædam ſunt ordini annexa, & talia ſunt ex conſuetudine quæſibilia, ſed ſi non ſunt quæſibilia, tunc talia non ſunt ex conſuetudine annexa ordini. Sed ſi quæruntur tempore, quantum temporis, & quid exigatur, dic quod ſi agitur de iam quæſito imperio extendendo ſufficit concurrere tempus quadraginta annorum, ſecundum canones, & decem vel viginti annorum ſecundum leges. Sed



Digitized by Google

ſi agitur de Imperio originaliter quærendo, vel etiam extendendo in perſonam, cui de iure communi non competit, tunc ſi habet titulum, acquiratur communi tempore. Sed ſi habet titulum, non habet autem patiẽtiam principis, de qua conſtat, quæri non poteſt, niſi ex vſu, vel conſuetudine temporis cuius initii non extat memoria, licet ex ſolo pati iuſtificetur poſſeſſio, vt hoc ſpeciale habeat, quod eſt ſolo priuilegio principis conceſſibile. Si autem non habet patientiã principis, & hoc ex conſuetudine, non poteſt imperium quęri. Sic loquitur Bar. Vbi autem de patientia principis dubitatur, tunc Imperium poteſt vſu, & conſuetudine tanti temporis, cuius initii, &c. præſcribi. Et tam longus vſus præſumitur iuſtus, ex quo non conſtat de interruptione. An autem ſufficeret præſentia Regis, uel Baronis habentis merũ impium, contra quem quis vellet præſcribere. Bar. tangit, & non ſoluit. Dic quod non, quia ab eo non pendet ius, quod habet abdicare, & in alium transferre. Ideo ſola eius patientia non iuſtificaret poſſeſſionem No. do. Ant. de cenſib. cap. peruenit, 6 charta. ver. ex his infertur. Quid in his, quæ ſunt meri Imperii, vide de foro compe. c. cum contingat. ver. quæro. & verſi conſuetudo. vide. ſup. § præſcribi poteſt iuriſdictio.

Præſcribi an poſſit ius exigendi pedagium, ſiue vectigal. Dic qđ ſi agitur de vectigali præſcribendo iam forma, quæritur communi tempore, etiam abſque titulo, habita patientia inferioris, contra quem præſcribitur, quia ex eius pati iuſtificatur poſſeſſio, & agitur de leui præiudicio, quia leuis præiudicii eſt, perdere competentia de iure ſpeciali, ſi agitur de vectigali quærendo, & creando nouo, tunc ſi habet titulum a principe ſufficit commune tempus. Si vero non habet titulũ, tunc ſi non conſtat de non patientia principis, non poteſt quæri tempore, vel conſuetudine, quia talis vſus eiã deſtinatus eſt. Si vero conſtat de eius patientia, tunc quęritur continuatio tanti temporis, cuius initii, &c. Et ſi dicas ex quo non cõſtat de patientia, effectũ habere non poteſt poſſeſſio, & ſicut non poteſt quærere. Dic quod id procederet quando fundaret acquiſitionem ex præſcriptione, ſed ſi fundat ex vſu, non exigitur illa patientia, quia ex illo vſu tam longo tempore acquiſito inducitur conſuetudo, quo loco conſtituti iuris eſt, vt no. dom. Anto. in d. c. peruenit. 6 charta. ver. ſic. per hoc apparet, quid de pedagio, & eo caſu, quo dixi ius pedagij quæri tempore, dic quod in eodem tempore præſumitur titulus illius, ſi allegetur, & ſi illud tempus poteſt dici, vt cauſa producens, & ut cauſa probans, vt no. in d. c. peruenit. 1 1. charta. verſi ex his apparet, quid dicendum. Vide ſub verbo conſuetudo. §. conſuetudo exigendi vectigalia.

Præſcriptio exigendi pedagium, in aliquibus rebus exigi conſuetum, non concludit, vt de aliis rebus poſſit exigi pedagium. no. Bar. in l. ſi publiciana. in fi. de publ.

Præſcriptio iurium incorporalium in his quæ ſunt grauis pręiudicii, non procedit communi tempore abſque titulo, ſiue reſiſtat ius, ſiue non, ſiue aliter iuſtificetur poſſeſſio, ſiue nõ. In his autem quæ ſunt leuis præiudicij procedit præſcriptio communis temporis abſque titulo, dum tamen detur hoc, quod poſſeſſio ſit iuſta, & iuſtificetur contra pręſumptionẽ, aut reſiſtentiam iuris, quia illa eſt cauſa, propter quam oritur titulus, & dicitur poſſeſſio iuſtificari ex patientia eius, contra quem præſcribitur, quando patientia eſt in tali iure, quod pati operaretur, quia ius transferendi pendet a poteſtate patientis. Quędam enim ſunt, in quibus ius commune pręſumitur contra poſſidentem, & poſſeſſionem omni reſpectu iuſtificar de iure communi, ita quod illam non permittit, niſi aliquo iure ſpeciali, non pendente a poteſtate eius, contra quem pręſcribitur, ſicut eſt poſſidere decimas in parochia aliena, & in his non pręſcribitur omni tempore abſque titulo ſpeciali. Quędam ſunt in quibus ius reſiſtit, & poſſeſſionẽ iuſtificat, ſed aliquo caſu etiam de iure communi permittit, & tunc ſi probetur caſus ille, procedit præſcriptio communi tempore abſque titulo, quia iuſta cauſa eſt poſſeſſio. Et ſi vt detur ille caſus, exigitur expreſſus titulus quia non pendet iuſtificatio a nuda patiẽtia eius, cõtra quẽ pſcribit̃, tunc alius titulus non exigitur. Quędam ſunt in quibus ius poſſeſſioni non reſiſtit, nec etiam ea ibi iuſtificatur, ſed ſolum ius non pręſumit, ut in ſeruitutibus, in quibus res libera pręſumitur. Sed tamen ſi detur poſſeſſio ſeruitutis, ius non reſiſtit, nec aliter poſſeſſionem iuſtificat ſimpliciter, vel contra illum pręſumit, ſi tamen detur patientia eius, contra quem ex ſola patientia iuſtificatur poſſeſſio, vt quod aliquis interſit electioni cum canonicis habentibus ius eligendi de iure, & in talib. pręſumitur communi tempore abſque titulo, quia hoc eſt leuis pręiudicii, & per illud pati non pręiudicatur eccleſiæ, ſed ſolis canonicis, & quia reperitur a iure permiſſa hęc participatio iuris eligendi. Ideo autem ſufficit commune tempus ad pręſcribendum in caſibus pręd ictis, quia licet habeant cauſam diſcontinuam, reſpectu exercitii actus naturalis tãtum, quia ius prætendit debitum a re perſonæ, ciuilis poſſeſsio continuatur, Dummodo perſonę aliam acquirat, & conſequẽter ex illa continua ciuili procedit pręſcriptio communi tempore formata, quod non eſſet, ſi ius debetur a re rei, quia cum ibi non debeatur perſonæ, non poteſt reſpectu animi poſſeſſio dici continua. Idem ſi actus naturalis eſt ibi interpellatus, ad præſcriptionem tantum tempus, cuius initii memoria nõ exiſtit, requiritur, vt no. dom. Anto in d. c. peruenit 7. charta. ver. ex his apparet, quid in quęrendo iure eligendi.

Priuilegium contra ius commune an valeat ſi non habeat clauſulam contrariam, non obſtante tali iure, vel non obſtantibus iuribus contrarijs, vide per dom. Anto. de conſtit. c. quæ in eccleſiarum, pen col & de Cappel mona c. ex parte. de cõſti. c. 1. lib. 6. verſi. oppo. contra ver. glo. & per Innoc. in dictis primis Capitulis, & vide notabile verbum, quòd opponit. Io. And. in d. capit. primo de reſcriptis, ſuper prima glo prope finem. vbi dicit, non debere dici ceſſare mentem principis in priuilegio ex eo, quod non eſt veriſimile, vno verbo uelle tollere iura, quia ad non priuilegiatos remanent iura ſalua. Conclude tamen uerba ex dictis dom. Ant. in iuribus prædictis, aut ex verbis dubitatur, an princeps voluerit ſcribere, uel ſtatuere contra ius commune, & tunc præſumitur, quòd voluerit ſecũdum ius commune ſcribere, niſi adiecerit clauſulam, non obſtante aliqua lege, & ita no in c. quæ ĩ eccleſiarum. de conſtit & in c. penultimo de reſcriptis. Aut certum eſt, quòd manifeſte uoluerit ſcribere contra ius, & tunc aut id, quod contenditur in forma priuilegij, aut in forma reſcripo, habet tamen clauſulam priuilegiatam. Primo caſu nulla requiritur clauſula, niſi ius commune haberet clauſulam derogatoriam, vt no. in c. 1. de exceſſio pręla. libro 6. in nouella. Secundo caſu aut conſtat, quod reſcriptum de curia emanauit, ut quia repetitur regiſtratum in regiſtro apoſtolico, & tunc nulla requiritur clauſula, niſi reſcriptum emanarit ſuper his in quibus reſcribens non habet liberam omnino poteſtatem, ita ut io c. quæ in eccleſiarum pariter loquitur, de priuilegio, & reſcripto. Aut non conſtat, quod de curia emanauerit, & tunc pręſumitur falſum, niſi habeat clauſulam non obſtante, quia expectatur ſecunda iuſſio, vt no in d. c. 1 de cõſti. lib. 6. & licet tale reſcriptum, quod conſtat de curia emanaſſe firmetur contra vitium falſitatis, & ſurreptionis, & contra defectum intentionis, & uoluntatis, tamen non firmetur contra vitium falſitatis, & quod dictum eſt reſcriptum etiã contra ius commune valere etiam ſine clauſula non obſtante, intellige, quando illud ius commune eſt notorium, & vulgare, ſecus ſi eſt ſingulare, maxime quando de iure non apparet caſus expreſſus, vel ſi apparet eſt ſingulare, & etiam contra omnes regulas, uel quando de iure intelligendo ſunt opiniones, vel conſtitutio eſt extrauagans, quibus caſibus non valet reſcriptum ſine clauſula obſtante. Ex his caſibus ſoluatur gl ſingul. in d c. 1. de conſti. lib. 6 quæ dicit, quod reſcripta contra ius commune non valeant, niſi fiat mentio de illo iure, quia indeliberate talia reſcripta fiat, ita no dom. Ant. in d. c. 1. de conſtit. lib 6. Innoc. autem tenet, & confirmat reſcriptũ principis cõcernẽs ius alterius non valere, niſi adijciatur cła, non obſtante aliqua l. in contrariũ. c. q̃ in eccłarum de cõſtit. & idem dicit Compo. ibi Sed Hoſt. & Io. And poſt eum, in c. 1. de reſcriptis in fin dicunt, quod reſcriptum contra ius commune conceſſum præſumitur ſuſpectum, & propterea principem conſulendum, an illud conceſſerit, & ſic expectabitur ſecunda iuſſio per tex. in authen. vt nulli iudi. § & hæc vere iubemus Sed Bar. in l. fin C. ſi contra ius, uel utili princ. dicit quod priuilegium conceſſum contra ius commune, ſi grauiter lædit ius alterius, non valet, niſi habeat clauſulam non obſtante. Vide tex. in c. 2 de reſcript. lib. 6. & quòd ibi no. in glo. penul. Et vide omnino Inno. & do. Anto. in c. veniens. de reſcrip. ver. opp quòd ſecundum.

Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius priuilegij nõ probat, niſi illud ad cuius inſtar ſit, producatur, etiam ſi in principio dicatur, item alicuius, quia omnia intelliguntur ad inſtar cõceſſa, ut no. Inno. & Io. And in addit. de fide inſtrum. c. inter dilectos, ſuper verbo. & alia. In contrarium facit tex. & Ioan. And. no. in ſumma in c. abbate, de verborum ſignif. in verbo ſingularis. ubi loquitur de verbo niſi, quod uerbum ſignificat ad inſtar. In contrarium etiam facit, quod no. Bar ff de iureiurando l. admonendi. in additione, & l. qui. § uilia. de conſtit. pecu. & quòd no. Bal. in l. 1. in fin. C. de epi & cle. & in tit. qui po. feu. alie. c. de illo. vide tex. qui loquitur, de hoc verbo, ad inſtar. in l omnia priuilegia. C. de epiſc. & cler.

Priuilegiatus an poſſit uti priuilegio contra priuiligiatum, dicunt no. Bar. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſijs. & do. Ant. in c. auditis, de reſti. in integr.

Priuilegium ſi eximit eccleſiam, intelliguntur etiam canonici, clerici, & conuerſi, & perpetuo oblati, eſſe exempti, non autem presbyter, qui eiuſdem eccleſiæ curam habet, nec parochiani intelliguntur exempti. Sed exemptis canonicis ipſi ſoli, non autem eccleſia, nec alij clerici ſunt exempti. Sed exemptis clericis e conuerſo etiam canonici ſunt exempti, ſed non eccleſia. vt in c. per exemptio. de priuileg. lib. 6. Item ſi per priuilegium eximitur ciuitas, intelliguntur exempti habitantes in ea, vt patet ex his, quę no. Io And. de ſen. excom. c. ſi ciuitas. lib. 6. & Arcbid de reſcr. c. ſtatutum §. ſed nec. & quòd not. Barto. in l. ſi finita. §. ex hoc edicto in fi. de damno inſecto.

Priuilegium per quod Papa eccleſiam aliquã ſub protectione Beati Petri recipit, an exemptionẽ inducat, & an per alia verba exemptio inducatur, vide priuileg. lib. 6. c. ſi papa.

Priuilegium in quo Papa dicit, eximimus omnes eccleſias noſtras, quæ per nos ſunt fundatę ſuper regula Sancti Auguſtini, quas his duximus vocabulis exprimendas, nullam exemptionem in eccleſijs expreſſis inducit, niſi aliter probetur, quòd per nos regulam Sancti Auguſtini, aſſumpſerunt, quia verba narratiua in priuilegio poſita non probant aſſumptionem. no. Io. And. & Archid. de priuileg. c. ſi papa, lib 6. in nouella, per quæ videtur, quòd idem eſſet, quod ſi papa eximeret, omnia bona eccleſiæ alicuius ea exprimendo, quia per talem narrationem non probaretur bona expreſſa eſſe eccleſiæ, ſed oportet hoc aliunde probare.

Priuilegijs vniuerſitatis non gaudent quarteria, quæ profeſſionem vniuerſitatis actu non exercerent. Vide ſub uerbo uniuerſitatis. §. vniuerſitatis, in prin.

Priuilegia differunt a beneficijs, & latius interpretantur priuilegia, quam beneficia No Io. And. de priuile c. ſi olim. ſuper gl. fi. de ſent. excom. c. ſi ciuitas. lib. 6 in ſumma gl ad fi in nouella, & no Bar. in l. fi. §. ex hoc edicto. in fi. de damno inſec. & de conſtit. princ. l. fi.

Priuilegij appellatione an comprehendantur duntaxat priuilegia extra corpus iuris conceſſa. an etiam illa, quæ corpori iuris includuntur. Vide ſub verbo clauſula generalis non obſtante.

Priuilegium impetratum ſuper decimis non ſoluendis eſt ſubrepti-

repti-

Digitized by Google

reptitium ſi impetrans tacuit, illum eſſe in poſſeſſione percipiendi illas decimas, de priuilegijs c. dudum quod eſt verum in decimis nouatium, de quibus loquitur ille tex. Secus in decimis antiquis, ut ibi no. Io. And. & ratio eſt, quia decimæ antiquæ communiter reputantur per aliquem poſſideri, & ſic in illis non poteſt dici proprietarius conuentus ex taciturnitate poſſeſſionis, quod ſecus eſt in noualibus quas veriſimiliter credit per neminem poſſideri.

Priuilegium ſuper decimis terrarum, quas impetrans proprijs manibus toleret non ſoluendis impetratum ante Lateranẽſe Concilium non valet, & ei derogatum eſt quo ad terras, poſt dictum Concilium acquiſitas. c. dudum. de decimis & cet. in pen gl.

Priuilegium & preſcriptio non concurrunt, ſed priuilegium, & conſuetudo ſic, vt no. do. Ant. in cap. fi. de conſuet. 9. charta, ver. ex his concluditur differentia priuilegiorum, & cet. Sed quod priuilegium, & preſcriptio non poſſunt ſimul deduci ex parte actoris, ſed ex parte rei, vt ipſe no. de religioſis domibus. c. conſtitutus ſuper gl. verbo preſcriptione. Vnde ſub verbo renunciatio §. renunciare poteſt quis.

Priuilegium generaliter conceſſum non derogat pacto, text. eſt de decimis. c. ex multiplici. & no. gl. in c. 1. de pact. lib. 6. in gl. fi. ſi autem in priuilegio poneretur clauſula generalis, nõ obſtante pacto, per ſententiam confirmat. ut not. glo. in cle. dudum, de ſepultur. ad fi.

Priuilegium ſi vno reſpectu eſt fauorabile appellatur odioſum. no. Io. And. de verb. ſignif. cap. fi. lib. 6. ſuper quinta glo. in nouella. Idem no. Bal. in l. 1. ff. de conſtit. princ. Vide ſuper verbo lex §. lex dicitur fauorabilis.

Priuilegium redditur nullum, & vitiatur ex omni ſurreptione, etiam ſi illa ceſſante fuiſſet princeps priuilegium cõceſſurus, vt not. dom. Ant. de reſcriptis c. ſuper literis 3. charta. verſic. quid in priuile. Et ideo in priuilegio ſurreptitio non habet locum diſtinctio d. c. ſuper literis.

Priuilegia ſapiunt naturam beneficialium in hoc, quod ſicut literę beneficiales per ſurreptionẽ vitiantur iure ipſo, ita, & priuilegia. no. Inno de reſcr. c. ſuper literis. 16 colum. & Io. An. in c. ad audientiam. 2 eo. tit. & Compoſ. in d. c. ſuper literis, & proceſſus per executorem talis priuilegij factus ipſo iure nullus, ſi ut merus executor proceſſit, ſecus ſi partes iudicis aſſumpſit, ſicut & in beneficialibus diſtinguitur. Vide ſub verbo gratia § gratia beneficialis quę.

Priuilegium an comprehendat futura, uide de priuile. cap. quia certa, & de decimis, c. ex parte.

Priuilegium non inſertum in corpore iuris non tollitur, nec derogatur ei per contrariam diſpoſitionem, in qua de priuilegio non fiat mentio, quod potuit primo probabiliter ignorari, & probatur de conſtit. cap. 1. lib. 6 in ratione ſui. & ita not. ibi. Io. And. in nouella, ſuper verbo ſtatuta, quod eſt verum, ſiue dicta diſpoſitio ſit conſtitutio etiam extrauagans, vt no. Io. Andr. in d. c. 1. ſuper verbo conſtitutus. in nouella. ſiue ſit alia, quæuis ſcriptura, vt no. Io. And. in c. 1. ſuper 2. gl. & idem de Cappel. Mon. c. 1. lib. 6. ſuper verbo conſuetudinem. Idem no. 18 diſt. c. quoniam in præſentia. vbi gl. & ad hoc facit tex. de præſer. c. veniens. de decimis. c. ex multiplici. & ff. ne quid in loco publico l. 2. § ſi quis a princ. & §. merito. Vide bo. tex. & glo. C. de ſilen. l. & decurio. lib. 12. & quod ibi no. Bar.

Priuilegium per quod Papa recipit aliquos, in proprios eccleſiæ filios, quid conſerat. vide tex. de verb. ſign. c. 1. lib 6.

Priuilegiorum tres ſunt ſpecies principales ſecundum Hoſtiẽ. Quædam ſunt realia, quædam ſunt perſonalia, quædam corporalia. Realia ſunt, quæ dantur loco dignitatis, vel perſonæ occaſione loci, uel dignitatis, & iſta ſunt perpetua. Perſonalia ſunt duplicis ſpeciei. Quędam enim ſunt ſingularia, quæ dantur certis perſonis expreſſis, eorum proprijs nominibus non expreſſis, ſicut eſt priuilegium reſtitutionis in integrũ, quod datur minoribus quando læduntur, & priuilegiũ Velleiani, quod datur mulieribus, & priuilegium Epiſtolæ Diui Hadriani, & nouæ conſtitutionis, quod datur fideiuſſoribus, & priuilegium quod datur filiusfamilias in integrum recipiendum. Corporalia etiam ſunt duplicis ſpeciei. Quędam enim ſunt corporalia ſingulariter, & communiter, quæ dantur alicui vniuerſitati ſiue corpori, vel collegio, ſic quod quilibet, de vniuerſitate, corpore, vel collegio, poteſt ipſo priuilegio vti, & ſe tueri, ſicut eſt priuilegium conceſſum ordini clericali, quod clerici non poſſunt ſub iudice laico conueniri, & ſicut ſunt priuilegia conceſſa ordinibus minorum, & predicatorum, & hoſpitalarijs, & temporalis. Quædam ſunt corporalia communiter tantum, quæ vniuerſitati, ſiue corpori, uel collegio dantur, ſic quod ipſa vniuerſitas, corpus, vel collegium poteſt illo priuilegio vti, & aliquis ſingularis de illa vniuerſitate, corpore, uel collegio, non poteſt illo priuilegio vti, ſicut eſt priuilegium, quod datur domino contra libertũ, vt non poſſit conueniri a liberto non petita venia. Illo enim priuilegio põt, uniuerſitas, vti contra libertum ſuum ſi ab ea conueniatur. Sed vnus de vniuerſitate ſi a liberto conueniatur, non poterit uti dicto priuilegio. Ita diſtinguit. Hoſt. in ſumma, de priui. §. quot ſunt ſpecies. quam diſtinctionem approbat Io. Andr. in regula priuilegium, in Mercu. in priuilegio ſolutionis quęſtionis, & aliquid tangit in regula, in iudicijs in fi.

Priuilegia apoſtolica qualiter ſcribi debeant, & in qua parte debeant eſſe literæ longæ, & quæ dictiones debeant ſcribi extẽſæ, & quę abbreuiatæ, & an vltima linea debeat in aliqua ſui parte vacua remanere, vide Archid. 2 t. q. 2. in ſumma. & Spe. in tit. de reſcr. §. 1. ver. qui ex forma.

Priuilegium conceſſum ex cauſa oneroſa, de futuro implenda, reuocari non poteſt illa cauſa impleta, quod eſt ſignificare, vt no. Bal poſt Nicolaum de Matarellis. in ver. ſi cum ff. de dolo. & in l. omnes populi, in primis recollectis.

Probatio iuris validi non ſuffragatur ſi ius inualidum deducatur, de conceſſ. prębend. c. ex parte. cum ibi notatis, & no. I. a. Ale. ibid. & Bar. in l. 1. il primo, ff. de edendo, & eſt textus, ff. de inſtito. l. habebat, in princ. & ſi menſor falſum mod. dixer. l. 1 & quòd no. Io. in d. c. ex parte. ſuper uerbo occaſione conſilij. & c. dilectus, ad fi eo. tit. & de renuncia c. in præſentia, in glo. & vide ſub verbo, articulus, fama, beneficium, litera, præſumptio, productio, probatio indubitata fit, quando per iuramentum notoria. Sed alibi dicit, quòd indubitatam probationem non facit iuramentum, cum vno teſte, & quandoque dicitur indubitata per famam, & alia adminicula, quando materia eſt talis in qua non poſſit de facili haberi vera probatio. Euidentiſſima autem probatio dicitur notoria, quæ conſtat in inſtrumento, vel teſtibus, iudicialiter productis. Et hoc dicitur etiam euidens probatio, de qua conſtat teſtibus, & atteſtationibus publicatis, dicatur etiam euidens, de qua conſtat, ex inſpecto literarum, contra quos, vel quas nulla cadit hæſitatio, vel quando probatio eſt in promptu, & nõ exigit altiorem indaginem, uel quando inſpectione oculorum immediate perpenditur euidens probatio iuramenti in materia, in qua non poteſt de facili haberi plena probatio, ut in pendentibus a conſcientia. Et differt euidens a manifeſta, quia euidens proprie dicitur, quæ notoria eſt, manifeſta autem quandoque dicitur, quę ex iudicijs ducitur, & ſumitur, quãdoque autem etiam exigitur aptiſſima probatio, & quandoque liquida. Et dicitur liquida probatio q̃ conſtat ex inſtrumentis, vel teſtib. Not do. Anton. de cohabitat. cle. c. veſtra, in 2. oppo. & vide, quòd no. per eundem, in d. c. ueſtra. 11. col. uer. aduertendum, &c.

Probatio delicti non fit ex ſola deprehenſione in crimine, in quo quis aliter de delicto conueniatur. No. do. Anto. de iudicijs. c. cum non ab homine, in prin. ſed dic plenius, tam in eccleſiaſtico, quam in laico delinquente, ut no. per eundem, in d. c. uer. uenio ad gloſſam.

Probatio facta coram iudice ſæculari, an faciat fidem coram eccleſiaſtico, & e contra. Vide ſub uerbo eccleſiaſticus iudex.

Probatio alicuius diſpenſationis ſiue fiat directe, ſiue per coniecturas, requiritur omni caſu eadem ſolennitas, & idem numerus teſtium, ſed in probanda qualitate ipſius diſpenſationis ſufficiat minor numerus. No Ro. conclu. 926.

Probatio intentionis, & animi alicuius, qualiter fiat. Vide Rot. conclu. 326. & vide inf. §. probatio poteſt fieri.

Probatio licet ſit per legem aliquo caſu prohibita illa, quę fit per partis confeſſionem, in gl. in l. in contractib. in prin. C. de non numer. pecu. & ibi Bal. & per eundem. C. de iuris, & fac. ignor. l. cum quis uer. tertium exemplum, & idem ſenſit. Inno. de immu. eccl. c. quia plerique.

Probatio amiſſionis priuilegij, uel inſtrumenti probatur per teſtes. Vide gl. & Doc. de priuil. c. cum olim, primo.

Probatio delegationis iudicum debet fieri per literas non per teſtes not. Rot. concluſione 296. uerſic. Item dixerunt quod intellige niſi ſit perditum reſcriptũ, uel litera delegationis. No. Ro. conclu. 438. uerſic. circa tertium. Vide do. Ant. de offi. deleg. c. cum in iure. Dicit tamen Archid 97. diſt. cap. nobiliſſimus. quòd commiſſiones quas Papa facit Rotæ viua voce per nuncium poſſunt probari, non per teſtes. Vide infra §. probare poteſt mandatum, & § probatio quod quis.

Probari poteſt ſententia, & appellatio per teſtes. No. Ro. conclu. 392. Vide de teſtibus. c. Albericus, & Bal. C. de edendo. l. is apud quem.

Probari poſſunt acta per teſtes, quando ille, qui iudicat, habuit poteſtatem procedendi ſine actis, vt arbitrator, no do. Anto. de iureiuran. c. Quintaualhs, ver. venio ad tertium, in fi Bart. dicit, quod acta non poſſunt probare per teſtes, niſi de ipſis fuerit ſcriptura facta, quæ forte non reperitur, & tunc oportet teſtes deponere de actis, & de ſcriptura, vt ipſe no. C. de arbi.

Digitized by Google

arbi.l.ne in arbitris. & C.de fide inſtrumẽ.l. emancipatione. Quod ibi limitat.Bal. & eſt verum, quando acta de ſui natura requirunt ſcripturam, ſecus in alijs actis, & hoc tenent. In no.Hoſt.& Io.An.in c.quoniam contra falſam.de probat vbi ſimpliciter dicunt, acta, per teſtes probari poſſe, & debere.

Probatio certæ ſcientiæ principis qualiter fieri debeat, vide ſub verbo gratia.§.gratia non poteſt dici, & vide.§ qui ſequitur.

Probatio gratiæ papalis licet non poſſet fieri per literas, tamen qualitatẽ gratiæ poſſe probari per teſtes, & per ſcripturam eſt contra ius commune. Ideo non debet extendi per eandem rationem, cum in probando parem vim obtineant teſtes, & inſtrumenta. Poterit ergo probari per teſtes, quod gratia de qua conſtat per Bullam fuerit facta, ex certa ſcientia, & quod nõ tenetur eſſe ſurreptitia. Fallit in certa pſona, per quã quia uellet gratiam ad beneficia factam extendere ad hoſpitalia, & in certis alijs caſibus expreſſis in iure, in quibus requiritur probatio per ſcripturam, de quib no.Ro.conclu. 326. Adde, quod gratia inferioris Papa, uel Imperatore poſſit probari per teſtes.concl 340. Immo etiam gratia Papæ dũmodo non ſit motu proprio facta, poteſt probari per teſtes. vt in c. ſi motu proprio de præben lib.6.a contrario ſenſu. Et hoc tenet Domin.de Sancto Gemi.in procemio Sexti, ad finem ſuper quo omnino vide quòd no.ſub uerbo, gratia apoſtolica non cenſetur.

Probatio non admittitur contra id, quòd Papa aſſeruit reſcribendo. C.ſi contra ius, vel vti.pu.l.ſi. Et hoc eſt ne papa redarguatur de mendacio, vt no.Io. And in c.ſi motu proprio, de præb.lib.6.ſuper gl.ſi.in nouella. Prædicta intellige, niſi literæ dicantur falſæ, vt no. gl.de teſtib.c.cum a nobis.

Probari non poteſt literatura per teſtes, vt quis ſciat bene legẽ conſtruere, & cantare no.Ro.concl. 424. vbi ſunt opiniones pro, & contra. Item probatur per literas, ex quibus apparet, quem in aliqua ſcientia eſſe graduatum, maiores autem alicuius, eiusque vita, nobilitas, ætas, &c. debent probari per teſtes.no.Ro.conclu 260. Sed Bar. dicit & bene in tractatu de teſt §.iuriſtam eſſe, quod ſcientia quælibet poteſt probari per teſtes, in eadem ſcientia peritos.

Probatio quod quis ſit collector deputatus per papam, debet fieri per literas, non per teſtes, probatio autem, quod quis ſit ſubcollector ſubſtitutus per collectorem poteſt fieri per teſtes, no.Ro.conclu.396. Vide §.probatio delegationis, & inf. § probari poteſt mandatum.

Probatio in quibus caſibus requirat ſcripturam de neceſſitate, vide Ro.concluſio 280.& de cenſi.c.1.lib.6.in glo.magna, & quod no ibi Lapus.

Probari poteſt mandatum delegationis per teſtes, quando fit præſenti, & eſt mandatum ſimpliciter delegationis, non alicuius cognitionis, ſecus ſi eſt mandatum alterius actionis, niſi illud mandatum conſtet officio, vel conſonet officio, de quo confert No.do. Anto.de offic.dele.c.cum in iure quinta col uide Ro.conclu.296.quæ ſimpliciter, & diſtincte tenere videtur, quod non poſſit probari, niſi per literas. vide de priuileg.c.cum olim, in gl.ſi.& ibi Io.And.vide ſup. §.probatio, quod quis, &c.

Probari poteſt, ſtatutum canonicorum, & Cappel. per teſtes, quia ſcriptura non eſt de ſubſtantia legis, uel conſtitutionis niſi forte ſit ſtatutum de longinquo, licet Io. And, in regula, nec poteſt.in Mercu.contrarium ſentiat.vide Bal. C. de legi. l.humanum.in ſi.

Probatio poteſt fieri per iuramentum partis, de his quæ in animo, uel mente ſua conſtituit, quia aliter probari nõ poſſunt. Ideo ſi quis impetrat reſcriptum, uel commiſſionem, in quo aſſerit ſe non ſperare poſſe conſequi iuſtitiam, in partibus poteſt probare dictam aſſertionem, per iuramentum propriũ, no.Ro conclu.40 uide in §.probatio, per iuramentum proprium.

Probatio damnorum, quæ principaliter petuntur, fit per iuramentum, ſi per vim, & dolum illata ſunt, taxatione tamen a iudice præmiſſa. Sed ſi dolus, vel uiolentia non interuenit debet probari per teſtes, damna uero, quæ incidenter petuntur, quia poſt lit conteſt.emergunt, probantur per iuramentum probato facto, ſine cauſa. ex qua damnum inſurgit.no. Ro conclu.318.

Probatio veri intereſſe qualiter fiat, uide Rotam conclu. 318.

Probatio æſtimationis in iure, quia non poteſt aliter fieri, debet iudex certam quãtitatem taxare, infra quam, vel in qua pars iuret, & declaret æſtimationem.no.Ro.conclu.147.

Probatio rerum per vim ablatarum, uel fit per iuramẽtum ſpoliati, uel probata violentia per teſtes.no Ro.concl.192.Idem in rebus per victum traditis, vel furto ſubtractis, aut inquietatis no.Inno.Ho & Io.And.in c.ſi.quod metus cauſa. licet. do.Ant.ibi aliter dicat.

Probatio de auditu licet ualeat in his quæ tranſcendunt metã centum annorum quo ad plenam probationem, tamen etiã in his quæ ſunt citra dictam metam, valet quo ad præſcriptionem.no.22.q.6.c hoc uidetur. Item quo ad transferendum onus probandi in partem aduerſam. Quod eſt verum, quando agitur de facto alterius ſecus ſi de proprio. not. Lap in c. de reſcr.lib 6 & vide inf §.proximo.& § probatio. de auditu admittitur.

Probatio de auditu probat ſpolium in poſſeſſorio, quod eſt uerum in parte, quæ tenet rem ſpoliatam, de qua agitur, non de auditu ab alio.no.Ro. conclu.113. ſed in factis antiquis ſufficit probatio de auditu etiam alieno, vt no.do. Ant.de cohab. cle.e ueſtra.51.col & pen.charta in ſi.& de probat.c.cum crimen. in 10 notabili.& vide inf. § probatur antiquum. ſupra § proximo, non tamen eſt ſemper verum, quod ius antiquũ probetur per famam, uel per auditum, vt no.do. Anto.in c.ſi diligenti.de præſcript. in vlt.notab.

Probatur legitimatus per opinionem, & famam viciniæ quo ad transferat onus probandi in aduerſarium not.Io.And.in regula in finibus libro 6. vide dom.Anton.in capit. lator.qui ſi. ſint legi.

Probatur antiquum dominium per famã, & communem opinionem apud omnes.no Bal.C de epiſc.& clericis. l.conuenticulam.pen.col.& vide quòd ipſe no. C. de ſententiis, quæ pro eo quod intereſt. l.1. in 7.colum.quod no.pro rebus, & ciuitatibus antiqua dominia habentibus no Bal. C. de probationibus.l.proprietatis, & uide ſup.probatio de auditu. & ſub uerbo, fama non facit. Qualiter autem probetur dominium, vel quaſi dominium, non antiquum, vide Bald.in d l. proprietatis, & l.cum res eo.tit.& C. de rei. uen. & Bar. in l. 2.ff.de vſucap & dom. Ant de reſti.c.cum cauſam. primo.8. col. vbi dicit, quod ſufficit teſtes dicere quod viderunt quem tempore tanto poſſediſſe, quod præſcripſiſſet. Et idem vult Bar.in d.l.2.de vſuca.ſed alibi diſtinguit aut dominiũ deducitur per viam actionis, aut principaliter, aut incidenter, vt ipſe no.ff.de condi.inſti.l.quidam in ſuo, & an per confeſſionem partis, circa dominium de præſenti, vide tex de tranſac. propterea.2.de excep. c.cũ venerabilis, & vtrobique per do Anto.& no glo.& Bar.in l.certum.§.1.ff.de confeſſ.& pro.Rot. conclu.313.

Probatio quando beneficium pertineat ad collationem Epiſcopi, vel alterius, poteſt fieri per reputationem, & alia adminicula puta per auditum, quod beneficium, de quo agitur conſueuit conferri per talem. Item per inſtrumentum admiſſionis illius ad cuius collationem ſpectare dicitur præſertim ſi impetrans habuit ad collationem epiſcopi not. Rot concluſione 117.

Probatio communis reputationis quando ſufficit, uide ſub uerbo error communis, & plene per Inno.de verbo.ſign.c quid per nouale, & c.veniens, & per Spe in tit.de proba. 2. parte §. 1. verſi. vltimo quæritur neque ad finem, vide omnino.Ro. conclu.106.& Bar.in l.quidam in ſuo, ff.de condit.inſti ad ſi: dic quod ſufficit ad probandum titulum alienum, vt no.do. Ant.de præſump.c.illud penul.col ſed ipſe loquitur quando titulus alicuius deducitur incidenter ad excipiendum, non ad agendum, & hoc melius declaratur, ſup ſuper verbo præſumptio. § præſumi an debeat ius incorporale, & vide ſub verbo beneficium, § beneficium impetrans, tamquã vacans per obitum.

Probari non poteſt titulus beneficij per confeſſionem aduerſarij, quo ad effectum adiudicationis beneficii, & canonizationis, ſed ad effectum reſtitutionis beneficii, quo agens dicit ſe ſpoliatum, bene probat colorem tituli, quod ſufficit, quando agitur poſſeſſorio Not. Rot.conclu 361. col.403.& do. Anto.de cau poſ c ſi.33.col.

Probatio facta per vnum finem, non probat per alium, etiam in eodem iudicio facta in ſummaria cognitione admittendi, vel non admittendi exceptionem opponẽdam, nõ prodeſt quoad condemnationem in negotio principali fiendam.no. Io.Andr.ibidem in verſic. ſecundum vtrumque, & in prima opinione, & vide ſub verbo teſtis.§.teſtes inducti. & infra §. proximo.

Probatio quaſi poſſeſſionis iuris incorporalis non releuat ab onere probandi proprietatem ipſius iuris incorporalis, principaliter in iudicium deductam. No do. Antu. de cau poſ.c. ſi.2.colu. vide omnino ſub verbo præſumptio.§ præſumi an debeat ius incorporale reale, cum plurib.ſequentib.

Probare an teneatur quis in articulo, vel libello deducta, licet alias ſufficeret deduxiſſe, & probaſſe alterum.vide do.Anto. in c.de reſcriptis.& vide tex.in c.licet cauſam, de prob.

Probatio an, & quando admittatur contra præſumptionẽ, vide ſub verbo præſumptio, in prin.

Probationem an faciant quæ in cauſa appellationis reproducũtur.no.Ro.concl.375.Idem tamen ſi repetantur, licet de facto

Digitized by Google

cto non reproducatur. No. Ro concluſione 391.

Probationem etiam faciunt contra tertium appellantem ratione ſui intereſſe producta in prima inſtantia, & repetita in ſecunda, nec eſt neceſſaria noua productio. Secus ſi illa tertia non ueniat per viam appellationis, ſed principaliter commiſſionis facienda cauſam committi, contra illum, qui cum alio litigauit, & ſententiam obtinuit, quæ in rem iudicatam tranſiuit no Ro conclu. 393.

Probationem faciunt coram iudice ſæculari geſta coram eccleſiaſtico, vel e contra.

Probatio probata eſt illa, quæ eſt in eſſe deducta, idem eſt quòd notorium, no dom. Ant. de cohab. cle. cap. veſtra. 14. columna. in fine.

Probatio de auditu admittitur in factis antiquis. No do. Ant in d c. veſtra. 91. col. in prin. & pen charta in fin. Vide ſup. §. probatio de auditu probat ſolum.

Probatio filiationis, & concubinatus qualiter fiat, vide do. Ant. ſub verbo epiſcopus, §. epiſcopus, in d. cap. veſtra, penultima charta.

Probatio debitæ ſubiectionis qualiter fiat, vide ſub verbo epiſcopus, §. epiſcopus probat,

Probationem plenam, vel ſemiplenam ad indicium an faciat fuga eius, qui aufugit, antequam accuſaretur, vide Bar. in l. 1. ff ad le Falcid. & de iureiur. l. admonendi. Sed ſi poſtquam eſt accuſatus aufugit, aut ſtat recluſus, non eundo per terrã, tunc non facit præſumptionem in crimine capitali. no. Bart. in l 1. de his qui mor ſibi conſciuer. Sed ſi fugit poſtquam eſt carceratus, punitur pœna capitis de facto, illa pœna, qua punietur delictum, pro quo carceratus fuit, commiſiſſet. No. Bart ff de cuſto & exhib. reorum. l. in eos. & ibi eſt tex. quod procedit duobus concurrentibus, ſcilicet quod carceres frangat, & quod aufugiat. Secus ergo ſi de carceribus, aufugiens oſtiis apertis recederet.

Probari an poſſit delictum per inſtrumentum, dicit Oldrad. quod ſic ſumendo delictum prout eſt indebite factum, vt ipſe no. in conſi 196 Sed Io. And. dicit quod non, niſi ſit Notarius rogatus per delinquentem, vt conficiat inſtrumentum ſuper eo, in quo delictum committitur ſcribendo, aut cõtrahendo, vel paciſcendo, ſed circumſtantiæ criminis poſſunt probari per ſtatutum, vt ipſe no. in regula ſemel malus. in nouella lib 6 & c. 2. de verb. ſign. eodem lib. Vide ibidem. Pe. More. Idem tenet Bar in l ſenatus. in princip. ff. ad Turpill. Idem tenet Bart. addens, quod licet inſtrumentum plene nõ probet delictum, facit plene tamen adminiculum, in l. ſciant. C. de probationibus prædicta uera, quando agitur de crimine criminaliter, ſecus ſi ciuiliter, vt no Ia. de Are & Cy. in d. l. ſi ſciant. Idem tenet Butr. & Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquiliam, & eſt caſus in c. eum ad ſedem, de reſt. ſpol. vbi patet, quod delictum ſpoliationis probatur per inſtrumẽtum, quãdo agitur ciuiliter interdicto vnde vi. Et hoc voluit Io And. in dicta regula, ſemel malus vbi generaliter approbat determinationem Iac de Are. licet ſpecialiter non exprimat iſtum caſum, quando ciuiliter agitur. Vide dom. Ant. de maio & obe. c cum in eccleſiis, & ibi Inno. & Hoſt. tenent idẽ, quod Cy. & idem etiam tenet Archid. 2. q. 6. §. de poſſeſſione. Vide plenius per eum, 2. q 7. c. pleriq;. vide Cal. ſub verbo, vel reſcripto aliquem procuratorem alterius ab eo impetraſſe. Talis enim præſumitur procurator, donec contrarium probetur, no gl. penul. in ca nonnulli, de reſcriptis quam ibi tenet do. Ant. Idem tenet Fred de Senis, conſilio 97. ibi ſi Papa in litteris ſuis dicat, renunciationem beneficij in eius manibus factam, talis procurator non præſumitur procurator, vt no. per Pet. de Zenzeſinis in cle. 1. de probat hoc etiam tenet. La. de Caſtel. alleg. 7. & probat etiam glo. dictæ clementinæ 1. de probat. quæ dicit aſſertioni papæ etiam de facto alieno credi, ſi ſuper illã fundat eius intentionem, licet Lap. ibi. in eadem cle. dicat, hoc verum in aſſertione motu proprio facta. Secus ſi ad inſtantiam ſupplicantis, quam diſtinctionem ibi approbat, Lap. de Caſtello, in d allega. 7. dicit tamen quod ſaluare poſſet in verbis narratiuis Papæ, ſecus in aſſertiuis, & aſſertiua dicuntur illa, quę Papa aſſerit, vt ſi illam gratiam fundet, narratiua, quæ ob aliud incidenter probata ſunt uel prolata, vt no glo. in c. ſi papa de priui lib. 6 & hanc differẽtiã inter verba aſſertiua & narratiua proprie facit. Io. And. in d. c. nonnulli. ſuper gl pen.

Probatur furor, & dementia per verba & geſta, non conuenientia homini ſanæ mentis ff de tu & curat. datis ab his qui. l. iis qui, § Diuus, & de condit. inſtit. l. quidam in ſuo. & probato furore, uel dementia certo tempore præſumitur talis perſeueraſſe, niſi probetur contrarium, vt patet 3. q 11. Iudicis. in tex & glo & Bar. licet videatur poſt dixiſſe contrarium, in l. 1. ff. de bon poſ. in fine. Idem tenet, & notat per gl. & per do. Ant. in c. ſi. de ſucce ab inteſt. licet. Io. And. ibi dicat, Valeriũ Maximum referre, teſtamentum cuiuſdam furioſi fuiſſe per ſenatores approbatum, quia bene diſpoſuerat. Vide Bald. C. qui teſta eſt fac. poſſ l furioſum.

Probatio per iuramentum partis, & per vnicum teſtem, vel famam debet admitti, quando agitur de conſcientia probanda, no do. Ant. de cenſi. c. peruenit 4. charta. ver. circa quartum. vide etiam §. probatio poteſt fieri per iuramentum.

Probatio ſemiplena, cõtra plenam, nihil detrahit plenæ, & perfectæ probationi, unde vnus teſtis non detrahit fidei duorũ contrariorum, no. Dom. Ant. de teſtib. c in noſtra.

Probationis onus cui incumbit, quando gratia dicitur ſurreptitia, ex veri taciturnitate, uel falſi expreſſione, vide ſub verbo gratia, ſi dicatur ſurreptitia.

Probatio Cappellanatus honoris nõ poteſt fieri per teſtes, quia de eo ſemper ſolet fieri ſcriptura, vt no. Aegid de bello. cõcl. 400. niſi alleg aretur, & probaretur impedimentum, quia ſcriptura illa haberi non poteſt, ut no. idem Aegid. conclu. 979. & tunc debet teſtis de veritate deponere, nec ſufficeret probare communem reputationem, quòd eſſet in poſſeſſione Cappellanatus, vt no. idem. Aegid. conclu. 401 & 908. Et hoc verum in actore petente adiudicationem, ſecus in reo petẽte abſolutiuam, quia ibi ſufficeret probare communem reputationem, per quam onus probandi contrarium transfertur in aduerſarium, vt in d. conclu 908.

Probationem plenam facit ſcriptura de archiuo publico producta, quòd no. ſuper verbo ſcriptura §. ſcriptura de archiuo.

Probatio quod non ſit memoria initii alicuius rei, uel facti, qualiter fieri debeat, vide ſub verbo teſtis ad probandum memoriam & glo. in c. 1. de præſcrip. lib 6.

Probatio excommunicationis an fiat per literas ordinarii dicentis, vouentis excommunicamus talem, &c. Vide ſub verbo literæ. §. literæ ordinariorum.

Probatio minoris, vel maioris ætatis incumbit illi, qui ſuper ætate intentionem ſuam fundat ſiue ſit actor, ſiue reus, vt not. Bar. in l. de ętate, ff. de mino & dom. Ant in cap. in præſentia. de probat.

Probare non aſtringitur qui in libertate perſonæ, vel tempore, vel ætate, vel aliter intentionem ſuam fundat ex validitate actus, ſed ſufficit, quod ſimpliciter probet actum, niſi inhabilitas aliter probetur. Probato ergo actu præſumitur habilitas perſonæ ad actum, ſaltem notabilis, vt no. do. Ant. de prob. c. in præſentia 7. charta. ver. no. quod fundans. Quid autem de inhabilitate accidentali, vide ff. de probat. l. ab ea parte, & qđ no. Inno de eo, qui ſut. or ſuſceperit. c. innotuit.

Proceſſus appellatione continetur datio apoſtolorum, quia apoſtoli ſunt de proceſſu, vt no. Ro conclu 389. ver. an ſecundo dubio contineatur etiam ſententia appellationis proceſſus. No Io. de Anan. de appel. c. 1. lib. 6. in gl. in nouella, & vide ſub verbo, iudex.

Proceſſus an ſit nullus, quando iudex incompetens procedit, licet pars non opponat. Vide ſub verbo iudex, §. iudex aditus & §. licet, & §. iudex ſi datur.

Proceſſus non coram iudice datus, vel habitus, an validetur ſi lite pendente iuriſdictio ſuperueniat, & ſi potuit vno modo procedere vt iudex, alio, vt non iudex, an acta valeant. Vide ſub verbo iudex. §. iudex ſi ab initio.

Proceſſus coram iudice in certo caſu, quo erat ſibi prohibita alienatio, alias iuriſdictio, an valeat, ſi proceſſit parte non opponente. Vide ſub verbo iudex, cui in certo.

Proceſſus factus per iudicem recuſatum poſt recuſationem, an ſit nullus, licet ab ea non fuerit appellatum. Vide ſub verbo iuriſdictio ſicut ſuſpenditur.

Proceſſus habitus per duos ex tribus delegatis iudicibus, tertio abſente, & impedito, an valeat, licet ipſis procedentibus de impedimento non conſtaret, vide ſub verbo iudex § iudices delegati ſi ſunt plures.

Proceſſus iudicis procedentis ſecundum iuris ordinem, vbi poterat procedere, ordine non ſeruato, an valeat vide ſub verbo notorium ſi eſt tale, & ſub verbo iudex, qui ſecundum naturam.

Proceſſus executoris, factus in vim gratiæ ſubreptitiæ an ſit ipſo iure nullus, vide ſub verbo gratia, §. gratia beneficialis quando.

Procurator non dicitur, nec cenſetur aliquis antequam acceptet mandatum. No Ro conclu. 141. & non dicitur acceptare, niſi expreſſe conſentiat. Ita quod tacitus conſenſus, non ſufficiat ſecundum leges, ſed ſecundum canones ſic, vt no. Ro. concl. 102. & vide ſub verbo abbas. Et ſub uerbo epiſcopus, & ſub verbo religioſus.

Procurator conſtitutus per reum ad cauſas ad curiam Romanam deuolutas, ita demum poteſt comparere, quæ tempore dictæ conſtitutionis erant ſpeciali mandato Papæ in curia commiſſa. no. Ro. conclu 19.

Procu-

Digitized by Google

Procuratoris mandatum finitur contra eum lata ſententia in prima inſtantia, & appellatione ab eo interpoſita, niſi in procuratorio eſſet conſtitutus et ad appellationem proſequendam, quo caſu, ſi recipit mandatum ſine proteſtatione interponere appellationē non ſolum poteſt, ſed tenetur appellationem proſequi. no. Ro. conclu. 21.

Procurator ad omnes inſtantias cauſæ conſtitutus, ſi in prima inſtantia finita dñs alium procuratorem conſtituit ſine proteſtōne, quod citra reuocationem aliorum hoc faciat, intelligitur reuocatus, etiam ſi in prima inſtantia litem fuiſſet conteſtatus, dummō dicta tacita reuocatio ad notitiam, ipſius procuratoris, vel iudicis peruenerit no Ro. conclu 21.

Procurator licet poſt lit conteſta. in prima inſtantia non poſſet reuocari inuitus ſine cā, valet tñ reuocatio ſi nō cōtradicit, & tunc ſententia cum eo lata non tenet, qñ ad ipſum, & iudicem reuocatio peruenit. Siue dicta reuocatio fuerit expreſſa, ſiue tacita puta alium conſtituendo, vel cauſæ aſſiſtendo, ſine proteſtatione, quod citra reuocationem hoc faciat. not. Ro. conclu. 21. vide § procurator licet efficaciter.

Procurator ſubſtitutus non intelligit̃ reuocatus: licet poſt litē, ab eo conteſtatus ſuſtinuerit ad mandatum iudicis reſpondere, ſecus ſi voluntarie reſpondiſſet, vt not. Rot. concluſione 306.

Procurator a prælato, vel ab alio pro eccleſia, vel beneficio ſuo, ſicut reuocatur per mortem conſtituentis etiam poſt litem conteſtatam per procurator. Ita etiam reuocatur, ſi cōſtituens renunciet, deponatur, vel transferatur, quia eadem eſt ratio. An autem geſta per talem procuratorem reuocatum, ratificari poſſint, vide Ro. conclu. 363.

Procurator poteſt conſtitui per clericum eccleſiæ etiam ante litem conteſtatio. ad agendum pro rebus & iuribus, & idem no. Io. And. & do. Ant. in c. cum olim, de teſtibus, & dicit Io. And in addit. in d. verſic. quid ſi canonicus, & ita terminauerunt Doctores Bononienſes.

Procurator qui vnum ſubſtituit, alium poſtea ſubſtituendo intelligitur primum tacite reuocare. Et ſi in prima ſubſtitutione dixerit, & proteſtatus fuerit per aliq̃ comparitionem, quā faceret eum reuocare non intendit, quia aliud eſt comparere & aliud ſubſtituere. No. Ro. concl. 117. Et aduerte, quod ēt ſi in proteſtatione dixerit, quod per aliquem actum, quem faceret, reuocare non intendit, niſi ad reuocationem expreſſam fecerit mentionem, tñ alterum conſtituendo primus reuocatus eſſet, quia cōſtō. & appſo ſecundi eſt expreſſa reuocatio primi, vt no. gl. q̃ ſignanter no Bar. & Ang. in l. ante litem. ff. de procur. Et aduerte quia illa gl. loquitur in reuocatione, q̃ fit per dñm, & ex eo, ꝙ ipſe in iudicio comparuit, & per ſe ipſum cām agit, tñ qua rōne illa dr̃ expreſſa reuocatio, eadem rōne vr̃ idem dicendum de reuocatione, quæ fit qñ dñs aliū procuratorē ad eandem cām cōſtituit, ad quod facit c. quod inuiſte. de procur. in verbo reuocata In contrarium tñ cle. 1. de renunciat ſuper verbo quælibet. ſed primam tenet Ang. ĩ d. l. ante litem. Item aduerte qualiſcunq; ſit proteſtatio ſi contrarius interuallo fiat actus proteſtationi vr̃ a proteſtatione receſſum niſi proteſtatio ſe referat ad actū, puta ſi contingeret me in futurum ſic facere, ſecus ſi illud verbū in futurum omittatur, quia tunc intelligeret de actu, qui fieret in continēti poſt proteſtationē, nōdū ſecuto interuallo vt no. per Bu. & Bar. & Bal. C. de pact. l. pacta nouiſſima. ſed Bal. in l. non ſolum § morte. de no. ope. nunc. non vr̃ dñam facere an exprimatur in futurum, vel non, ſed ſufficit, quod verba proteſtationis ſint concepta tempore futuro.

Procurator ſubſtitutus ſi eſt litem conteſt. non poteſt reūocari per conſtituendum eum, niſi eo caſu, quo reuocaret d. conſtitutum a ſe No. Ro concluſ. 141.

Procuratores ſi ſunt plures & quilibet eorum in ſolidum, cum poteſtate ſubſtituendi, & vnus ſubſtituat in prima, & alter alterū in ſecunda, poterit ſubſtitutus primi ſubſtituentis procedere in tertia inſtantia non obſtante ſubſtitutione ſecundi, quia non poteſt ſubſtituendo nec aliter reuocare ſuum collegam, nec eius ſubſtitutum. no. Ro. conclu. 196.

Procurator licet efficiatur dñs per litis conteſt. & conſequēter non poſſet inuitus reuocari, verum eſt in prima inſtātia, quia per ſententiam finita poteſt reuocari, ita quòd non poterit appellare, nec appellationem proſequi no. Rot. concluſ. 369. vide ſup §. procurator licet poſt litem.

Procurator conſtitutus ad certam cauſam, etiam cum ptāte appellandi, & appellationem proſequendi, intelligitur tacite reuocatus eo ipſo, quòd lata ſententia contra procuratorem qui fecerat litis conteſtationem dominus appellat, & nouos procuratores ad proſequendum appellationem ſimpliciter conſtituit. No. Ro. conclu. 269.

Procuratores ſi quis conſtituat plures ad negotia, & iudicia in eodem procuratorio & poſtea conſtituat alios ſolum ad iudicia, cum renunciatione omnium aliorum ſuorum procuratorum, ſub quocunque per eum conſtitutorū, videtur per talem generalem, reuocationem reuocaſſe duntaxat procuratores ad iudicia conſtitutos. no. Ro. conclu 247.

Procurator habens mandatum ſubſtituendi, reuocandi, & reſumendi licet reſumēdo transferat totaliter poteſtatem ſuā in alium, & expreſſe proteſtetur ſe non velle amplius de cauſa intromittere, tamen re integra poterit onus procuratoris reaſſumere, & in cauſa procedere propter formam mandati. no. Rot concluſione 179.

Procurator habens mandatum ſubſtituendi, & ſubſtitutum reuocandi, ſi ſubſtituit, & poſtea in cā procedit, vr̃ ſubſtitutum tacite reuocaſſe, ſi tñ ſubſtitutus poſt hanc tacitam reuocationem aliquid egit, poteſt ſubſtituens ratum habere, ſecus ſi ipſum expreſſe reuocaſſet, & habuiſſet ne procederet. No. Ro. conclu. 199. vide omnino Ang. in l. diſpenſatorem. in fin. ff. de ſolut.

Procuratoris mandatum an poſſit reuocari in præiudicium tertii eo ignorante, dic quòd nō, in extraiudicialibus, ſed in preiudicialib. reuocantur ſic. ff pro ſocio. l. ſed & ſocius, § 1 & no. gl in cle. 1. de renunciat quæ allegat optima iura. & quòd no. Io. And in c quoniam abbas de offi dele. Et an in iudicialibus ſufficiat reuocationē peruenire ad notitiam iudicis, vel aduerſæ partis. vide de procura. capit. in noſtra, & in capitu. mandato.

Procurator ſi poſtquam eſt reuocatus aliquis egit, antequam ei reuocatio intimetur, an valeat quod egit, vide tex. & gl. optima iura allegantem in cle 1. de renunciat.

Procurator ſpecialiter conſtitutus ad certam cauſam, non cenſetur reuocatus ex eo, quod dominus poſtea alium generaliter conſtituat ad omnes cauſas. no Ro conclu. 288.

Procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituēdi, ſi ſubſtituit re integra, & decedit antequam ſubſtitutus eius acceptet, uiuente tamen domino per hoc non extinguitur mandatum ſubſtituti, quia nomine domini ſubſtitutus dr̃, ſecus ſi procurator nullam habuit ſubſtituendi poteſtatem, ſiue auctoritatem a dño, ſed a lege, puta quia poſt litē per eum cōteſtatam ſubſtituiſſet, quia tunc ipſo mortuo re integra mandatum ſubſtituti extinctum eſſet. No. Ro. conclu. 397

Procurator qui poſt litem cōteſtatam alium ſubſtituit tenetur cauſam proſequi ſi ſubſtitutus moritur, vel recedat No. Ro. concluſione 397.

Procurator habens mandatum ſubſtituendi, ſi alium præſentē, & conſtituentem conſtituat cum clauſula, donec ad ſe duxerit reuocandum, & poſtea ſubſtitutus in cauſa procedat, proceſſus valet No. Ro conclu. 399.

Procurator ſubſtitutus per conſtitutum habentem ad id ſpeciale mandatum, cenſetur eſſe conſtitutus, no Rot. conclu. 141. Et ſi dicta conſtitutio fiat ante litem conteſtatam ſine ſpeciali mandato, non valet, ut no. Ro. conclu 391. quod eſt verum in procuratore ad lites conſtituto ab homine, ſed procurator qui habet poteſtatem a lege, etiam ante litem cōteſtatam, non ſolum vnum, ſed etiam plures ſubſtituēdi. no. Ro conclu 246. in princ.

Poteſt procurator ſubſtitutus poſt litis conteſtationem per eū factam alium ſubſtituere, qa factus eſt dominus litis, ut no t Ro concluſ. 118.

Procurator conſtitutus ad certam cauſam ſubſtituendi, non generaliter in omnibus cauſis, in quibus eſt procurator, ſi ſubſtituat, non admittitur ſubſtitutus, ad dictam certam cauſam niſi dicat, & doceat ſubſtituentem acceptaſſe onus procurationis ante ſubſtitutionem prædictam. no. Ro. concluſione 141.

Procurator ſubſtitutus per defenſorem poſt ſatiſdationem de iudicato ſoluendo, vel de rato habendo per ipſum defenſorem præſtitam debet admitti etiam ante litis conteſtationē, quia per talem ſatiſdationē fuerat factus dominus litis, quod eſt verū in cauſis quibuslibet prophanis, ſecus in criminalib. miſtis, vel beneficialibus, & alus ſpiritualibus, in quibus non habet locum cautio, ſiue ſacerdatio prędicta. not. Rot concluſio 402. verſic. ſed verum. Vide Bart in l. ſolutus ff de ſolutionibus.

Procurator ſi eſt admiſſus in cauſa criminali, valet proceſſus cum eo factus, poteſt tamen impediri fiendus in excipiendo, quod procurator non debet admitti, niſi ſit in cauſa concluſum, quo caſu non poſſet excipi, ſi venit ferenda abſolutoria. No. Ro. conclu. 146.

Procurator admittitur in cauſa inquiſitionis ſuper crimine ordinis executionē impediēte. Admittitur etiam defenſor ſine mandato. Secus ſi crimen impediat ordinis executionē poſt c. pacta. Et ſm Inn. non ſolū procurator ſed & defenſor ſine mandato admittitur pro reo in qualibet cauſa ſubquiſitionis ſuper crimine no. Ro. conclu. 402.



Digitized by Google

Procurator,& ēt deſenſor ſine mandato admittitur in qualibet cauſa ſuper crimine ciuiliter mota. Et dicitur ciuilis ēt,qñ agitur ad priuationē beneficij pp crimen, quia talis priuatio nō eſt directa pœna criminis, quod patet, quia ēt non habenti aliquod beneficium, pōt pęna criminis imponi, niſi alias ſequeretur,quod carentes beneficijs poſſent impune delinquere. No.Ro.conclu.402.Et eſt tex.in cap.nia.de procurator.& in c.ſuper his.de accuſat. Vide. §. procurator ex parte rei. Et vide ſupra in verbo ciuilis.§ 2.

Procurator cum mandato in omnibus caſibus,in quibus admitteretur defenſor pro actore agendo,in eiſdem caſibus admitteretur defenſor pro actore agendo ſine mandato, & reum defendendo. Tenetur tamen defenſor cauere de ſoluendo iudicato,vel de rato habeodo.No.Ro.conclu.402.

Procurator ſine mandato licet ſit coniuncta perſona, non admittitur etiam cum cautione de rato,quando cauſa eſt talis, quæ non recipit æſtimationem de intereſſe,vt ſunt cauſę beneficiales.No.Ro.conclu.402.poteſt tamen coniunctus pro coniuncto coram executore apoſtolico intercedere ad gratiam pure faciendam. No.Ro.conclu.289. An autem poſſit beneficium acceptare ſine ſpeciali mandato,ibi vide Io. An. dicit,quod non in c.ſi tibi abſenn.li.6.ſuper 3.glo.

Procurator poteſt in cauſa criminali conſtitui per reum in carceribus conſtitutum, immo etiā ſine mandato poteſt a quolibet deſendi, ſecus ſi ſit in libertate.No.Ro.concl.196.

Procurator poteſt conſtitui per coniunctam perſonam ad agendum,& defendendum pro coniuncto.no. Ro.conclu.198. quod eſt verum in cauſa profana, non in beneficiali, etiam ſi offerat cautionem de rato no Ro conclu.138.

Procurator ſine mandato non admittitur pro coniuncta perſona in caſibus ſpeciale mandatum requirentibus.,No.Bald.in l.pater pro filio.in prin.ff.de minorib.

Procurator ſine mandato non admittitur,nec amicus pro amico,licet Cy.dicat contrarium, ut not.do.Anto.in c.cum M. Ferratienſis.de conſtit.12.col.ver.2. ſentit gl. & de reſcrip.c. ex parte Decani.6.col.ad finem. vbi omnino vide.

Procurator etiam ſine mandato poteſt intimare appellato appellationē in cauſa beneficiali interpoſitam,quia ſufficit qualitereumque ad eius notitiam peruenerit, licet Archid. dicat contrarium concl 123.

Procurator poteſt etiam ſine mādato eſſe quilibet clericus pro defenſa,& recuperatione rerum eccleſiæ, & in omni caſu concernente vtilitatem eccleſiæ,etiam alijs contradicētibus,no. Ro concl.328.vide inf §.prox. Sed cū mandato pōt clericus eſſe procurator ēt pro laico.vt no Abb.& do.Ant.in c.per venerabilem. in primo notabili.qui filij ſint legitimi.

Procurator eſſe poteſt canonicus pro canonico,etiam ſine mādato ad petendam abſolutionem ab excōicationis ſnīa, ſm Inno.quod eſt verum,quando petitur abſolutio ſimpliciter, ſecus forte ſi ad cautelam.no.Ro.conclu 407. do.Ant.dicit, quod canonicus non agit pro canonico ſine mandato. Sed ſi hēt mandatū operatur,quod ſi canonicus alias non eſſet idoneus procurator,& quia religioſus efficitur inhabilis, pp mādatū,ut ipſe no.in c.cū M.Ferrar de cōſt.ver ſm ſentit ij.col.

Procurator poteſt conſtitui a prælato & a Capitulo pro oīb.mēbris,& ſubditis ſuis non pro nō ſubiectis.no.Ro.conclu.407.

Procurator nō poteſt declarare aīum dñi ſui ſine ſpāli mādato, ſingulariter notat Ang.l.ſi quis intentione. ff.de iudi.

Procurator non pōt agere, ſed requiritur ſpāle mandatū. No. Bar.de verb.obl.l.ſi ſtipulatus fuerī. in prin no.Ro.cōc.399.

Procurator pōt conſtitui per moniales habentes aliquod beneficium ſine adminiſtratione in monaſterio, vel extra,ad inſtar aliorū religioſorum. Pñt ēt cōſtituere procuratores in cā applonis,& in noīe ſuo,& in noīe monaſterij.no.Ro.cōc....

Procurator ſine ſpeciali mandato ſicut non pōt renunciare exceptioni peremptoriæ,ita nec dilatoriæ temporis,ut no.Bar. in l.ſi.in princ.de his,quę in fraudē credit. & vide inſ.proxi.§. do.Ant.in dilatorijs dicit contrarium.ut in c.vt lite non conteſt.6.col.ver.venio ad primum.

Procurator non poteſt ſine mandato ſpāli iuriſdōnem prorogare niſi habeat gñale mandatum cū libera,no.Inn.de off dele. c cum olim,& licet procurator omiſerit opponere exceptionem declinatoriam fori,& dum ſciuent,tñ geſta non valent pp defectum No Io. An.in c.cum olim.ſup.allegato & ſuper gl.2 Dicit tñ Bar.quod procurator hñs gñale mandatum,poteſt remittere declinatoriam fori, quia talis remiſſio non eſt donatio. Ideo uenit ſub gñali mandato, vt ipſe no.in l. fina.in prin.ff de his quæ in frau cred.quod non placet,quia talis remiſſio cū non ſit donatio,tñ quia licet per eā non prorogetur iuriſdō non pōt procurator id facere ſine ſpāli mandato, ut no.Inn.& Io.An.vbi ſup. & vide ſub verbo iuriſdō nō poteſt prorogari per ignorantē & §. iuriſdōnis prorogatio non cadit. Adde quod licet procurator non poſſit iuriſdōnē prorogare,ſi tñ iudex pronunciet ſe competentē, cum non ſit,pō procurator omittere appellare a dicta applone, vel pronunciatione,& valebit oīs proceſſus iudicis.No.do.Ant.de offi. deleg.c.cum olim.1.in fi. pōt ēt procurator renunciare exceptioni dilatoriæ,non peremptoriæ.vt no do.Ant.in c.1. vt lite non conteſt.ver.venio ad primum.6.col & vide ſup.§.proximo,& inſ.§.procurator non poteſt renunciare.

Procurator ſine ſpāli mandato non acquirit poſſeſſionem dño niſi ſequatur ratificatio in tpe habili.no.Ro.conclu.278.Bar. tenet contrarium in l.qui donatum,ff de dona. Vide Inn de præb.c.accedens.vbi tenet idem Io. And. ſufficit tñ ſm Ho. ibi,quod habeat mandatum, ad recipiendū omnia beneficia, licet in ſpecie nullum beneficium exprimatur. Vide de præbend.cap ſi tibi abſenti.in clem.3.lib.6.

Procurator ad matrimonium cōtrahendū non pōt aliquis eſſe ſine ſpāli mandato. Sed ad agendum in cauſa matrimoniali ſufficit generale mandatum.No.Ro.conclu.398. contrariū no.Lap.in hoc ſecundo. in cle. non poteſt.de procurator.

Procurator ſine ſpāli mandato licet non poſſit impetrare reſcriptum ad iudicem extra curiam, poteſt tamen ſine ullo mandato impetrare iudicem in curia. cap.Quintauallis.de iureiurando. Et ſpetratio eſt potius quædam diſtributio. vt no Ro. conclu.170.ita ratio procedet in reſcripto impetrato ad iudicem Rotæ,non ad alium.

Procurator quando conſtituitur per excommunicatum in caſu permiſſo, an requiratur ſpeciale mādatum,vide ſuper verbo permiſſio quando requirat ſpeciale mandatum Vide ſub verbo excommunicatio, §. excommunicatus in omnibus.

Procurator poteſt eſſe laicus in cauſa beneficiali, nec requiritur,quod in tali cauſa habeat ſpeciale mandatum, ſed ſufficit generale. No.Ro.conclu.39.contrarium.no. Lap. in hoc ſecundo.in cle.non poteſt.de procurat. in primo dicto concordat do.Ant.c.decernimus.5.ver.ſi quærit an poteſt de iure.

Procurator ad agendum,& defendendum,& ēt quilibet procurator ſimplr conſtitutus, pt pro dño criminaliter citato allegare cauſas rationales abſentiæ & impedimentorum, quare venire non poſſit perſonaliter, licet ad excuſandum ſeu excuſationes proponendum non admittatur. No. Ro.cōcl.31.

Procurator generalis cōparens in curia ſi petit inducias ad conſulēdum dñm abſentem,debet audiri, quando fuit conſtitutus ante cām cōmiſſam, & citationem decretā, ſecus ſi poſt, qa tunc pſumitr informatus,& inſtructus. No.Ro.concl.378.

Procurator eius, qui fuit in partib. perſonaliter citatus, licet ſit in curia,& habeat ſpeciale mandatum,ſed cum nō producit, poteſt contra eius principalem procedi per audientiam contradictarum. No.Ro.concluſione 164.

Procurator ſimpliciter conſtitutus ad cauſas intelligitur, ſed ciuiles non criminales,nec etiam ciuiles,quæ requirunt ſpeciale mandatum,vt matrimoniales,& beneficiales no.La.in cle.non poteſt.de procurator.

Procurator gñaliter conſtitutus ad oēs cās,intelligitur non ſolū ad pñtes,& ortas,ſed ēt ad futuras,no.Ro.conc.366 Etcōſtitutus ad cās pñtes,& nō futuras,pt interuenire ēt in cauſis ortum habentib.poſt mandatum. No.Ro.conclu 543.

Procurator rei licet ſit ſpecialiter conſtitutus in cauſa, quā hēt cū actore ipſum noīando, tñ intelr ſufficiēs mandatū hre, ſt quo ad ſubrogationē ad cām in locū actoris defuncti. vt no. Ro.concl.421.vide inſ. § procur. ſi eſt conſtitutus inſ certū.

Procurator conſtitutus in cauſa beneficiali contra certam perſonam,illa defuncta lite pendente,ſi tertius comparet, reſumens litem pro ſuo intereſſe,nō valet proceſſus agitatus inter illum tertium,& illum procuratorem. No. Ro conclu. 166.vide inf.§.procurator ſi eſt conſtitutus infra certum.

Procurator habens mandatum ad agendum & defendendum, ac ēt defectus in perſonam,& formam opponendū, licet defectus in procuratorio non ſpecificentur, nihilominus pōt in ſpecie de quolibet crīe ex defectu excipere,ſecus in procuratorio ad appellādum,vel alicuius electionē prouiſione, vel poſtulationē facta,vel fienda,quia in illo requiritur ſpecificatio crīnm,& defectuum. No.Ro.conclu.246. Vide oīno do. Ant.de reſcript.§.ſunt & alii. verſi.quæro qua pœna.

Procurator generalis ad lites,& negotia non poteſt præſentare ad aliud beneficium,qd eſt de iure patronatus domini. Not. Cal.in c.ſi.de conceſ præbend. An autem poſſit patronus cōſtituere procuratores vel ad præſentandum ad beneficium vacaturum,vide ſub verbo patronus § patronus non poteſt.

Procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendum, & defendendum, ſi ſuccumbit tenetur appellare,ſed non appellationem proſequi,niſi eſſet conſtitutus ad appellationem proſequendum. No.Rota conclu.297. vel niſi eſſet conſtitutus etiam ad appellandum,quo caſu tenetur proſequi, & omnia facere quæ in mandato per eum acceptato continētur. vt not.Rot. conclu.142.vide ſup.§ patroni mandatum finitur.

Pro-

Procuratoris mandatum eſt ſtricti iuris, ideo non extenditur, niſi ad perſonam, & cauſas in eo expreſſas. No. Ro.conclu. 166.extenditur tamen ad conſequentiam, & incidentia, etiã exigentia ſpeciale mandatum, ut no do. Ant. de reſcri c.non nulli.§ ſunt & alii. Verſi quæro, qua pœna. Vbi omnino vide & vide in §.procurator, ſi eſt conſtitutus infra certum.

Procuratoris mandatum, quantumcumq; generale, non intelligitur continere niſi licita. Ideo in tali mandato non poteſt in præiudicium domini aliquid illicitum attentari. No.Ro. concluſio......

Procuratoris factum non factum an noceat domino Vide plene per do. Ant.c.1.vt lite non conteſtata.

Procurator ſi aliquid agit contra, idquod eſt ſibi commiſſum domino ſciente, & non contradicente cum poſſet contradicere, præiudicat domino. No.do.Ant.de iudi.c.ceterum ver ſic.quid ſi dominus vlt.col. Et facit quod no. Inno. de reſcri. c.ex parte decani, & de off. dele c.cum in iure. Vide omnino. do.Ant.qui aliter dicit, in d.c.ex parte Decani.ver tertio.oppono. Hoc limita in his quæ procurator agit coram iudice cõpetenti, alias ſecus nec videtur tunc dominus ex taciturnitate iuriſdictionem prorogare, vt no. Io.And.de offic. deleg.c. cum olim 1.ſuper glo.3.

Procurator ſi in cõtractu per eum facto procuratorio nomine domini, enormiter lædit dominũ, poterit dominus petere illum contractum ratione læſionis reduci ad arbitrium boni viri.no.Dom. Ant.de iureiurando.c.Quotauallis. ver. venio ad quintum.

Procuratores ſi ſunt plures conſtituti ſimul, ſed non inſolidum & cum ex illis alijs non opponentib procedatur, valebit proceſſus in cauſa beneficiali, quia iudex illum, cum quo proceſſit, elegiſſe videtur, no. Ro.conclu.120.

Procurator conſtitutus, ſi in iudicio comparet, & cum eo proceditur, valet proceſſus. No. Rot.conclu.107.

Procurator vnus, & idem poteſt conſtitui a duobus volentibus inuicem ſua beneficia permutare, & ipſa reſignanda, & permutanda acceptare no.Fre.in tract.permut.437.

Procurator licet non ſit admittendus, quando aduerſarius petit, quod principalis veniat ad probandũ factum, & ad reſpondendum, tanquam legalior, & quis melius nouit veritatem. vt l.ſi actor malit.ff.de procur.& l ſi.c.eo. tamen ſi principali eſt indiſcreta perſona non tenetur venire, ſed poteſt per procuratorem facere, & hoc vult c paſtoralis.de iudic. quòd ſingulariter limitat leges prædictas.

Procurator ſi ab initio eſt admiſſus vſque ad litem conteſtatam an poſtea poſſit repelli, ſi non doceat de mandato, ſaltem ex officio iudicis Vide quod no. de elect.cap. r. lib 6.in gl.ſuper verbo abſentiæ exceptio. §.exceptio iſta.

Procurator non poteſt ex mandato quantũcũque latiſſimo aliquid agere per quod id quod dominus ſpecialiter fecit, vel fieri mandauit, impediatur, vel reuocetur.ff mandati. l.ſi hominem, & ibi Bar. & idem dicit gl.x 6.q.7. c.tempora Hoc limita, niſi procurator habeat generale mandatum, cum libera. vt no. Innoc.de offic.delegati cap.cum olim. il 1. in glo.pen.

Procurator non poteſt conſtitui per excommunicatum ad recipiendum abſolutionem ab excommunicatione, ſed bene poteſt conſtitui ad litem agitandum ſuper abſolutione petẽda, vel petita. Not Do. Ant.de iudi.c.intelleximus. Sed Inno. dicit, quòd ex cauſa poteſt procurator interuenire ad petendam abſolutionem a ſententia excommunicationis non autem a ſententia ſuſpenſionis, uel interdicti. Poteſt etiam ſine cauſa, vt ipſe no.de ſenrentia excomm.c.cum deſideres.& vide ſub verbo excommunicatio. §. excommunicatus poteſt procurator.

Procurator tenetur iurare de calumnia non ſolum in animam domini, ſed etiam in animam propriam, quia, & ipſe poſſet malignari Nã & ſi dominus iuraſſet, & ipſe iurare renetur. No Ro.conclu 38.

Procurator conſtitutus ad cauſam tenetur ſatisfacere Notariis cauſæ de eorum ſalario, quando principalis eſt abſens a curia, etiam ſi procurator recipiat onus ad ſubſtituendum duntaxat. No Ro conclu.29 r.

Procurator agens nomine clientuli ſui ad certam præbendam contra tertium poſſeſſorem, an intelligatur renunciare iuri, quod iure proprio ſibi competebat in ipſa præbẽda. Vide ſub nerbo renunciatio.

Procuratoris mandatum quando requiritur ſpeciale, an ſit neceſſe illam ſpecialitatem exprimi in iudicio, puta ad iurandũ ſic, vel ſic, vel ad perendum reſtitutionem adnerſus talem ſententiam, vel præſcriptionem, an uero ſufficiat, quod in genere dicatur ad iurandum reſtitutionem petendi. Vide. Bar. ff de donat.l.filius in princ. Vide gl in cle.1. de renunciat.in verbo poteſt geſta per alium ſuo nomine poſt lit. conteſt. ratificare non tacite no.Ro.conclu.429.

Procuratori licet ſit admiſſus, & cõtra eum, vt procuratorem, ẽt ſententia lata, tamen dominus cuius cauſam agit, ſemper poteſt opponere, quod non fuit procurator no Bar ff.de procura l Pompo § rati.& C.eo.tit.l.licet, & no.dom Ant in c. cum in iure.de offi. dele. uide omnino ſub verbo præſumpt. §.præſumi non debet quem eſſe procuratorem.

Procurator inhabilis ſicut non poreſt pro conſtituente in iudicio comparere, ita nec alium ſubſtituere, licet mandatum habeat ſubſtituendi, quod eſt verum, quando cauſa inhabilitatis ita reſpicit actum ſubſtitutionis, ſicut agendi, & religioſus, qui habet intẽdere contemplationem a qua diſtrahitur, ita ſubſtituendo, ſicut agendo, licet non poſſit in iudicio pro alio agere, poteſt tamen ſubſtituere eum, vt contrahere poſſit. No.dom. Ant de proba.c.poſt ceſſionem, vltima col.& licet in actu ſubſtituendi plus poſſit actor excommunicatus, quam religioſus, tamen in actu iudicialiter comprehenſo in certo caſu plus poteſt religioſus, quam excommunicatus, ẽt vt procurator conſtitutus comparere poterit excommunicatus, vt ibi no.do.Ant.

Procurator babens mandatum ad recipiendam pecuniam mutuo, non poteſt confiteri ſe mutuo recepiſſe no.Bar ff.ſi cer. pet.l.2 in fi.& C. de noua.l non abſtulit, & Bal in l.falſus. C. de fur & Ang.in l.ſi ita ſtipulatus §.Chryſogonus, & Io.An. in addi Spe in tit.de teſtibus.§ 1.ver.ſed pone, egi.in fi Hæc intellige, quando confeſſio allegatur, vt ſpecies contractus, quia etiam per confeſſionẽ abſque numeratione poteſt mutuum contrahi. Ideo cum mandatum non comprehendat illam ſpeciem, non poteſt procurator confitendo contrahere. Sed ſi confeſſio allegatur vt ſpecies probationis, credo, quòd contractus mutui teneat, tanquam probatio per confeſſionem, & erit mutuum ex numeratione contractum quæ numeratio ex confeſſione probatur, per text. ff. depoſiti. l. Publia.in fi.c.ſi ex cautione.ver.quinto quæro.de non numerata pecunia. Sed ibi loquitur in procuratore, & ita diſtinguit. Io.And.in d.ver.ſed pone non obſtat. quod no. Bar.in l. debitorem.ff.de nouat.vbi dicit, quòd habens mandatum ad ſolutionem, non poteſt confiteri ſibi ſolutum eſſe, & tamen confeſſio allegabatur, vt ſpecies probationis, quia ita debet dictum Bar.intelligi.deleg. ſecundum legem, quam allegat, qñ conſtat, quod confitens ſe recepiſſe, nihil recipit, ſed confeſſionem animo donandi fecit, quo caſu in mandato nõ venit donatio, quia talis confeſſio non præiudicat, & ita loquitur. l.r.§.mutuam.ff.ſi quid fraudẽ pa.q̃ Bar allegat. Sed ubi hoc non conſtat, non præſumitur, quod aĩo donandi procurator confeſſus fuerit, valet ergo confeſſio, & præiudicat dño, alias ſequeretur, quod ſi procurator pecuniam mutuo recipit, nõ poſſit bonam fidem agnoſcere, contra l.ſi fideiuſſor § quædam.& l. Quintus Mutius, ff.mandati, & eodem mõ reſponderi poſſit ad id, quod no.Bar.in l a Diuo Pio §.ſed ſi emptor ad fi.de re iud.vbi dicit, quod executor datus ad vendendum non põt confiteri pretium recepiſſe. Sed dẽt conſtare de reali numeratione. In procuratore tñ Ceſaris, nõ fiſci, dixit Barto.contrarium, quod poſſit vendere, & confiteri pretium recepiſſe.ff.de iu.fiſci.l.ſi procurator.§.fi. Sed opi.Bar.approbat indiſtincte do. Ant.in c.ſi cautio.ad fi de fide inſtr Sed cõtrariam opinionem, quod ſufficiat confeſſio, quando non apparet, quod facta ſit animo donãdi, tenet Bartholomæus de Salic.in l. 1.in fi.ff.ſi cer.pet.

Procurator generalis non põt remittere exceptionem peremptoriã, nec dilatoria, quia talis remiſſio ſapit donationem. Iõ nõ venit ſub gñali mãdato, ſed declinatoriam fori remittere põt, vt no.Bal.in l.fi.in prin ff de off.dele. & c.cum olim.il r. vbi dicit, ꝙ licet procurator gñalis poſſit renunciare probationẽ ſuper exceptione perẽptona, vel dilatoria, tñ ipſi exceptioni non põt renunciare, niſi habeat gñale mandatum cũ libera, & vide do. Ant. in c.j.vt lite non conte Quod aũt dicit Bar.procuratorem generalem poſſe renunciare declinatoriæ fori, non vr̃ verum, ut no.gl.§ procurator nõ poteſt ſine ſpeciali mandato.vide do.Ant.in c. r. vt lite non conteſtata.

Procuratoris confeſſio, vel contumacia, vel dolus an noceat dño. Vide plene per do. Ant. in c.r.vt lite non conte. per Cy. in l r.C.de confeſſis. §.poſt.verſ. ſi per procuratorẽ.in 2.col.

Procurator non certificatus de mandato per inſtrm, aut per literas, vel per nuncium proprium Dñi, non põt officium procuratoris exercere, nec ſufficeret eum certificari per extraneum. No. Franc.de Zabar. in cle non põt. Vide in Spec.eo. tit.§.1.ver.Sed quid ſi per procurator. & ꝙ ibi no. Io.And.in additio.in capitu. eodem titu.libro 6.in nouella.& Compoſ. de elec.c.ſtatuimus.in glo quæritur quis procurator.in fi uide omnino Dom. de Sancto Gemin. in d. c.is qui, vbi allegat vnam notabilem deciſionem, dicens, quod geſta per procuratorem non certificatum de mandaro ualent, ſi in mandato eſt clauſula de his qui.in fine.

Procurator faciens actum, ſi non dicit an ſuo, vel procuratorio nomine faciat, vtrum intelligatur nomine procuratoris, vel ſui feciſſe. Vide do Ant. de off. c. cum, in 6 col. & per Bar. in l. 1 §. nunciatio. ff. de ope. no nu. & in l. poſt mortẽ, §. 1. ff. quando ex facto tutoris.

Procuratores ſi ſunt dati plures ſine clauſula in ſolidum, vnus ſolus non admittitur, nec eligi poteſt per iudicem ad cauſam proſequendam, niſi ſit cauſa ſpiritualis, in qua iudex vnum poteſt eligere, & valet, quod per illum geritur. Vbi autem eſt clauſula in ſolidum, quilibet admittitur. Et qui litem conteſtatur, ille ſolus proſequitur, nec tunc admittitur collega, niſi in conſtitutione dictum ſit, quod non ſit melior conditio occupantis, quo caſu ita demum admittitur collega, ſi ille, qui eſt litem conteſtatus, nolit, vel non poſſit litem proſequi, vel alium non ſubſtitoit, & ubi in caſibus prędictis collega eſt admiſſus, non poteſt, qui litem conteſtatus fuit, ad proſecutionem reuerti, niſi ille collega nolit, vel non poſſit proſequi, nec alium ſubſtituere, cum nõ ſit dominus litis, de procurator. c. ſi duo. lib. 6. & ibi no. Vide omnino ad limitationẽ prædictorum, quod no. Io. An. in c. in nomine domini. de teſti. vbi dicit, quod datis pluribus procuratoribus cum clauſula, quod non ſit melior conditio occupantis, licet lis conteſtetur per vnum, tamen ualet, quod fit per alium, ſi dominus vult quòd valeat, & alia pars fuit præſens, ſecus ſi fuit abſens vbi autem alia pars vult quod valeat, & dominus non vult quod valeat, exauditur alia pars, quia reus fauorabilior eſt, & propter clauſulam prædictam Vbi autem vtraque pars cõſentit, quod valeat, tunc nullum eſt dubium. Item dicit Bal. quo ad primum dictum in l. ſi quando C. de teſti.

Procuratores ad lites ſi dantur plures licet non dicatur in ſolidum cenſetur tamen quilibet in ſolidum conſtitutus, ut no. Bal. ff. de procurat l. ſi pluribus.

Procurator non poteſt renunciare appellationi. no. Bald. in l. fi. C. de temp. ap vide ſup § procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato iuriſdictionem Sed aduerte, quia tex. in d. l. fi. loquitur de appellatione interponenda. Sed tunc conclude, ſi non poteſt renunciare interponendæ, multo minus interpoſitæ.

Procurator non poteſt conſtitui per patrem ad emancipandũ filium, ſed ipſemet debet emancipare, & filius bene poteſt conſtituere procuratorem ad petendum ſe emancipari, & ad conſtituendum emancipationem. Nã & abſens poteſt emancipari, dum tamen poſtea conſentiat emancipationi. C. de emancip. libe. l. iubemus, pro hoc quod dicitur, de confeſ. facit tex. in authent qui offi. ſui § qui generaliter. Sed gl. in d. l. iubemus. videtur dicere, quod ignorans non poteſt emancipari Vide Bar. in l. poſt mortem. § fi. ff. de adopt. & l. Gallus, §. forſitan. & ff de adop. l. neque abſens.

Procurator ex parte rei ſine mandato admittitur inuito actore, ſi vult ſufficere de iudicato ſoluendo. Vide Bar. ff. de ſolutionib. l. ſolutionem. & de procura. l. ſeruus quoque, § publico, & de procuratore ſine mandato ex parte actoris, vide Bar. in l. non ſolũ § fi. eo. ti. & vide ſup. § procurator, & ẽt defenſor.

Procuratoris mandatum an, & quando finiatur morte mandantis, vide ſub verbo mandatum.

Procurator de cuius mandato dubitatur, licet admittatur ante litis conteſtationem, cum cautione de rato, per talem cautionem ipſius perſona legitimatur, hoc eſt verum ĩ incidẽtibus, non quo ad merita. Ideo poſt litis conteſtationem poterit cõtra eum opponi ad merita, quòd non ſit procurator, & ſic intimatio illa operabitur, vt admittatur ad diſcutiendum iudicium vſque ad merita, & vt, ſi ſententia contra eum feratur ſibi præiudicet, non ad præiudicium domini, nec etiam valebit ad præiudicium illius qui ſuccumbit, domino ratum non habente, ſed eo ratum habente ſic, ſecundum Bar. Sed concludo ſecundum Io. And. quòd ſi ex ſententia ferenda contra procuratorem non eſt plene cautum litiganti, poterit eũ compellere ad futura ſecus ſi eſt plene cautum, ita quod totale ſuum intereſſe poſſit conſequi. Ita no. do. Anto de conſti. c. cum M. Ferrarienſis. ver. dicitur bene. 6 colum. Sed Bar. aliter loquitur. in l. Pomponius. §. rati, ff de procurat. & vide ſub verbo exceptio § exceptio iſta.

Procurator ſine mãdato admittitur cum cautione de rato pro ſorte eiuſdem litis, dum tamen ſit alias habilis ad procurandum, & natura cauſæ patiatur procuratorem admitti, & tũc demum dicuntur conſortes litis, quando inter eos eſt communitas actionis, & obligationis, ut duo cohæredes, vel quando eſt communitas litis, vt quia ambo agunt in eodem libello Secus ergo ſi in diuerſis libellis ſeparatim agerent, vel ſeparatim in lite procederet, no. do. Ant. de conſti c. cũ M. Ferrarienſis ver ſed aliud caueamus 8. col.

Procurator ſi eſt cõſtitutus contra certam perſonam in aliqua cauſa, & generaliter in omnia alia, illa generalitas reſtringitur & intelligitur de cauſis, contra perſonam motis, vel mouendis, vt no Bar. in l. qui habet. §. fi. de tutel. per tex. in l. quod dicitur. in prin. qui immediate ſequitur. Pro quo facit, quia noua perſona numquam ſubintelligitur, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de verbo. ob. & facit, quod dicitur de impetrante beneficium tamquam vacans per reſignationem tertij, ſiue alicuius quouiſmodo ex perſona eiuſdem tertij, not. Lap in c. ſuſceptum in princ. de reſcriptis. lib 6. & vide ſup. §. procuratoris mandatum eſt ſtricti iuris, & §. procurator rei, licet ſit, cum §. ſequenti. Prędicta intellige, niſi lis. quæ mouetur, contra nouam perſonam eſſet neceſſaria, tamquã prę ambulum, & ante litem mouendam contra perſonam in inſtrumento mandati nominatam ſpecialiter, vt no Bar. in l. ad legatum ff de procur.

Procurator expreſſe conſtitutus ad aliquòd ſpeciale mandatũ exigendum, & generaliter, ad quæuis alia, quæ requirerent ſpeciale mandatum, dicitur inſufficiens procurator, etiam ad maiora expreſſa, & hoc operatur illa dictio quæ uis, vt no. do Ant in cle. 1. de re iudi quòd no. Quia ſecundum eam limitatur cle. non poteſt. de procurator.

Procuratoris mandatum ad agendum, uel defendendum finitur finita lite per ſententiam, ſi fuit ſpecialiter conſtitutus ad lites præſentes, & futuras, & mandatum accepit ſimpliciter, vt no. Bar ff. de ſolutio. l. ſi procurator meus.

Procuratores ſi ſunt plures conſtituti in ſolidum, cum clauſula, quòd non ſit melior conditio occupantis, vno litem conteſtante, non poſſit alius ad cauſam venire, niſi prior qui eſt litem conteſtatus fuerit mortuus, vel abſens, vel impeditus nolit proſequi cauſam, vt in cap. ſi duo de procurat. lib. 6. vel niſi proceſſerit in cauſa parte aduerſa præſente, & non contradicente. vt no. Io. An. in c. in nomine domini, de teſtibus, ſed do. Ant. in hoc vltimo ſentit ibi contrarium per dictum c. ſi duo de procurat. ſed pro Io. And. facit tex. quem ipſe allegat. ff eo tit l. filius §. vete.

Procurator ſi non docet de mandato, tenetur de mandato parti, contra quem defendit ad intereſſe. ut no. Bar. in l. Pomponius § rati, ff. de procur. & in l. licet. C. eodem, & ff. ſi cer. petat. l. ciuitas.

Procurator conſtitutus ad agendum videtur tacite cõſtitutus ad defendendum, & ſi conſtitutus ſit ad agendum tantum, non dicitur idoneus procurator, & poteſt repelli per conuẽtum, vt not. Bart. in l. ſeruum quoque. §. ait prætor. ff. de procur. Sed talis exceptio debet opponi ante litis conteſtationẽ, poſtea non poteſt opponi vt not. Bart. in l. Pompon. §. rati in fin. eodem tit.

Procurator non poteſt conſtitui per dominum ad manumittendum ſeruum, vt no. Bar. in l. poſt mortem. § . fi. ff. de adop. in l. Gallus. § forſitan de libe. & poſtu. & idem no. do. Ant in c. per venerabilem qui filii ſint legitimi a 3. col.

Procurator an poſſit conſtitui ad legitimandum filium tam ex parte ipſius filii, quam ex parte patris. vide ſub verbo filius, §. filii legitimatio.

Procuratores duo, vnus in vno inſtrumento, alter in alio eadẽ die confecto, conſtituti ſunt ſi non apparet, quod ex illis inſtrumentis proceſſerit inuicem ſe impediunt, & nullus põt dici procurator. vt no. Oldr conſ. primo niſi in alterum duntaxat ex inſtrumentis prædictis eſſet clauſula reſeruatoria cõtra reſeruationem aliorum procuratorum prius conſtitutorum, quia tunc illud inſtrumentum, quod habet dictam clauſulam cenſetur vltimum, & vbilibet vtrinque cenſetur quẽlibet habere mandatum in ſolidum vt no. Io. An. in add. Specu. in tit. de procurator. §. rationis autem verſic. Item quod licet.

Producens inſtrumentum nõ poteſt reuocare productionem. no. do. Ant. de fide inſtrument. cap imputari. & vide ſub verbo inſtrumentum.

Producens inſtrumentum cum proteſtatione, quod producit ea parte, qua facit pro eo, & non vltra, iuuatur ex proteſtatione, vt non habeatur pro non producto in his, quæ faciunt cõtra eum, quod eſt verum in inſtrumento confecto de actu alterius Secus ſi ſit de actu producentis not Rot. conclu 276. Idem no dom. Ant. de exceptionib c. cum venerabilis 8. col. in prin ver. numquid autem, vbi dicit, quod tunc iuuat proteſtatio, quando inſtrumentum eſt confectum ad petitionẽ aduerſarij, ſecus ſi non ad petitionem partis ſit confectum.

Producens falſum inſtrumentum ſcienter non ſolum pœna falſi punitur, ſed etiam cauſam perdit No. do Ant. de excep. c. cum venerabilis 9. col. ver oppo. quod contra, & de reſcri. c. olim, ad finem, & quod dictum eſt, quod cauſam perdit, eſt verum in priuato agente pro re ſua. Secus in priuato pro re eccleſiæ agente, niſi totum capitulum cõſentiret *productioni*, vt no. do. Ant eo. c. 13 col. in fi.

Producens inſtrumentum non poteſt de falſitate impugnare illud niſi aduerſarius etiam id de falſitate impugnaret, & ſibi

viam

Digitized by Google

viam aperiret Fallit in fauorem eccleſię Sed ſi velit illud impugnare tamquam non ſolenne, vel dicit quod non probat id, ad quod producitur, id fieri poteſt no. do. Ant. de excep. c. cum venerabilis. 9. colum. verſi. oppo quod contra hoc vltimum de non ſolenni. Intellige, quando producens inſtrumẽtum non dediſſet expreſſum articulum de cõtentis in inſtrumento, ſed ſimpliciter produxit inſtrumentum tunc ex productione inſurgit tacita confeſſio. Sed ſi expreſſe dicat, confiteor contenta inſtrumento eſſe vera, ad probationem formabit articulum de contẽtis I inſtrumento, tunc ſi inſtrumẽtum reprobatur de falſo per aduerſarium, non nocet producenti tacita confeſſio, cohærens productioni inſtrumenti, nulla facta mentione de inſtrumento. Vbi vero inſtrumenſum reprobatur, non vt falſum, ſed vt non ſolenne, tunc producenti inſtrumentum nocet confeſſio, ſiue ſit tacita, ſiue expreſſa Sic etiam ſi ad inſtrumentum ſe referat, & ſub eius commemoratione fiat, niſi contra ipſam expreſſam confeſſionem noceret producenti, aduerſario inſtrumẽtum reprobante, multo magis nocebit, ſi non reprobat no do. Anto de exceptio. c. cum venerabilis 6 col. ver ad ſecundum. Et vide ſub verbo error confeſſionem. & vide Bar. in l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indig.

Producta in cauſa principali an probent in cauſa appellationis, ratione ſui intereſſe. Vide ſub verbo probatio. §. probationẽ non faciunt. & § ſequenti.

Producens inſtrumentum an videatur tacite confiteri illa, quæ in inſtrumento narratiue, vel diſpoſitiue continentur. vide ſup in §. error confeſſionis, & in deciſionibus. Rot. concluſione 270.

Prohibitio vide ſub verbo lex.

Proprietas non eſt adoptabilis ad iura incorporalia, licet ad ipſa iura ſit adoptabilis poſſeſſio, ſeu quaſi, vt no. do. Ant. de cau. po. c fi. 3. colu Et vide ſub verbo dominium.

Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ, quod eſt verum in qualitatibus dependentibus a poteſtate prorogantium, non autem dependẽtibus ex facto tertii. not. dom Anton de appel. c. præterea 2. & vide ſub verbo iuriſdictio.

Prorogatiõ termini differt a noua aſſignatione. No. Bar. de dãno infecto l 4. in princ & prædicta l. in rebus. §. 1. ibid. & plene, no Ro. conclu 329 ad fi.

Proteſtatio quæ alteri fit, ne ei aliquid intimetur an debeat fieri cum inſtrumento publico, vel lecto, vel tradito ei, cui fit intimatio, vi. tex. in cle. cauſam, de elec. & Bar ff. de poſtulando l. ſi quis inficiatus. & ff ſi certum pet. l. quod te, & de oper. noui nunc. l 1. § 1. & pleniſſime per eum, in l. non ſolum §. morte eo. tit. & vide omnino tex. & gl. ff. de rei vendic. l. fundum, & vide ſup. §. producens inſtrumentum cum proteſtatione.

Proteſtatio contraria facto ſtatim ſecuta facit actum contrarium non valere, ſecus ſi fiat actus ex interuallo, quia tunc videtur a proteſtatione receſſum, vt no. Bar. in l. qui in aliena, §. Celſus ff. de acquir hæreditate, quod eſt verum, niſi quando proteſtatio expreſſe referret ſe ad futurum actum puta ſi cõtinget me in futurum tale quid facere, &c. Secus ſi illud verbum in futurum omittatur. ut no. per Butri. Bald. & Bartol. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. ſed Bart. alibi uidetur uelle, ꝙ licet verbum in futurum non exprimatur in proteſtatione, ſed tamen iſta proteſtatio concipiatur, per verba ſonantia futurum tempus, puta ſi contingeret me tale quid facere, &c. quod tũc proteſtatio operatur etiam quo ad actum ex interuallo factum vt ipſa. no. in l. non ſolum. § morte ff de noui operis nunciat. Et idem uidetur velle do. Anto. in c. cum M. Ferranen. de conſtit & uide per eum de litis conteſtatione. c. 1 penultima charta. in fi uide ſup. in verſi procur. §. procurator qui vnum. circa fi.

Proteſtationem ſufficit ſemel facere, nec tenetur quis proteſtationem ſiue interpellationem iterare, vt no. Bart. in l Titia Seio §. uſuras. de legat 2. & l mora. in principio. de vſuris. per quod infert, quod vbi inſtantia cauſæ certo tempore limitatur, vbi per actorem non ſteterit, ſufficit ne dicatur per actorem non ſtetiſſe, quod actor ſemel requirat iudicem vt ferat ſententiam. Bal. tamen dicit, quod ad hoc non ſufficit requiſitio, ſiue proteſtatio, vt ipſe no. in d. §. vſuras, & hoc maxime firmat inſtantia appellationis in authe. Item ſi appellatio. C. de tempo appel.

Proteſtatio neceſſaria eſt, quod fit tempore impedimenti, ſi qs vult per impedimentum ſe excuſare. Vnde qui dicit, quod propter tempeſtatem maris fuit impeditus venire, nec habet quod iuit ad mare volens tranfretare, ſed non potuit impeditus venire ex tempeſtate. Nõ enim ſufficit impedimentum maris fuiſſe, niſi quis oſtenderet diligentiam ſuam, quia forte, & ſi impedimentum maris non fuiſſet, tamen venire neglexiſſet. no. Bart. in l. a. §. qđ diximus, ff. ſi quis cau. vide etiã Inno. in c. ex tranſmiſſa. de pręſcriptione, vbi circa hoc aliqua dicta ponit, quæ huic materiæ optime congruunt.

Proteſtatio congrua facto ſimul cum ea geſto, ſi ordinatur ad detrahendum totale factum. prout ſonat in facto, quia proteſtatur, quòd factum habeatur pro non facto talis proteſtatio non iuuat Idem ſi ordinatur ad tollendum totalem ſenſum facti, prout ſonat in iure, quando factum, & ſenſus facti depẽdet a libera voluntate proteſtantis, & ſenſus facti pendet a iure Et dicitur pendere a iure, quando quis procedit præſumẽdo, vel fingendo, ſeu diſponendo. Tunc ſi proteſtatio eſt iuſta cauſa veſtita, vt ſi putator, vel alius dans operam rei licitæ adhibita diligentia. quæ exigitur, proteſtatur, cauſam iuuat proteſtatio. ſi non eſt iuſta cauſa veſtita, vt ſi interficiens hominem proteſtatur, quòd non dolo facit, non iuuat proteſtatio, ſi vero factum, & ſenſus facti dependet a voluntate proteſtantis, vt contrahere, profiteri, & ſimilia, tunc ſi factum geritur, cum parte conſentiente proteſtationi, vel non contradicente, iuuat proteſtatio, idem ſi proteſtatio non fit cum parte principali, dum tamen ſit iuſta cauſa veſtita, non iuuat proteſtatio, niſi ubi factum eſt dubium, ſicut eſt aſſumptio habitus Vbi autem proteſtatio ordinatur ad trahendam partem ſub allegatione facti, tunc ſi factum dependet a volũtate proteſtantis tantum, iuuat proteſtatio, ut ſi lego vſumfructum detracto vſu, quia uſus eſt pars ſubſtantialis fructus non valet legatum, & ualet proteſtatio, quia legatum dependet a voluntate proteſtantis, ſed ſi factum dependet a voluntate proteſtantis, & alterius, tunc ſi factum geritur cũ parte principali, cuius voluntate etiam factum, & ſenſus facti dependet, & pars proteſtationi conſentit, iuuat proteſtatio, & factum non valet, vt ſi contraherẽ matrimonium, ſub proteſtatione, ut prolem euites, ſecus ſi pars tacet, & non conſentit, quia tunc proteſtatio non valet, & factum id eſt matrimonium præualet Si autem factum non geritur cum principali parte, ſed cum alijs eius nomine recipiente, tunc etiam dato conſenſu eius cum quo geritur non iuuat proteſtatio, & ualet factum, vt ſi ingredior monaſterium, & proteſtor, vt mihi liceat habere proprium, non iuuat proteſtatio, quia ibi non eſt pars principalis conſentiens cum qua vinculum profeſſionis contrahitur, quod principaliter contrahitur cum Deo, licet in conſequentia obligetur abbati, recipienti, uel ſuperiori, vbi vero proteſtatio ordinatur in detentionem alicuius conſecutiui ad factum, & illud conſecutum dependet a poteſtate ſolius proteſtantis, iuuat proteſtatio. Secus ſi dependeat, ex poteſtate alterius niſi alter tacite, vel expreſſe conſentiat, qui dicitur conſentire eo quod non contradicit quo caſu proteſtatio iuuat, ut patet in conſtituto in ſacris, qui non arctatur ad uotum continentiæ licet tacite obligetur non accipere vxorem de nouo, ſi in ipſa ſuſceptione ordinis ſacri proteſtetur, quòd non vult cõtinere tacente ordinante, proteſtatio iuuat, quia continentia non eſt pars ſubſtantialis ordinis, ſed conſecutiua in ordinato. Si vero cõſecutiuum deponit proteſtanter, vel alterius partis, ſed iuris tantum quòd eſt, quando ius procedit in conſecutiuo diſponendo, fingendo, vel de iure præſumendo, tunc proteſtatio non iuuat, vt ſi quis recipitur in canonicum, conſecutiuum iuris eſt, vt canonicus habeat prębendam, proteſtatio ergo ordinata ad tollendum iuris conſecutiuum, vt quod præbendam non habeat, cum ſe facultas obtulerit, non iuuat proteſtantem, quia ab eius non dependet poteſtate. Sed hæc iuris conſecutiuum impediũt, & prædicta vera in actibus extraiudicialibus In iudicialibus vero proteſtatio tendens ad detrahendũ iuris conſecutiuum ad factum non iuuat proteſtantem, ſed facit ipſũ contrarium repelli, niſi proteſtationem renunciet, vt no do. Ant de conſtit. c cum M. Ferrarienſis. 22. col. verſic. venio ad quintum paſſum. Vbi autem proteſtatio ordinatur ad trahẽdum partem ſenſus facti, vt quia factũ eſt talis naturæ, quòd poteſt multipliciter intelligi tũc ſi factum, & ſenſus facti dependent a poteſtate proteſtantis iuuat proteſtatio, nam faceſſe fines in alimentis poteſt multipliciter intelligi, quod facit cauſa pietatis, quod faciat animo repetendi, uel quod facit animo adeundi hæreditates, ſi eſt hæres inſtitutus, ſi proteſtatus quod faciet animo repetẽdi, & non adeundi, iuuat proteſtatio. Sed ſi depẽdet a poteſtate eius, & alterius, tunc iuuat proteſtatio, ſi fiat parte præſente, & tacente, uel conſentiente uel etiam contradicente, vt ſi quis proteſtetur parte pręſente, quod reſpondet animo litem non conteſtandi, iuuat proteſtatio, quia hoc reſpondere eſt dupliciter intelligendum. Vnum eſt iudicis informatiuũ, aliud eſt litem conteſtatam inductiuum. Hæc proteſtatio impellens factum ad alterum ex intellectibus iuuat proteſtantem, vt no. do. Ant in d. verſi. venio ad tertium paſſum in fi.

Proteſtatio præcedens factum, & facto contraria, ſi ordinatur ad tollendum factum, pro ut ſonat in facto, non iuuat, vt ſi

man-

Digitized by Google

mandauero tibi, vt vulneres talem, & proteſtor quod non occides eum, non iuuat proteſtatio, ſi ex vulnete ſequitur homicidium. Vbi autem proteſtatio ordinatur in detractionem ſenſus facti, vel partis ſubſtantialis facti, tunc ſi tale factum, & ſenſus facti dependet a poteſtate eius, & alterius, & gerit factum cum principali, tunc ſi factum habet in ſe intellectum dubium iuuat proteſtantem, vt ſi quis proteſtetur, quod talem feminam, quam in domo tenere diſponit, vult tenere in concubinam. Hoc factum eſt dubium, cum poſſit conſumare matrimonium, & concubinatum. Et idem in ingreſſu religionis, quando fit per ſuſceptionem habitus, quia iſtud factum eſt dubium. Sed ſi factum eſt certum, & habet ſenſum non certum, tunc proteſtatio non iuuat, niſi is cui fit proteſtatio expreſſe conſentiat, nec ſufficit tacitus conſenſus, vt ſi quis proteſtetur ſe non velle aurum, nec argentum in horreo ſuo recipere, nec de eis ſe velle teneri tandem poſtea recipit, iſta proteſtatio non iuuat, dato quod fuerit facta parti, a qua poſtea recipit, quia videtur recipiendo recedere a proteſtatione. Et hoc verũ, niſi proteſtatio eſſet vera cauſa ueſtita, quo caſu per contrarium factum, etiam ex interuallo non tolleretur proteſtatio, niſi tolleretur cauſa legitima, aliter ceſſatet, dato quod pars expreſſe non conſenſerit proteſtationi, niſi factum adeo eſſet notabile, quod abſorberet omnem præſumptionem cauſæ. Vnde ſi inſtante metu quis proteſtetur, quòd quemcunque actum, vel verba, quæ proferat etiam apta ad matrimonium contrahẽdum proteſtatur, quod non intendit conſentire, quia hoc facit metu ſtante, dato quod pars cum qua poſtea contrahitur ignorauerit, valet proteſtatio, non matrimonium niſi interuenerit copula, quia copula eſt tantæ præſumptionis, quod abſorbet omnem metum præcedentem, donec probetur inſtans metus. Si autem factum, & ſenſus facti dependerit a poteſtate eius, & alterius & geritur actus nõ cum parte principali, cum qua vinculum ponitur, ſed cum tertio, tunc autem ſi proteſtatio eſt iuſta cauſa veſtita iuuat, alias non, vt patet in ingreſſu religionis, qui non geritur principaliter cum parte recipiẽte ingreſſum ſed cum Deo, non iuuat proteſtatio etiam cum conſenſu recipientis facta, niſi metus interuenerit in ipſo ingreſſu. Vbi vero non proteſtatio præcedens tendit ad detractionem alicuius conſecutiui, tunc ſi conſecutiuum non dependet a poteſtate proteſtantis, ſed iuris, non iuuat proteſtatio, nam recipere in canonicos dependet a poteſtate recipientis, ſi procedat proteſtatio, qui recipit, ſed non animo vt habeat præbendam, non iuuat proteſtatio, quia fit ſuper non dependentibus a poteſtate proteſtantis, ſi conſecutiuum dependet ex poteſtate, & alterius iuuat proteſtatio ſi conſentiat is, cui præiudicatur, aliter non, puta eo quod tenet cauponam obligatur ad recipiendum hoſpites, niſi ſubſit cauſa, & ex receptione tenetur de omnibus illatis, niſi facta ſit proteſtatio per cauponem, quòd non intendit teneri de ibi impoſitis. Hæc proteſtatio non dependet ex poteſtate ſua, quia ex legis diſpoſitione eſt obligatus de receptis, tamen quia pars poſſet præiudicare ſibi renunciando iuri ſuo, ſi proteſtationi conſenſit, ſibi præiudicat, & neceſſe eſt, vt expreſſe cõſentiat, alias tacendo habetur pro contradicente, vbi proteſtatio tendit ad detrahendum particularem ſenſum facti, quia factum eſt multipliciter intelligibile, & ſi regulariter ſenſus facti non dependet a poteſtate eius, & alterius, tunc ſi poteſtas conſonat iuri cõmuni vel ſaltem non contradicit, iuuat proteſtatio, ſi actus fiat in continenti poſt proteſtationem, ſecus ſi ex interuallo. Vnde ſi proteſtor, quòd non animo litem conteſtandi reſpõdeo, ſed aĩo iudicem informandi, & ſtatim poſt reſpondeo iuuat proteſtatio, etiam ſi pars aduerſa non conſentiat. Sed ſi ex interuallo reſpondeo præſumor oblitus proteſtationis, & actum feciſſe in ſenſum, in quo potentius ſonat, & pro ut ab aliis eſt intelligibilis. Si vero id quod eſt proteſtatum, eſt contra ius commune, & tunc dato, quod dependeat a poteſtate alterius, proteſtatio non iuuat, niſi illi expreſſus detur conſenſus, vt no. do. Ant. de conſti. c. cum M. Ferrarien. ver. venio ad ſecundum articulum. 2. col.

Proteſtatio ſubſequens factum contraria facto prout ſonat in facto, nil operatur, ſed ſi ſonat in factum, & contrariatur facto, pro ut ſonat in ſenſum iuris, tunc ſi factum, & ſenſus facti dependeat a poteſtate proteſtantis, iuuat proteſtatio, ſi ſenſus facti non dependet ab eius poteſtate, ſed iuris, vt ſi vulnero hominem, poſtea proteſtor, quòd non feci dolo, nec animo delinquendi non iuuat proteſtatio. Sed ſi ſenſus facti nõ dependet ab eius poteſtate, ſed iuris, ſi dependet a poteſtate eius & alterius, non iuuat proteſtatio, niſi pars aduerſa expreſſe conſentiat, vbi autem proteſtatio ordinatur ad detrahendum partem ſubſtantialem facti, tunc in dependentibus a poteſtate proteſtantis iuuat proteſtatio, ſi pars eſt diuidua, ſecus ſi indiuidua, vnde ſi lego vſumfruc. poſtea detraho fructus, iuuat proteſtatio, quia fructus eſt ſeparabilis ab vſu. Sed ſi lego uſumfruc. poſtea detraho uſum, non iuuat proteſtatio. idem ſi dependet a poteſtate eius, & alterius, niſi alter expreſſe conſentiat. Vbi vero proteſtatio ordinatur ad detractionem alicuius ſenſus facti, tunc in dependentibus a propria voluntate iuuat proteſtatio eius, & alterius non iuuat, niſi intercedat expreſſus conſenſus alterius. Idem & fortius a neutrius poteſtate dependet, ut no. do. Ant. de conſt. c. cum M. Ferrarienſis. 3. colum. verſic. venio ad vltimum articulum.

Proteſtatio per actum quem quis fecit coram alio, quod non intendat in eum ut iudicem conſentire, nec eius iuriſdictionem prorogare, ſi fiat ante, & poſtea ex interuallo fiat actus non iuuat proteſtatio. Ideo ſis cautus, quod in quolibet actu ſemper repetas proteſtationẽ. Alias enim videris a proteſtatione receſſiſſe. No do. Ant. in c. cũ M. Ferrarienſis. de conſti 31 col. ver. per hoc patet, quid operentur.

Proteſtatio quam quis fecit in fine articulorum quod ſe non aſtringat ad probandum non neceſſaria, ſed ſolum illa, quæ ſibi ſufficiant ad uictoriam cauſæ, iuuat poteſtantem, etiam ſi pars aduerſa, quæ dicit, quia ſimul fit in actu, & dependet a poteſtate proteſtantis ſe aſtringere, vel non. vt no. do. Anto. in d. c. cum M. Ferrarienſis. 31. col.

Proteſtatio quæ fit in facto libelli ſaluo iure augendi, vel minuendi, non iuuat, quia hoc augere, uel diminuere non dependet a poteſtate ſua, niſi quatenus ius permittat. Et idem ſi canonicus proteſtatur, quod extrinſeci, exiſtentes in poſſeſſione, in quaſi ita demum vocem habeant, quatenus habent iuris proprietatem, quia non iuuat proteſtatio, niſi pars aduerſa conſentiat, ut no. d. Ant. in d. c. cũ M. Ferrariẽ. de conſt. 32. colum. ver. per hoc patet, quod de proteſtatione. Proteſtationum materiam vide plene in regula in generali. libro 6. in Mercurialibus.

Protocollum ſiue imbreuiatura Notarij non facit fidem, ſi nõ habet ſignum, & ſubſcriptionem Tabellionis, nec ſufficit poni ſignum in principio quaterni, vel ſubſcriptionem, ſed oportet cuilibet rogationi ſignum apponere, & ſubſcriptionem facere. Iaco. de Are. vt no. Bart. in l. contractus. C. de fide inſtrumen. Et idem tenet Specu. & no. Bar ff. de teſtam. mili. l. Lucius. Quod intellige niſi conſuetudo aliter ſe haberet, vt no Bar. in l ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus ff de teſti. uel niſi dicta imbreuiatura, auctoritate iudicis publicaretur, vt not. Bal. in d. l contractus in principio quod fieri poſſet, quando Notarius, qui imbreuiaturam ſcripſit, eſt mortuus, ſecundum Hoſt. vt no. Io. And. in c. cum P. Tabellio. de fide inſtrumen. ſuper verbo perfecerit redacta. Et hoc verum, quando imbreuiatura eſt in mũdum redacta, & nullum vitium ibi appareat, vt no. Bald. in l. fideicommiſſa. § quoties. de lega 3. Vide do. Anto in c. cum P. Tabellio. de fide inſtrum. & Bar. in l. Gallus §. idem credendum, de libe. & poſthu. & Io. An. in addi. Spec. in tit. de inſtrumen. edit. §. oſtenſio, ver. quid ſi abbreuiatura, vbi tractat, circa quæ poteſt abbreuiatura extẽdi. Ioan. And. circa primum, ponit opinionem pro, & cõtra, in addit Specu. in tit. de inſtrum. edit. §. videndum ver. & no. quod Tabellio cogendus eſt, ubi recitat Nicolaum tenere, quod protocollum, non facit fidem, tanquam ſcriptura incompleta, & non perfecta, quod intellige niſi auctoritate iudicis fuerit exemplatum, per dictum cap. cum P. Tabellio, & ita ibi no. do. Ant. in fi.

Protocollum ſi deſcendat ab inſtrumento ſtandum eſt protocollo ſcripturæ, vt no glo. in authen de Tabellio §. fi & Bar. in l. Sempronius Proculo. de leg. 2. vide omnino dom. Ant. in d. cap. cum P. Tabellio. verſi. quid ſi abbreuiatura, de fide inſtrumen.

Prouiſio ſuperioris habet vim electionis & confirmationis. no. dom. Ant. de reſti. ſpoli. c in litens. 16. col. ver. venio ad vltimum. & no. in c. 1. de elec. lib. 6. in gl. 3. & Archid. c. cum in illis. §. 1. de præben. §. 1. eo. lib. quod eſt verum quando eo. iure ſpectat ad eum electio, & confirmatio. Secus ſi diuerſo iure, vt no. de elec. c. vt circa. eo. lib in ſecunda col. & Archid. 13. di. c. in ſynodo, & Io. Mo. & Archi. in d. c. 1. de elec. & Compoſ eo. c. cum inter canonicos. vbi oĩno vide. Idem de inueſtitura quam fecit prælatus, quia loco confirmationis habetur, ut no. Compo. de elec. cap. tranſmiſſam, & vide ſub uerbo collatio.

Prouiſio late comprehendit nominationem, præſentationem, & collationem no. glo. in cle. ſi. de elec.

Prouiſio facta de beneficio prætextu iuris, quod non competit, non valet, licet ex alio capite ius prouidendi competeret, no. Hoſt. Io. And. & dom. Anto de conceſſ de præben. c. dilecti. ad fi. & facit quod no. Io. And c. ex parte ſuper verbo occaſione concilij, quod intellige niſi auctoritate vtriuſq; iuris non competenti prouiſio fieret, quia tunc valeret per ea, quæ no.

Io.

Digitized by Google

Io And.de renunciationib cap.in præſentia.in glo.notabili.

Publicum in quo differat a manifeſto, vide ſub verbo manifeſtum.

Publica vtilitas eſt præferenda priuatæ. vt in authen.de reſti.& ea quę parit.§.quamobrem. col.4. C. ſi contra ius, vel vtili. pub l.fin.

Publice aliquid factum qualiter intelligatur, uide glo. in cle.1. de ſepul.ſuper verbo publice.

Publicatio alicuius rei ſi fieri debeat in ciuitate, caſtro, vel villa, vt veriſimiliter venire poſſit ad notitiam eorum, quorum intereſt, fienda eſt altero ex octo modis, ſiue altero ex octo locis, quorum ſex ponit. Ioan And.videlicet, primo in publica Miſſa populoſa. ſecundo in loco, vbi fiunt ſermones. tertio in loco vbi fiunt nundinæ ſiue mercata, vt no. Io.in c. cauſã. de elec ſuper verbo, ſolennitate. quarto in loco ubi prædicatur verbum Dei. vt no.gl in cle.1.de ſo.compe. ſuper verbo, ad diuina. quinto vbi fit forum, & ubi ſunt multi officiales & multi aſtantes. vt no glo.in cle.1.de ſepul.ſuper verbo. public.6.loco vbi fiunt publicæ cautiones. no Io And in c illa. de elec.in gl. magna.ad finem. ſeptimo in locis conſuetis per præconem alta voce proclamantem, & bannientem, vt in c. cum in tua. qui ma.accu 8 per affixionem ſcripturæ ad valuas, vel muros eccleſiæ, vel alterius loci, vbi ſoleat populus conuenire ff de inſti.l.ſed & ſi populus. §.præſcribere, & generaliter poteſt fieri dicta publicatio in quolibet alio actu, per populum frequentato, vt no. Ioan An. in cle.cauſam.de election.

Q

Qualitas aggrauans pœnam delicti, ſi fuit in accuſatione omiſſa in pendenti poterit addi, vel eo p ſentẽtiam finito poterit ratione illius qualitatis nouum iudicium inchoari. Vide Bart. in l.ſenatus.ff de accuſ.& in l.denunciaſſe §. quid tamen. de adult.& Ang.in l in delictis §.ſi detracta. ff. de noxalibus. & uide ſub verbo iudex.

Qualitas non ſtat ſine ſubiecto fundamento, quo ſublato tollitur qualitas.de conſti.c.cum acceſſiſſent.

Qualitas ſecundum quod tempus inſpicienda ſit, Bar.vide in l. ſatis C.de agri & cenſitis.lib.11.vbi dicit de qualitate primogenituræ, & Bart.C de nup l imperialis, §.his illud.ubi dicit, de qualitate nullitatis.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, ideo requiritur, quod illo tempore qualitas adſit, nec ſufficeret quod ante, vel poſt illud tempus, vbi ideo requiritur adeſſet, l.in delictis § ſi extraneus ff de aur.& arg. leg. & no. Bar.in l. Titius, ff.de teſtam militari.

Qualitas aggrauans pœnam delicti ſi fuit deducta in accuſatione, uel inquiſitione, ſi non probetur, ſequi nequit damnatio, licet delictum probet, vt no Cyn & Iacob.de Are.in l. a. C. de probat.& Io And in addi.Specul. ſuper rubrica de accuſa. Sed Bal.in d.l a dicit contrarium ſeruari, & melius Bar.autẽ aliter diſtinguit in l.denunciaſſe, §.quid tamen, ff de adul.vbi dicit, quod prædicta procedunt, quando qualitas non probata facit ceſſare actionem, ſiue accuſationem propoſitam, vel quando alterat factum ſiue crimẽ.ita quod facit videri, aliud factum quam ſit intentatum. Secus ſi factum non alterat, qa tunc poteſt fieri condemnatio qualitate detracta, dum tamẽ detrahitur iudicio. Et idem tangit Bar in l quod ergo.§ pena grauior ff de his, qui notantur infamia, & in l edita C.de edendo. Sed quid e contra, ſi dicta qualitas aggregatiua pœnæ fuit in accuſatione, vel inquiſitione omiſſa, in proceſſu autem probata an poterit condemnatio fieri ſecundum qualitatem probatam. Dic quod ſic, vt no.Io.And.in add.prædicta. Vide ſuper verbo libellus, in quo.

Qualitas poſita in principio, medio, vel fine diſpoſitionis, an referatur ad omnia præcedentia, & ſequentia. Vide ſub verbo clauſula poſita.

Quamdiu eſt aduerbium temporis not.do Anto. de cohab.cle. c.veſtra a.col.

Quanquam ſumitur pro coniunctione lucratiua, & ponitur p quamuis, niſi ponatur improprie, ut no.dom.Ant.de cohab. cle.veſtra.2.col.

Quæſtores eleemoſynarum non debent ad quæſtuandum admitti, niſi habeant literas apoſtolicas, vel diœceſani.de pæni. & remiſſionib.c.cum ex eo.& non ſufficit literas habere, niſi fuerint per Diœceſanum diligenter examinatæ, vt in cle. ſi eo.tit.

Quæſtores debent eſſe modeſti, & diſcreti & non in tabernis, nec alijs locis incongruis hoſpitari, ut dicto c.cum ex eo.nec debent formam literarum ſuarum excedere, aliter grauiter punirentur, vt dicta cle.ſi.de hæret.c.vt officium §.compenſandi. lib. 6. & ſi falſum habitum portant puniunt priuileg.i amiſſione.

Quæſtores non poſſunt aliquem reſiſtentem, vel parere nolentem citare, nec conſtringere, ſed ſimpliciter poſſunt exhortatiue caritatiua ſubſidia petere, & indulgentiam, quam habent, exponere, de pœni & remiſſ cap.1.lib. 6 & d.c cum ſecundum §.confiſcationis. de hæreticis. eo.lib.6.

Quinimo quomodo debeat ſcribi, & quot modis capiatur, Vide Archidia.in c.tibi, de reſcrip.lib.6 in verbo quinimmo, & ſunt duæ dictiones.

R

Ratificatio ſi fiat poſt tempus, quo debet actus geri per dominũ licet non valeat ad fauorem, valet tamen in bis, quæ tendunt ad præiudicium ratificantis. No Ro.conclu 412. valet etiam ad fauorem in caſu poſito in ſeq. §. vide ſub verbo appellatio.

Ratificatio appellationis interpoſitæ per alium nomine ratificantis, contra quem abſentem fuit ſententia lata, poteſt fieri infra decem dies, a die ſcientiæ No.Io.And de elec.c.1.lib 6. ſup gl ſed nunq̃ in nouella. Idem tenent Compo & Archid. Et idem dicit Oldra.conſi.138. non ſolum expreſſe, ſed etiã tacite, quidquid eius procurator geſſit vltra fines mandati. An aũt eo ipſo, quod dominus ſcit procuratorem exceſſiſſe mandatum, & non contradicit, uideatur ratificare, vide Ro. conclu.410.& do.Ant de reſcr.c.ex parte Decani.ver. quod tertio. Et vide ſub verbo, procurator, ſi aliquid agit cõtra id. Adde quod ſi procuratori dominus mittit iura concernentia materiam in procuratorio non comprehenſam, & procurator illa iura producit, dominus tacite ratificaſſe prius geſta per procuratorem in materia prædicta cenſetur. No.Ro. conclu.19.vide La.in c.eum qui.de præb.lib 6.

Ratificari an poſſint geſta per procuratorem expreſſe, vel tacite reuocatum, uide ſub verbo procurator. §. habens mandatum ſubſtituendi, & ſubſtitutum reuocandi, & vide §. ratificare poteſt dominus.

Ratificare poteſt quis appellationem ab alio ſuo nomine interpoſitam, ſi appellationi fuit præſens, & non contradixit, maxime ſi poſtea illam appellationem proſecutus fuit. No. Ro.conclu 436.

Ratificare poſſum ſecundum canones etiam quod nomine meo non eſt geſtum, ut no.gl magna in ſi de reſtit. ſpol c.cũ ad ſedem, quod eſt verum quando id, quod ratifico, factũ fuit in præiudicium, & ita no Ro.

Ratificare poteſt prælatus geſta per procuratorem ſui prædeceſſoris ſi procurator illa geſſit nomine eccleſiæ. Secus ſi nomine proprio prædeceſſoris. No Ro conclu.360.

Ratificare an videatur prælatus locationem prædeceſſoris recipiendo aliquo tempore penſionem locationis, uide ſub verbo prælatus.§ prælatus licet.

Ratificare an poſſit prælatus contractum qui ab initio eſt nullus, vide ſub verbo minor §.minor .ſ. in contractu.

Ratificare an poſſit prælatus. & conualidare ex ſuperueniente conſenſu, quod ab initio fuit nullum. Fallit in electione in qua certa forma requiritur.no. Io.And in c. de rebus eccleſiæ non alien.lib 6.ſuper gl ſiper.in nouella.

Ratificatio actus operatur, vt ex nunc licet, non ut ex retro. no. Io.And de reg iur.reg.non firmatur.lib.6.in gl.& in nouella vide glo.in c.cum nos de his quæ fiunt a prælatis ſine conſẽſu capituli. In contrarium videtur tex. quod operatur, vt ex retro in l licet ff.de indie vide omnino.do Anto.in cap.cum conſuetudinis, de conſue.vbi concludit, quod operatur, quãdo actus fuit aliquorum validus, alias non, & idem concludunt. Butr & Barto.in l.obſeruare § fin ff.de offic.procon. & legati.

Ratificare poſſunt partes atteſtationes inualidas, & nullas, ſecundum Innoc quod eſt verum, quando ſunt nullæ propter aliquem defectum iuriſdictionis, ſiue poteſtatis iudicis recipientis no.Ro conclu.249.

Ratificari non poteſt a ſuperiore ſententia lata per illum, quando proceſſit, vt delegatus eius, cum non eſſet Nn gl ff de iudi.l.licet. Sed dominus bene poteſt ratificare ſẽtẽtiam latam pro eo, qui vt procurator eius litigauit, cum non eſſet, vt ibi no.Bart.

Ratificari an poſſit per tertium iudicem proceſſus habitus per duos, ipſo eorum tertio collega abſente. Vide ſub uerbo iudex.§.iudices delegati ſi ſunt plures.

Ratificatio non trahitur retro, in præiudicium iuris alteri medio tempore quæſiti. No Bar.ff.rem rat.haberi. l. ſi indebitũ. §.1.& de ſolution.l cum.eo.§ 1. Vide omnino, quòd no Bar. ff.de adul.l ſi uxor § ſi quis.& Bal.in l ſi.C ad Macedon.

Ratificatio trahitur retro ſcilicet quo ad actus pendentes. non autem quo ad actus medio tempore perfectos, & conſũmatos, no Bar.in l.ſi indebitum, §.ſi procurator ff.rem rat.haberi, &

Digitized by Google

ri, & idem in fictione no.do. Andr. in c. præterea de appella. Et aduerte quod etiam in præiudicium ratificantis non trahitur retro, quo ad actus medio tempore perfectos, ut eſt caſus in c. gratia de reſcriptis. lib 6.

Ratificare poteſt dominus geſtum a falſo procuratore, non ſolum ad præiudicium, ſed etiam ad fauorem ratificantis, vt no. Bal. & glo. in l. ſi mater. §. hoc iure ff. de except rei iudi. & idem no. Bar. in l. ſi tutor. C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. Licet etiam poſtea ibi dicat, quod ad fauorem ratificari non poſſet, niſi ratificans ſit in mora, vt ipſe no. ff. de iu di. l. licet. Ang. autem in d. l. licet dicit, quod non valet ratificatio ad fauorem, quando ſententia fuit lata contra abſentē, non contumacem, & conſequenter eſt nulla ex defectu ſollennitatis. Vide ſup. §. ratifican an poſſint geſta.

Reconuentio nō hēt locū contra agentē poſſeſſorio recuperādę niſi reconueniretur de alia ſpol. de ordi. cog c. 1. vide tex. qui prædicta limitat in c frequens, de reſtit ſpol. lib 6. vbi dicitur, quód ita demum repellitur reconuentio per obiectum ſpoliationis, ſi obijciens probat ſpoliationem infra quindecim dies, & ita etiam no dom. Anton. de cauſa poſſ. c. cum dilectus. 7. col. ver. oppono, quod non in continenti. Debet etiā dicta exceptio opponi ante litis conteſtationem, vt no in eadem col. ver. opp. quod exceptio dilatoria, quæ autem ſit forma excipiendi, vide do. Anto in d. c. ver. oppo. 2. 3. col. & uide in §. clericus non poteſt reconueniri

Reconuentio quando, & in quibus caſibus & cauſis fieri poſſit, vide pleniſſime per dom Ant in c 1 de mut petit & per authent. & conſequen. & l. cum in præſes. C. quomodo, & quando iudex.

Regula an habeat vim legis, vide ſub verbo lex. §. legis vim, & cetera.

Religioſus an poſſit tranſire ad ſtrictiorem, latiorem, vel partē religionem ſine licentia papæ, vel ſaltem ſui ſuperioris, uel conuentus. Vide glo. de præben c. cum ſingula, § fi. lib. 6. & vide ſub verbo monachus per totum.

Religioſus an poſſit agere poſſeſſorio, vel petitorio nomine proprio, uide dom. Anto. de reſcriptis. capit cum dilecta penult. & vltima colum. & uide in § poſſeſſio circa ius, & ſub verbo poſſeſſorium § poſſeſſorio, vel petitorio agere non poteſt.

Religioſi proprie non appellantur illi nouitij, qui non ſunt profeſſi, nec habent uocem in Capitulo. no. gl. de elec. ex eo. lib 6. ſuper verbo tacite.

Religioſi ſunt manuales, & ſi abſque cauſa, nec ex euidēti malitia remouentur per ſuperiorem, poſſunt implorare iudicis officium, ſicut ſerui, qui male tractantur a dominis, licet hoc nō reperiatur apud Italos, qui talia beneficia manualia committunt, quod eis liceat nuda volūtate reuocare, no. do. Ant. de cau po c. fi. 12. col ver quid prioribus.

Religioſus qui per conuentum ad prioratum eligitur, & per ſuperiorem confirmatur, cenſetur perpetuus, non manualis. Ideo non reuocatur niſi ex iuſta cauſa, & manifeſta, vt in cap. monachi. & ibi no. Io. And. vide omnino ſuper verbo beneficium § beneficium manuale.

Religioſus qui electioni de ſe factæ cōſenſit de licentia ſuperioris dictam electionem proſequi, & pro ea agere, & procuratores conſtituere poteſt, & quando abbas dat monacho licentiam conſentiendi, videtur conſequenter etiam licentiam dare proſequendi. No. gl in clem. ſi religioſus. de procurato. in verbo conſtituere ſicut, & ſi dat licentiam, quod poſſit ſtare in ſcholis, videtur dare licentiam, quod poſſit accuſare, & agere contra impetentem eum ſtare in ſcholis. No glo. de accuſa c. ex parte, in uerbo alios. Et his ſequitur, quod ſi papa prouidet monacho de beneficio, videtur ei licentiam dare, quod pro illo aſſequendo poſſit agere, & procuratores conſtituere per iura allegata in glo. prædicta.

Remiſſio non eſt danda ad partes pro exceptionibus dilatoriis nec pro alus præambulis, uel incidentibus, uel emergentibus, in cauſa, ſed pro exceptionibus peremptoriis, puta contra teſtes, vel aliter, vbi cauſa periret, ſi exceptio non probaretur, bene eſt danda remiſſio. No. Ro. concluſio 213. Idem no. Io. And. de excep. c. 1. lib. 6. ſuper gl. intelligas. in nouella, & de appel. c. 1. lib. 6 in princ. vbi dicit Ioan. And. ſecundum Hoſt. quod ſi poſt litem conteſtatam apponatur contra appellationem, quòd pars non appellauit, iſta exceptio cenſetur peremptoria, & ſuper ea debet dari remiſſio, quia perimit libellum, & contenta in eo Idem dicit Specular in exceptione nullitatis contra ſententiam, vel alium, & in omni caſu vbi agitur de magno præiudicio, vt ipſe no. in titulo de delat. § 1. ver ſed & ſi de exceſ.

Remiſſio ad partes non eſt danda pro inſtrumentis producendis, ſi tamen ſigilla, & Notarius inſtrumenti producti negantur, pro illis probandis eſt danda remiſſio. no. Rot. concluſione 219.

Remiſſio non datur ad executionem probādam per teſtes extra curiam no. Io And. de reſcriptus c. 1. lib. 6. ſuper glo. quid ſi ad finem. in nouella. Quod intellige, quando exceptio opponitur in vim dilatoriæ, vt no. ſup. §. remiſſio ad partes non eſt danda pro exceptionibus.

Renunciatio de beneficio per ſpoliatum non valet, ſed ſi fecit pactum de non agendo interdicto vnde vi, bene conſtabit poſtea agere volenti, ſecundum Inno. vt no. Ro. concluſio. 294. & vide ſub verbo appellatio ſi eſt interpoſita, & ſuper verbo beneficium, capitulum, poſſeſſio.

Renunciatio beneficij per metum facta valet ipſo iure, ſed poteſt reſcindi officio iudicis, vel actione, quod metus cauſa. Fallit, quando renunciatio fit per captionem, & detentionē ſæcularium poteſtatum. no. Ro conclu. 398.

Renunciatio beneficii ſimoniace facta non valet, ſicut, nec collatio ipſius beneficii ſimoniace facta tenet. no. Innoc. de rerum permut. c. cum vniuerſorum, & Archid. q 1. c. ordinationes. & dicitur Simoniace renunciare, quando renunciatur, hoc expreſſo, quód alteri conferatur, vt no. gl de offi. dele. c. ex parte 1. Sed hoc ſi non exprimitur, licet in mente agatur. non eſt Simonia no. Inno. de Simon. c. fi. Si tibi renuncio beneficium, vt tu nepoti, vel amico meo renuncies tuum, ſimonia committitur. no. Io. And. de rer. permu. c. 1. lib. 6. ſuper verbo ſua. in nouella.

Renunciare intelligitur primo beneficio, qui ſecundum incōpatibile cum primo acceptat, non poſtquam ſecundi pacificam poſſeſſionem adeptus fuerit. No. Io. And de reſcrip. c. in noſtra, & ſicut ex aſſecutione poſſeſſionis ſecundi incompatibilis, tacite renunciatur liti, & cauſæ ſuper primo motæ, ſic ſi aſſecutione ſecundi expreſſe proteſtetur, quód non intendit liti competenti renunciare ſuper primo illud retinet, ſecundum Inno. & Io. And. in d. cap. in noſtra. Licet Hoſtien contrarium teneat. Sed do. Ant. tenet ibi opinionem Inno. plus dicens, quód talis proteſtatio vitioſa, & reprobata, operatur quód non valet aſſecutio ſecundi, & nihilominus per illā aſſecutionem pacificam perditur ius, quod habebat in primo. Ita dicit do. Anto. in d c in noſtra. vlt. col. Et aduerte, quod ſicut per aſſecutionem pacificam ſecundi tacite renunciatur primo, & liti ſuper eo motæ. Ita etiam ſi per eum ſtetit quo minus poſſeſſionem aſſequeretur, vt no. Io. And. in d. c. in noſtra.

Renunciare nō poteſt quis beneficio eccleſiaſtico, nec iuri ſpirituali, ſine auctoritate ſuperioris. Secus in prophanis, & temporalibūs. No. Ro. concluſio. 294. Sed in beneficialibus valet, quando renunciatio fit etiam ſine auctoritate ſuperioris, vt ſi quis renunciat electioni ante confirmationem, vt no. Io. And. de reſer. c. in noſtra. & hoc verum, quo ad præiudicium renunciātis. Sed quo ad præiudicium ſuperioris non, vt not. Io. Andr. de electione. c. ſi electio lib. 6. in gl. ſuper verbo renunciat. Item valet renunciatio, ſi electionem, & eius confirmationem, alias collationem, quis renunciat, antequam acceptet, vel etiam ſi poſt aceptationem renunciat, ſed beneficium eſt in controuerſia, vt no. Io. And. de appellat. c. conſtitutus. Aduerte, quia ibi Io. Andr. loquitur in electione, per quam non acquiritur ius in re, ſed ad rem, quod licet in electione loquatur, tamen de eius mente colligitur, quod in alio titulo, per quem quæritur ius in re idem ſit. Quod ſi non eſt ius plenum, & pacificum, poteſt illi renunciare, etiam in abſentia ſuperioris licet ergo ſit plenum, ſed non pacificum renunciari poterit. Quod intelligit dom. Ant. verum, quando probabile dubium eſt, an ius habeat, ſecus ſi certum ſit, quod ius habet, licet litem patiatur, vt no. do. Ant de renunciat. c quod in dubiis. Item valet renunciatio ſine ſuperiore, vide plene, quod de expreſſa renunciatione, an valeat ſine auctoritate ſuperioris, & cuius auctoritas requiritur, notat do. Ant. in d c. quod in dubiis de renunciationem. Vide Io. And. in regula mutare. lib. 6. in nouella, & vide ſub verbo beneficium. §. beneficium non poteſt.

Renunciare non poteſt quis ſine auctoritate ſuperioris beneficio, quod obtinet titulo colorato, ſeu non vero, vide per glo. & Doc. de renunciat. c. niſi cum pridem.

Renuncians liti, & cauſæ in beneficialibus abſente ſuperiore licet abdicet a ſe ius beneficij, nec per hoc vacet beneficium, tamen ſi vult poſtea agere ſuper eodem beneficio, obſtat exceptio, ſicut ſi feciſſet pactum de non petendo, ſiue de non agendo. Not. Ro conc. 294. Vide inf §. proximo. ſed do. Ant. in c. cum pridem de pactis dicit, quód tunc ualet renunciatio litis, & cauſæ, quando fit in præſentia iudicis, & dicit, quod ita communiter intelligit. Bar. in l. non ſolum. §. liberationis ff de libe leg. Sed Inno. & Hoſt dicunt, in d. c. cum pridem, quod valet renunciatio litis facta etiam parte abſente, & hoc propter odium litium, vt no. Io And.

Renuncians liti & cauſæ non intelligitur renunciare iuri, quod eſt ro-

Digitized by Google

eſt verum in beneficialibus, & ſpiritualibus, niſi talis renunciatio fieret coram ſuperiore, ad quẽ ptinet inſtitutio, & deſtitutio beneficij. Secus in prophanis, & tẽporalibus, in quib. renuncians liti, & cauſæ intelligitur iuri renunciaſſe. Secus ſi ſimpliciter liti renuntiet, & valet renunciatio facta etiam in abſentia partis. No. Ro conclu. 204 Vide ſup. § prox.

Renunciatio ſimpliciter facta abſenti, non præiudicat renuncianti Secus quando renunciatio fit per pactum, non ſimpliciter. No do. Ant. de iureiuran. c. Quintauallis. ver venio ad vnum. Inno. tamen dicit, quòd per renunciationem etiam abſentibus paratur exceptio, in c. veniens, de renunciat. & vide ibi do. Ant. Sed aduerte, quia Inno. loquitur, quando renũciatio valet, quia præſenti facta eſt, quo caſu etiam abſentibus prodeſt, & ita intellexit Ang. in l. Labeo. ff de iureiur. Vide Inno. & do. Anto in c. cum pridem de pactis. Archid 7. q. 1. c. quam periculoſum. Sed Rota dicit, quod renunciatio ſimpliciter facta parte abſente valet, ut no Ro. conclu. 394. vide &, conclu. 279. do. Anto. in c. cum pridem. de pactis. dicit, quod ſi eſt facta renunciatio in præſentia iudicis repræſentat perſonam partis.

Renunciatio facta parte abſente, & acceptante, habet vim pacti, ut no do Anto de iureiur. cap. Quintaualis ver. venio ad ſeptimum.

Renunciari non poteſt iuri futuro, niſi renunciatio deducatur in pactum. Ideo appellatione futuram nemo poteſt renũciare etiam poteſt ſententiam, niſi per pactum, ſecundum Canoniſtas. Legiſtæ dicunt, quòd ſi fiat in iudicio valet etiam parte abſente, ſed extra iudicium non valet, niſi ambæ partes paciſcantur, uel vna in præſentia alterius. Not. Ro. conclu. 279. Sed ſimpliciter dicit dom. Anto. quod valet renunciatio, in c. Quintauallis verſi. decima differentia. de iureiuran. Ratio eſt, quia iudex eligitur a ſuperiore, & iurat, & pro eo præſumeretur, ut ipſe no eo c. ver. venio ad ſeptimũ Bar. dicit, quòd per pactum valet, in l. cum anterioribus, § fi. C. de tempor. appella. ſine pacto non valet, niſi in iudicio fiat, ut idem Bar no. in l. 1. ff de acquir. poſſ. & idem dicit do Ant. de appella. c. paſtoralis, in prin. 3. col. in fi. vide Inno. in cap. veniens, de renunciat.

Renunciare iuri ſuo cuilibet eſt licitũ de regulare. c. ad apoſtolicam, & 1. q. 7. quam periculoſum, & excipiuntur tamẽ multi caſus, in quibus non poteſt quis iuri ſuo renunciare, quos exprimit. Io. And. in d. c. ſi diligenti, de foro comper.

Renunciare non poſſunt partes ordini ſubſtantiali iudicii, ſicut eſt litis conteſtatio in caſibus in quibus ſeruandus eſt ordo iuris. No. Ro. conclu. 84. Vide Io. And. in c fin. in 9. glo. de re iudi lib. 6. in cle. ſæpe. in glo. fi. de verb. ſigni. & do. Ant. in illa gl. contradicentem in c. de off deleg.

Renunciare non poteſt quis priuilegio ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, ſi illud priuilegium competit ratione perſonæ, ſecus ſi ratione contractus. No. Io. Anu de ſolutionib. c. Odoardus. in fi.

Renunciatio tacita priuilegii, an inducatur per contrarium vſum, & quanto tempore. Vide ſup. priuilegium perditurum.

Renunciare non intelligitur exceptioni declinatoriæ, qui petit copulam reſcripti, vel libelli, uel qui dedit cautionem de ſtando iuri, no. dom. Ant de re iudic. c. inter monaſterium, verſi. opp quòd poſt, & eſt caſus, in l. non videtur in iudicem, ff. de iud. & vide ſub verbo exceptio §. exceptio declinatoria iuriſdictionis non tollitur.

Renunciare non intelligitur iuri ſuo ille, qui habet, ut procurator alterius litigauit, & obtinuit rem, in qua ipſe procurator ius habere prætendit. No. Ro concluſio. 398. quod intellige, quando procurator, tunc ignorabat ius ſibi competere, ut ex eadem concl intelligitur. Secus ſi ſcienter, & idem in aduocato, qui ſcienter pro alio aduocat ſuper re, in qua ius habet iuri ſuo renunciaſſe videatur, vt no. do Ant de tranſac. c. ex literis.

Renunciare videtur teſtis iuri ſibi competenti, ſuper quo inter alios contrahitur, & ipſe ut teſtis adhibetur, quod procedit, quando non ſolum eſt teſtis, ſed etiam auctor præſtans ſcienter auctoritatem contractui, vt no. do. Anto. in d. c. ex literis.

Renucians iuri, liti, & cauſæ, licet non ſit audiendus ſuper re, de qua principaliter agebatur, tamen quia poteſt eius intereſſe ratione fructuum, & expenſarum, ſuper illis audiendus eſt. No. Io. An de Simo. c. per tuas, 1. ſuper vltima glo. ſecundum Inno d. ca. per tuas. de Simon. loquitur de tertio cuius intereſt, non de renunciationibus.

Renunciare poteſt iuri ex præſcriptione quæſito de præſcript. c. veniens, & ibi no. Dom. Ant. in 15. notabili. quod limita, & declara, vt no. ibidem per eum in vlt colum Dic quod ibi interceſſit auctoritas ſuperioris, a quo fuit priuilegium impetratum. Inducitur tacita renunciatio iuris ex præſcriptione quæſiti. & uide inf. §. renunciare an poſſet.

Renunciare videtur quis iuri ſibi conpetenti ex præſcriptione, vel aliunde, quando illud ius quod habet per priuilegium impetrat, ut no. Io. And de præſcrip. in glo. vltima. quod limita, niſi illud ius quæſitum eſſet dubium, uel niſi per priuilegium vberius, & amplius prouideretur, vt no Ioan. Andr. de priuileg c. cum perſonæ, ſuper vltima glo. libro 6. in nouella. Aduerte, quod Io. And. in d. cap. veniens, non dicit, quod renunciare videtur, ſed quod impetrans priuilegium fateri, & credere videtur, rem ad ſe non pertinere. Sic dic quod illud fateri includit tacitam renunciationem. An autem per talem confeſſionem dominium perdatur, uide Bal C. de iuris, & facti ignor. l. cum ſal. uerſic. vlterius quæro. Quod autem quis non uidetur renunciare primo iuri ex titulo, & impetrationem ſerui facit, id quod notant Doct in c. poſt electionem de conceſſ. præben. ubi dicunt, & tex. probat, quod quis poteſt vti duplici titulo, per quem prętendat ius in beneficio ei competere. Et idem dicit Lap de Caſtello, in col. vltima, & Cal in conſilijs, ſub titulo de elect. conſi. 7. Reſponderi poteſt, quod videtur non copulatiue, ſed disiunctiue, ut ſi ex primo iuuari non poteſt, iuuetur & ſecundo. Et ſic cum hoc ſtat, quòd uideatur renunciatum primo ex impetratione ſet iuuabitur ex ſecũdo, quod procedit quando primum erat inualidum. Sed ſi validum erat, tunc cum ex impetratione noua ſimpliciter facta, uideatur primo iuri renunciatum, dubium eſt. Credo quod ſic, per tex. in dicto cap. veniens. vbi videtur caſus, quod eſt verum ſi ſciuit. ſecus ſi ignorauit primum ius ſibi competere per l. mater decedens. C. de inoffi. teſtam. Si ergo cautus allegans tacitam renunciationem, vt deducat ſcientiam. Sed huic contradicit dictum c. poſt electionem de conceſ. præbend vbi ſciens primam electionem ſibi factã non cenſetur illi renunciaſſe acceptando ſecundã. Sed poteſt vtramque ſimul, & ſimpliciter deducere. Et ita intelligit Io. Andr illum tex. in c. nullus pluribus de regulis iuris, lib 6. pro quo facit l contra maiores. C. de inoficioſo teſta. licet ibi loquatur in remedijs cõtrariis ſimul, ſed ĩ diuerſis inſtantijs propoſitis, tamen illa lex probat, quod electio vnius, non inducit tacitam renunciationem alterius, quia tendunt ambo ad eundem finem, ut quis decedat inteſtatus & ei ſuccedatur ab inteſtato, & illam legem allegat ad hoc Io. And. in c. vt quis duas de elec. lib. 6. in nouella. ibi. ſuffragio. ſuper gl. fi & vide ſub verbo actio in principio, & ſub verbo priuilegium. §. priuilegium, & præſcriptio.

Renunciari an poſſit exceptioni ſimulationis. Vide ſub verbo ſimulatio § ſimulationi.

Renunciare an uidetur quis iuri ſuo, ſi longo tempore ſtetit, quo illo iure uſus non fuit, uel paſſus eſt alium contra ſe illo iure uti. uide §. præſcribi an poſſit liberatio, ſiue libertas ex titulo preſumpto. Et uide ſupra § priuuilegium non perditur per vſum.

Renunciare an poſſit prælatus iuri dignitatis ſuæ. Dic quòd ſic, in præiudicium eius, ſi præiudicium eſt ſeparabile a præiudicio eccleſię. ut no. dom Anton. in cap. cum ueniſſent, de inſtit. penult. & vltima colum. & vide ſup. §. renunciare poteſt prælatus etiam cum toto conuentu, non autem poteſt renunciare alicui iuri eccleſiæ in præiudicium ipſius Eccleſiæ. Et ipſemet prælatus, qui renunciauit, & iurauit, poteſt conuenire nomine eccleſiæ, non nomine ſuo, ut no. Innocent. & Io. Andr. de priuileg. c. accedentibus Et Dom Anton de conſti c. cum acceſſiſſet, & d c. cum ueniſſet, poteſt tamen renunciare prælatus probationibus eccleſiæ competentib. ut no. dom. Anton. de cenſibus. capitu. cum olim. verſiculo 6. no.

Renunciari non poteſt inofficioſæ donationi etiam cum iuramento l. ſi unquam. C de reuocan dona. ut no. Bar. in l. Titia Seio §. Imperator de legat. 2. & Bald. in l. 1. C. de inoffic. dona & Io And. in addit. Spec. in titu de inſtru. edi. §. porro. uer. Item nota.

Renunciari priuilegio non poteſt, miſerabilibus perſonis conceſſo miſerationis intuitu, ut no. per gl. C. quando Imper. inter pupil. & uiduam. l unica.

Replicatio uide ſub uerbo actor § auctor.

Repreſalię, an & quando ſint licitę, uide tex in cap. 1. de iniur. lib 6 & quod ibi no. Io. And. & quod non per eundem in regula non deber. eo. lib. in Mercurialibus.

Reprobatio vide ſub uerbo inſtrumentum. §. inſtrumentum.

Reſcriptum habetur loco libelli in ſummariis cauſis, ut in beneficialibus, ſecus in alijs ſecundum Hoſti vt no do Ant in d. c. de reſcriptis, & uide ſub uerbo libellus, § libelli loco, & vide ſub verbo probatio poteſt fieri per iuramentum.

Reſcriptum an vitietur licet plura capitula narrentur, quorũ aliquod falſum eſt, dummodo ex veris, poſſit ſequi effectus, & concluſio No. Rota conclu. 69. An autem ſufficiat alterũ

ex narratis probare, vide Dom Ant in c.2 de reſcriptis, & vide omnino per eum in c exhibita in gl fi. de iudic. & Archi. 1. diſtinct. dic quod ſi apparet, ſuper quibus narratis fundat ſe papa, illa vera, nec obſtat, quod alia narrata ſint falſa, ut no. Lap.alleg.24 & idem dicit dom. Anto.in d.c.exhibita.in fi.

Reſcriptum ſi ſit exhibitum, & impetratum ſuper cauſa punitionis ſerui in dictione taxatiua, comprehendit etiam cauſã. no.Ro conclu.379.

Reſcriptum per quod omittitur cauſa appellationis a grauamine, includit etiam commiſſionem negotij principalis in euentum, quo bene appellatum pronuncietur.not.do. Ant. c.vt debitus.ver op 2.3.col.vide ſub verbo iudex §.iudex appellationis etc.

Reſcriptum generaliter impetratum ad lites intelligitur de pſentibus, & exortis, non de futuris poſt datam reſcripti. not. Rota conclu.396. Et ſi eſt impetratum ad lites præſentes, & futuras non comprehendit illas, in quibus incipit ius competere poſt reſcriptum, vt no. Ro concl.142 & alibi dicit, quod reſcriptum impetratum, ſuper ſummarijs cauſis non valet, vt no.Ro conclu.209.

Reſcriptum impetratum ſuper re in qua impetrans nullũ ius habet, vel habebat tempore impetrationis, valet, & ſufficit impetranti, quod & ius ſuperueniat, etiam poſt litem conte. no.Ro.conclu.177.quod eſt verum ſi ſuperuenit ius ex cauſa, quæ pẽdebat tempore impetrati reſcripti, alias ſecus. Sed e conuerſo ſi tempore impetrati reſcripti ius competebat, licet poſtea deſierit competere reſcriptum valet, vt not. dom. Anto.de reſcriptis cap.ſuper literis, in pen columna, in fine.

Reſcriptum per quod datur poteſtas citandi certam perſonã, cum clauſula, & omnes ſua intereſſe putantes, operatur, qđ iudex virtute illius clauſulæ poteſt citare quemlibet, cuius præſentat intereſſe no Ro conclu.40.

Reſcriptum ſi eſt impetratum contra aliquos nominatos, non adiecta clauſula, & quoſcunque alios, nominati conueniantur, & nominent alios tamquam dominos in iudicio, nõ poterit contra alios dominos procedi vi talis reſcripti, maxime ſi obijciatur. No.Ro.conclu.68.

Reſcriptum ſi eſt impetratum per vim contra plures, & impetrans ſuccumbit, non poteſt vnus ex illis pluribus alterum ex eis conuenire, vi eiuſdem reſcripti, quia nullus ex eis obtinuit illud reſcriptum contra alium. no.Ro.conclu.100.

Reſcriptum ſi eſt impetratum contra clericum, non poteſt cõueniri laicus propter diuerſitatem profeſſionis. Io.And.in c. ſedes de reſcri.in verbo maior in nouella.

Reſcriptum licet regulariter non extendatur ad alias perſonas principaliter, quam contra quas impetratum eſt, tamen extenditur ad ſucceſſorem ſingularem rei, & vitij eius, contra quem impetratum eſt no dom. Ant de iudi.c.quia V. verſi. venio.no.3.quòd intellige, quando contra ſucceſſorem cõpetit condictio ex l.ſi coloni, vel ex decretali.ſæpe. Secus ſi tantum competeret condictio ex canone redintegranda, vt no.ibidem do.Ant.co.c.ver.venio ad glo.ſin fi. & vide omnino, quod no.per eundem, in ver venio ad quartum, & verſi. venio ad nonũ, & vide ſub verbo iudex. §.iudex ordinarius, uel allegatus.

Reſcriptum impetratum contra vnum ſiue in perſonali, ſiue in reali, tranſit ad eius ſucceſſorem vniuerſalem, quando cã eſt ſui iuris natura tranſmiſſibilis, alias ſecus, vt in cauſa beneficiali, in cauſa vſusfructus, & in cap.dilecti, & ſimilib. Ex quo patet, quòd reſcriptum impetratum contra vſurarium, in vſuris reſtituendis tranſit in hæredem eius. No do. Ant.de reſcr.c quia ver.venio ad quintum.

Reſcriptum impetratum contra eum, qui non erat in rerũ natura, ſed deceſſit, antequam fuerit conuentus ui reſcripti, nõ poterit habere eius executionem, & ex illo reſcripto conueniri.no.do.Ant.de iud.c quia V. verſi venio ad gl. ſed licet in primo caſu non valeat reſcriptum contra hæredem forte valebit pro eo, qui non erat in rerum natura tempore datæ reſcripti, non extenditur ad eius hæredem, vt no. dom.Ant.de reſcr.c ſignificante Vide de his plene, per Io.And in regula. is qui in ius.

Reſcriptum impetratum ſpecialiter contra aliquos cum clauſula generali, ſub qua includebantur alij, non porrigitur ad ſucceſſores illorum, qui ſub illa clauſula includebantur. Fallit in ſucceſſore qui eſt prælatus eccleſiæ, quæ ſub clauſula includebatur, quia tunc clauſula illa ſub cuius virtute admittitur, vt eccſiæ pdeceſſor conueniatur, & tranſit in ſucceſſorem. Ratio quia reſcriptũ, ſiue cuius clauſula fundatur ſuper eccleſia, quæ eadem remanet.no. Io.Ant de iud. quia V. ver.venio ad quintum.

Reſcriptum impetratum pro, vel contra vnam eccleſiam, tempore vnius prælati tranſit ad ſucceſſorem, quia reſcriptum fundatur ſuper eccleſia, quę eadem remanet, licet adminiſtrator mutetur No dom Ant.de iudic. ver venio ad quintum.

Reſcriptum directum epiſcopo alicuius eccleſiæ ſub nomine dignitatis ipſo mortuo re integra, poteſt exequi per eius ſucceſſorem electũ, & confirmatum, licet non conſecratum, quia tale reſcriptum intelligitur directum potius dignitati, quam ordini no.Ro concl.419.

Reſcripta ſunt ſtricti iuris, ideo verba reſcriptorum præſertim in beneficialibus extendi non debent. no.Ro.concluſio.166. Ad hoc vide, quòd eleganter not. Inno.Compoſt. & Io And. de reſcrip.c.ſuper literis, & Rota.conclu.379. dicunt tamen quidam, quòd reſcripta æquiparantur conſtitutionibus, ac decretis, & ſententijs, & quòd ex illis licitum eſt arguere ad reſcripta. Sed Inno. & Hoſt.contra, niſi reſcriptum detur ad conſultationem, vel niſi decidat, vt no.dom. Anto.in d.capit. quia V, verſic. nemo ad glo.dic quòd reſcripta ad lites debent ſtricte intelligi, vt reducantur ad ius commune, & illud minus lædant, de reſcrip c.cauſam quæ. Sed vbi non ſunt contra ius commune, debent latiſſime interpretari, ſalua tamen proprietate verborum ex mente mandantis, vt no. Inno.co. tit.c.ſuper literis, in gl.ſuper verbo, quoniam forma, ad quod facit, quod not. Io.And.de off.deleg.c.cum olim.il primo in gl.verbo iudices. Licet in contrarium faciat de reſcriptis.c. ſignificãte, & c.Rodulphus, & quod not.Io.And.ſecundum Abb. & Vincen.in d.c ſignificante, in gl.generali. Sed poteſt dici, quod ibi proprietas verborum non patitur. Vide omnino.Bal.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius, vel vtil. publ.col 5. ver ſi.modo his præmiſſis.

Reſcripta ſunt communia vtrique parti, ideo reus poteſt vti reſcripto in parte per actorem producto, etiam cũ clauſula præiudiciali, & e conuerſo. Not.Ro.conclu.383. Et hoc poteſt & inuito actore. no.Ro.concluſio.411.& etiam ante præſentationem, not.Rot conclu 412. Et hæc procedunt, etiam ſi reſcriptum ſit impetratum nomine actoris, per non habentem mandatum, vel ab eo, qui reſcriptum impetrat ad auditorẽ ſaltem habitu, vt ibidem.no.Sed Hoſt.& dom. Anto.tenent, quod ante vſum reſcripti poteſt impetrans illi renunciare inuito aduerſario, vt no.dom. Ant.de reſcriptis c ſuper literis. 6 col licet Inno.finaliter teneat contrarium.in c.ex conqueſtione.de reſti.ſpol.

Reſcriptum in quo pars petit cauſam committi cum poteſtate procedendi ſummarie, & de plano, & terminis non ſeruatis, ſi ſignanter audiat, & procedat ſummarie, & c. cẽſentur omnia in ea petita conceſſa, ſi nihil cancelletur, vt not. Rot. concluſio.74.

Reſcriptum ſi dat poteſtatem procedendi ſola facti veritate inſpecta, & terminis abbreuiatis, qualem tunc ordinem iudex habet ſeruare in beneficialibus, & prophanis. Vide Ro.conclu.393.& vide dom. Ant.de iudic.ver.no.4. vbi loquitur de reſcripto, per quod mandatur procedi, ſecũdum æquitatem iuris canonici.

Reſcriptum ex cuius ſignatura mandatur procedi ſummarie, intelligitur ſub illo verbo, &c. dare poteſtatem procedendi etiam ſine figura iudicij, ſi etiam in reſcripto impetrato hoc eſt petitum. Si autem ſignatura præcepti, ſiue conceſſionis dicat, audiat talem, & iuſtitiam faciat, tunc non poteſt etiam ſummarie procedere, licet in commiſſione petitum ſit. not. Ro.concluſio.319.

Reſcriptum in curia conceſſum non intelligitur dare poteſtatem citandi ad partes, ſi cauſa non erat alias ad curiam deuoluta, niſi hoc ſpecialiter dicatur in ſignatura.no. Ro.cõcl.19.

Reſcriptum ſi committit poteſtatem citandi per edictum in curia, & locis circumuicinis affigendum, non ſufficit, quod executio fiat in vno loco ad duo, ſed requiritur quòd fiat ad vnum in duobus, quia pluralis locutio, &c.no. Ro.concl.76.

Reſcriptum per quod cauſa vni commiſſa committitur alteri, intelligitur cauſam a primo iudice auocare, licet hoc expreſſe non dicat, dummodo in reſcripto fiat mentio de prima cõmiſſione, alias reſcriptum non valeret. Not.Ro conclu.52. Si tamen prima commiſſio fuiſſet de conſenſu partium facta, vt patet de reſcript c.ceterum, in fine, & ſic primum reſcriptum delegationis impetratam intelligitur reuocatum per reſcriptum ſecundum ad eundem, vel alium iudicẽ impetratum. Vide de reſt ſpol c.audita.vbi eſt ſingularis tex.de off.dele.c.ex literis.de reſcr c paſtoralis c cum contingat.de app.c.vt debitus in gl ſed nunquam, & vide omnino ſub verbo iudex §.iudex ſi dicatur.

Reſcriptum per quod committitur cauſa in eodem ſtatu, quo erat coram primo iudice, valet, licet ſtatus cauſæ ſpecialiter non exprimatur, niſi per talem commiſſionem auocaretur cauſa a primo iudice, quo caſu, vel debet ſpecialiter exprimi ſtatus cauſæ, vel debet exprimi clauſula conſueta, cum cauſæ ſtatus tacitus habeatur pro expreſſo, no. Ro.conclu.209. vide inf.reſcriptum per quod cauſa ab vno.

Reſcri-

Digitized by Google

Reſcripta ſi ſunt plura ad diuerſos iudices de eadem cauſa facta, quis eorum in cognoſcendo præferendus an, vel ille cui primo fuit reſcriptũ præſentatum, vel ille qui in citando præuenit. Vide ſub verbo iudex § iudices auditores.

Reſcriptum conceſſum in prima inſtantia ſuper articulis obiectis, & male ſpecificatis admittẽdis non obſtante lapſu termini dati ad articulandum, non extenditur ad ſecundam, & tertiam inſtantiam, cum in eis poteſt de iure communi probari non probatum in prima, & hoc verum, niſi articuli non poſſent alio modo ſpecificari, quia negatiui. Tunc enim in ſecũda, & tertia inſtantijs poſt lapſum terminorum probari poſſunt, dum tamen ſint in termino reproducti. no. Rot. concluſione 89

Reſcriptum ſi continet, quem poſſe citari vltra quatuor dietas, tunc etiam ille poterit citari vltra duas dietas ad curiam non facta mentione conſilij, vel priuilegij contrarium diſponentis, vide ſup citatio. & § ſeq.

Reſcripti verba declarantur, & examinãtur, reſtringuatũ, & põderantur ſecundum concluſionem, non ſecundum narrationem ipſius no. dom Ant. de foro compet. c. ex parte. verſic. nota quinto.

Reſcripti interpretatio non eſt actus iudicialis, ſed extraiudicialis no. Ro. conclu. 170.

Reſcriptum impetratum ſuper futuris appellationibus non valet, & ſi reſcriptum propter quod cauſa appellationis cõmittitur, ſtatim poſt appellationem interpoſitam præſentetur, an ſubreptitium dicatur. vide Ro concl. 260.

Reſcriptum ad lites, ſi eſt obreptitium, eſt ipſo iure nullum. no. de reſcrip c. cum dilectus, & dom. Ant eo. tit. c. ſuper literis. 5. & 6. col. ſed ſi ſubreptitium, & etiam dolo partis impetratũ ſit, non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum. not. Ro. conclu 348 Idem dom. Ant. de reſcrip. c. ſuper literis. ver. 9 no. & de dilat. c. præterea. verſ quintus caſus, & de reſcript. c. ad audientiam. 2 & licet ſubreptione recipiatur litis conteſtatio, non impeditur. no. Ro conclu 232. quia tale reſcriptum attribuit iuriſdictionem. no. Rot. conclu. 272. q. 2. niſi reſcriptum ſubreptitium eſſet in iuriſdictione, vt not. Io. And de filiis presbyt c 2. lib. 6 in nouella, ad finem, & Bal. in l præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtilit. pub & prædicta vera in reſcripto primo loco, & principaliter impetrato circa iuriſdictionem tribuendam. Si autem poſt iuriſdictionem attributam impetratur reſcriptum ſuper aliquo articulo, vel particularẽ gratiam continentem, vel etiam impetratur primum reſcriptum, continens gratiam vel exequutionem, vel aliud negotium, quam conceſſionem iuriſdictionis, tunc ſi illud eſt ſubreptitium, non valet not. Inno. de offi. deleg. c. ex literis. Idem tenet Lap. in quolibet reſcripto gratioſo in c. 1. de litis conte. lib. 6. idem in quolibet reſcripto, per quod iuriſdictio ab alio auocatur, & alteri tribuitur, vt no. Io. And ſecundum Inno. & Ho in d. c. ex literis. Contrarium tenet Innoc. & Ho. in d. c. ex literis. Contrarium tenet Inno & Hoſt. in d. c. tit. reſcrip. c. cæterum. Et de hoc die, vt ibi no. do. Ant. quem vide de fo. compet. cap ex parte. B. & vide omnino §. gratia ſiue ſit. Et quando reſcriptum dicitur ſubreptitiũ, cui incumbat onus probandi, vel impetrandi, vel excipiendi. vide ſup. § gratia ſi dicitur.

Reſcriptum ad lites ſubreptitium valet, ſi aduerſarius cõſentit, vel de ſubreptione, non excipit. Not. Dominicus de Sancto Gemin. in c ab eo de app. lib 6.

Reſcriptum licet cõtinet errorem in nomine eius, contra quẽ impetratur, dum tamen per alias circumſtantias conſtet de perſona, valet proceſſus contra eum factus. no. Ro. concluſione 129.

Reſcriptum vitiatur per falſam latinitatem, niſi poſſet ipſa latinitas ſaluari p figurã, ſicut fit quandoque, vbi ponitur caſus pro caſu. No. do. Ant de iud c. 1. ver. venio ad gl. vel niſi vitiũ latinitatis ſit dubitabile, & non euidens, quia tunc fit interpretatio pro reſcripto, vel niſi forte reſcriptum per camerã, & non per cancellariam expeditum ſit. Not. dom. Ant. de reſcrip. c. ad audiendam. il primo. Dicit, tamen Rota, quod illud capitulum, & dicta exceptio falſæ latinitatis non habet locum in curia, vt no Ro conclu ....

Reſcriptum etiam gratioſum, non vitiatur etiam ex defectu literæ, vel ſimili, aut dictionis, vel orationis, dummodo comprehenditur intellectus papæ, ſecundum Inno. & Io. And licet Hoſt. diſtinguat inter reſcriptum gratioſum, & contentioſum. no do. Ant de fide inſtru c. ex parte.

Reſcriptum apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto an vitioſum ſit, & quis ſit locus ſuſpectus arbitrariũ eſt. no. dom. Anto. de fide inſtrumen. cap ex literis. in principio, & in fine.

Reſcriptum abraſum non in reſponſione Papæ, ſed in narratione facti, nõ cenſetur vitioſum, & reſcriptum eſt alterius confirmatorium, quod procedit, ſi de veritate apparet, & confirmatione Secus ſi raſura ſit in reſcripto originali, & collatorio, niſi abraſio appareret facta ex eadem manu, vel niſi ex præcedentibus, & ſequentib. colligatur veritas. No. do. Ant. in c ex literis, vlt. col.

Reſcriptum abraſum in loco ſuſpecto etiam ſi facta eſſet in minima litera, cenſetur vitioſum, licet ſecus eſſet ſi illa litera eſſet omiſſa. No do. Ant in d. c ex literis, ad finem.

Reſcriptum apoſtolicum ſi eſt contra ius, vel ſtylum cancellariæ præſumitur falſum, ideo literæ talis reſcripti non ſunt admittendæ no. do Ant. de fide inſtr. c quod ſuper his. in quinto notabili. & talis præſumptio eſt ſufficiens ad condemnandum de falſo, etiam quo ad pœnam criminalem No. do Anto de confirm. vtili cap porrecta. in ſecundo notabili, & vide ibi Io. And.

Reſcriptum tollens totalis partis in dubio præſumitur falſum. Ideo expectatur, ſecunda iuſſio No. do Ant. de offic. deleg c. ex parte el 2. in quinto notabili.

Reſcriptum per quod mandatur procedi nullis exceptionibus admiſſis, intelligitur de dilatorijs tantum. Et ſi impetrans velit illud ad peremptorias extẽdere præſumitur falſum. Ideo expectatur ſecunda iuſſio, niſi de contraria voluntate Papæ cõſtet, de qua dicitur conſtare, ſi ſunt exceptiones omnes ſpecificatæ, vel aliquibus ſpecificatis eſt ſubiecta clauſula generalis. no. dom. Ant de offi. deleg. 2. in prima oppo. & 14. notabili. vbi etiam dicit, quod exceptiones, quæ competunt de iure gentium, non poſſunt tolli per reſcriptum. Secus in exceptionibus de iure poſitiuo inductis, ad quod facit, quod not. gl. in clem. 1. de immunitate eccleſiar. ſuper verbo inſectis, & quod no. Ioan. And. in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, ſuper 2. gl. ad fi. Sed aduerte, quod licet reſcriptum non poſſit exceptiones iuris gentium in totum tollere, poteſt tamen differre, per l. quotiens C. de precib. Impe offe ad quod facit, quod not. do. Ant. clem. 1. de re iudic. ſuper gl. in verbo pendere. Vide omnino per eum in c. item cum quis. de reſti. ſpol. & vide ſup § lex ſiue conſtitutio excludens.

Reſcriptum conceſſum contra ius commune per inferiorem papa, an valeat. Vide dom, Anton. de conſtit. c quæ in eccleſiarum, ad finem. Sed ſi eſt conceſſum per papam ſine clauſula non obſtantibus iuribus, &c an valeat, vide do. Ant. in d c. quæ in eccleſiarum. in vlti. colu & de reſcrip. c. 1 4 col & de Cappellis monachor. c ex parte. & de conſti. c. 1. lib 6. ver oppono quinto cum gloſ & per Inno. in eiſdem locis in lib 6 & vide ſup. § priuilegium contra ius.

Reſcriptum quod poteſt iuri communi accommodari in dubio eſt intelligendum ſecundum ius commune, niſi conſtet de contraria voluntate No. dom. Ant de offi. dele c ex parte il 2. in 6. notabili in prima opinione. Intellectus etiam per reſolutionem clauſularum debet reduci ad ius commune, vt ipſum non lędat, de reſcriptis. c. cauſam quæ, & ibi no do Anto. de accuſat. c qualiter, & quando. pro hoc facit text. & glo. de offi deleg c ſuper eo. Vbi videtur caſus.

Reſcriptum ſi eſt tale quod in eo aliquid additur cõtra ius, mutat nomen reſcripti, & dicitur priuilegium. no. gl. in conſti. c. 1. lib. 6 ſuper verbo noſcatur in fine.

Reſcriptum ſi eſt per vnam partem impetratum ſuper confirmatione ſententiæ, poterit pars aduerſa vti eodem reſcripto ad ſententiam infirmandam, & e conuerſo, ſi reſcriptum eſt impetratum ſuper infirmatione, poterit iudex confirmare, no. Innoc. de appellat. c. abbate, & de officio deleg c cum contingat.

Reſcriptum per quod cauſa ab vno iudice auocatur, & alteri committitur, cenſetur ſubreptitium, nec reuocatur primũ, niſi in eo fiat mentio, de ipſo primo, & de principalibus partibus eius. & de proceſſu, & eius qualitate, & de clauſulis notabilibus in eo poſitis, ſi qua notabilis ſit, ſicut eſſet clauſola appellatione remota, ut no dom Anto. de reſcriptis. c. cæterum, ad finem. vide ſup §. reſcriptum, per quod cõmittitur. & § reſcriptum per quod cauſa voi.

Reſcriptum iuſtitiæ eſt ſurreptitium, licet in eo non fiat mentio de priuilegio, contra quem impetrans, ſecus in reſcripto gratiæ. no. Io. And. c. de reſcriptis. c. cum ordinem in verbo indulſit, &c.

Reſcriptum ſi eſt falſum, proceſſus vigore eius factus eſt ipſo iure nullus. Idem ſi eſt ſub, & obreptitium. Item ſi eſt nimis generale. Item ſi peccat in latinitate. Item ſi patiatur defectum formæ Item ſi ſit impetratum per excommunicatum. vt no. Io. Ant. c. ad audientiam. il 2 de reſcriptis 4. col. Idem not. Bal. de reſcripto falſo. in l. præſcriptione. C ſi contra ius, vel vtilitatẽ pub ver 8. quæritur. Quid autem ſi eſt ſubreptitium vide ſup §. reſcriptum ad lites.

Reſcriptum per quod committuntur cauſæ inter aliquos vertentes comprehendit cauſas tam criminales, quam ciuiles,

vt no. Spec. in tit. de reſcrip. puta ratione formæ. verſi. Item quod eſt quæſtio, & Io. And. ibidem in additione. An autem ſi actum ſit criminaliter poſſit & agi ciuiliter coram eodem iudice, vide ibi Io. And. & in c. in nouella diſpendia. ſuper verbo ad diuerſos. lib. 6. in nouella.

Reſcripta ad lites ſunt perpetua, nec finiuntur anno, l. 2. C. de diuer. reſcrip niſi aliud reſcriptum per aduerſam partem ſuper eadem re ad alium iudicem impetraretur, & primus impetrans dolo, vel negligentia non fuit vſus ſuo primo reſcripto infra annum, quod qualiter intelligatur, vide dom. Ant. in capitu. pleriq; de reſcript. & Bald. in dicta l. 2. C. de diuerſ. reſcri.

Reſcripta an derogent priuilegijs, non facta mentione de illis. Vide dom. Ant. in c. 1 de reſcriptis. verſic. venio ad tertium paſſum.

Reſcriptum ſi mandat alicui, vt de tali cauſa cognoſcat an illã poterit diffinire. Videtur quod ſic, quia de qua re iudex cognouit &c. vt no. Io. And ſecundum Inno. in c. ad hæc. ſuper verbo audire de offi. ordi.

Reſcriptum ſuper cauſa appellationis eſt ſubreptitium, ſi impetrans tacuit terminum dandorum apoſtolorum pendere, vel ſi tacuit terminum poſt dandos apoſtolos, ſibi aſſignatum ad appellationem proſequendam, vt no Dom. de Sancto Gem. in c. ab eo. de appellat. lib. 6. circa principium. vide Rotam in antiquis, concl. 460. quæ varias ponit opin. Et an reſcriptum impetratum ſuper appellatione poſſit dici ſurreptitium, per quod mandatur vide Inno. in c. ex literis Patriarchæ Grandenſis de offic. delegati.

Reſcriptum per quod mandatur citari, qui volunt & poſſunt ſe opponere, vel qui ſe opponunt, num per tale reſcriptum poſſint citari illi, qui ante datam reſcripti ſe non oppoſuerunt, ſed poſt datam ſe opponunt. Innoc. non firmat. Hoſt. dicit, quod non. Et idem dicit, do. Anto in c. dilecti. de exception.

Remiſſio ad partes pro teſtibus producendis, ſi eſt data prima inſtantia non debet iterari in ſecunda, ſuper nouis articulis, etiam admiſſibilibus, ne aperiatur via fraudibus No. Ro. conclu 210. Sed ſi in prima inſtantia non fuit petita, non poteſt peti in ſecunda, vt no. Ro. conclu 290.

Remiſſio non eſt danda, quando conſtat de calumnia petentis. No. Inno de conceſ. præben. c. poſt electionem.

Religioſus non poteſt conſtituere nec conſtitui procurator, vt mandatum recipiat, & exequatur ſine licentia ſui immediati ſuperioris, niſi pro cõſorte eiuſdem litis in caſibus, in quibus regulares ſiue religioſi ad iudicium admittuntur, vt in cle. religioſus. de procur. Item poteſt quilibet religioſus conſtitui procurator in omni cauſa concernente vtilitatem ſui monaſterij quinimmo in concernentibus vtilitatem amici monaſterij ſui, vt Innoc in c. cum l. & A. de re iudi. Licet autem regulariter religioſus non poſſit procuratorem conſtituere ſine licentia ſuperioris. Fallit quãdo vult prælatum ſuum denunciare, vel accuſare, ſiue de electione ſui prælati agere, vel pro conſorte eiuſdem litis, vel ſi contra eum requiritur. Et generaliter, vbi poteſt pro ſe agere poteſt procuratores conſtituere, aliter ſecus vt no Inno. & do. Ant. in d. c. cum l. & A. prædicta vera in religioſo clauſtrali, ſecus in prælato, qui ſemper poteſt procuratorem conſtituere, aliter ſecus, & cõſtitui alterius ſuperioris licentia tunc acquiſita, vt no. gl. in d. cle religioſus. Rõ eſt, quia quo ad adminiſtrandũ alteri non ſubeſt per hoc ſequitur, quod quilibet religioſus habens adminiſtrationem, licet non ſit prælatus poteſt procuratorem conſtituere vt no Fran de Zaba. in cle prædicta in 7. opp. vide ſub verbo poſſeſſorium §. poſſeſſorio, vel petitorio. & vide inf. § ſequenti

Religioſus non poteſt cõſentire electioni de ſe factæ extra monaſterium, vel ẽt clauſtrũ, ſine licentia ſui ſuperioris. de elec. c. ſi religioſus. li. 6. quod eſt, quando electio fit a maiori parte Capituli, vel Conuentus, vel facta ſaltem a media parte. Secus ſi a minori parte, quia tunc etiam de licentia ſuperioris conſentire non poteſt, vt in c. quorundam. eo tit & lib & ibi no. Io. And in nouella Sed prouiſioni factæ per papam putat monachum conſentire poſſe ſine licentia abbatis, quia papa prouidendo monacho quem ſic monachum facit in beneficio manuali perpetuum pro illa vice ſiue emanc. pat monachum ab abbate, quo ad hoc quod non poteſt inuitus ad clauſtrum reuocari, vt no Io. An. de offi. ordi. c. præſenti. lib. 6. in nouella in principio, & de electione. c. cum inter ſuper 2 glo. & pari ratione puto, quòd monachus poſſet ſine licentia abbatis a Papa beneficium impetrare, & conſequenter ẽt ad impetrandum procuratorem conſtituere quia quod poteſt per ſe, poteſt per alium vt ſup. § proximo nec per hoc, quod non poſſit inuitus exire clauſtrum dicitur fieri contra votum, & ſubſtantiam regulæ ſui monachatus ſiue contra obedientiam. Quia quoad alia remanet ſub obedientia, vt no. Inno. & Io. And in c ſi qui cleri vel mon. Ex his puto beneficium male poſſe, & debere ex conſuetudine præſcripta conſerri, vt in perpetuum, nec dicetur præſcribi contra obedientiam in genere, vt ex præmiſſis patet. Sed dicitur ſtatus beneficij mutari, quod fieri poteſt ſpacio quadraginta annorum, de quibus eſt caſus in c. cum de beneficio. de præb. lib. 6. & facit quod no dom. Ant. de confir. vti. c porrecta. ad fin. vbi dicit beneficium perpetuum fieri ex conſtitutione temporale. Ergo & e conuerſo poterit temporale perpetuum fieri ex conſtitutione, vel ex conſuetudine, quæ vim conſtitutionis obtinet, & vide omnino ſub verbo beneficium manuale, & § beneficia manualia, licet per papam.

Religioſi mendicantes non poſſunt eis relicta petere iure actionis, poſſunt tamen officio iudicis. No. Bar. in l. Quintus Mucius, ff. de annuis leg. Hoc tamen intellige de relictis, quorũ non ſunt omnino incapaces.

Religioſi ſunt fratres Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, licet ſint laici, de ſent. excom. c. cum. c. canonica, & ibi no. dom. Ant. Quidam tamen ſunt laici, & quidam clerici, vt no. gl. de verbor. ſignif. c. 1. lib. 6. ſuper verbo perſoluant, & ibi ex primũtur priuilegia ipſorum fratrum conuentualium, ſecus in clauſtralibus, vt in clem. & ſi principale de reſcriptis, & ibi. no per gl. Fran. de Zabar. do. Ant.

Religionis ingreſſus, qui ab initio violentus fuit, ex poſt facto roboratur. c. ſignificarum, & c. cum virum, de regular. §. tranſeunt ad religionem.

Remiſſio non poteſt dari ad partes ad probandum articulos, licet iudex eos admiſerit ad probandum in curia, & extra, quia talis remiſſio pertinet ad papam, niſi hoc faciat iudex de voluntate vtriuſque partis. No. Ro. conclu. 10. & vide ſub verbo iudex § iudex.

Remiſſio poſtquam eſt data ad partes non poteſt iudex in cauſa procedere, ſine noua commiſſione, etiam ſi partes velint renunciare remiſſioni, quia ex quo papa ſemel appoſuit in annum, non debet inferior ſe intromittere. no. Ro. concluſione 73.

Reſidere quis dicatur vide ſub verbis præſens, & abſens.

Reſeruatio an ſit cenſenda fauorabilis an vero odioſa, vide ſub uerbo gratia. §. gratia motu propo facta in beneficialibus.

Reſeruatio quando dicatur eſſe generalis vel ſpecialis, dic ut no. Rota conclu. 334. ex qua colligitur, quod illa dicit̃ generalis, cuius cauſa eſt manifeſta, & notoria, vt in extrauaganti ad reprimendam. Qui autem cauſa reſeruationis eſt ſecreta, & probabiliter ignorari poteſtate dicitur reſeruatio ſpecialis, vt in caſu deciſionis Rotæ & in alijs omnibus ſimilibus caſibus. Ita vult deciſio prædicta recte intellecta. Vel dic, quod deciſio vult illam reſeruationem cenſeri ſpecialem, quæ fit per regulas contra ius commune. Et licet deciſio prædicta dicat, quod reſeruationes contentæ in extrauaganti ad reprimendam ſunt generales, intellige de illis quæ erant ſecundũ ius commune, quia ibi plures reſeruationes narrantur, quæ etiam de iure communi erant, vt de vacantibus in curia, vel etiam extra curiam, per mortem illorum, qui ad curiam veniebant, vel ab ea recipiebant̃ ſecundum formam c præſenti. lib. 6.

Reſeruatio quã fecit Papa diſpoſitione ſua finitur eius morte, ſecus ſi reſeruat ad diſpoſitionem Sedis Apoſtolicæ, vt probat tex. de reſcriptis c ſi gratioſe. lib 6 & ibi hoc tenet Io. An. poſt princip. ſuper 6. glo. in nouella. Idem tenet Zenzelin. in extrauaganti ſuſcepti &c.

Reſeruatio facta per regulas papæ ſuo dumtaxat tempore duraturas finitur morte pape, vt probat tex. de offic legat. c. præſenti in principio lib. 6 Et in hoc no. do. de Sancto Gemi. Ratio eſt, quia diſpoſitio facti vt duret, quam diu diſponens viuit, finitur etiam, & extinguitur morte diſponentis de decimis. c. ex multiplici, nec mirũ, quia actus non operatur vltra voluntatem agentium, ff. ſi cer. pet, l. non omnis in princ. & de acti. & obl. l actionũ genera. in princ. Etenim eo ipſo, quod papa fecit regulas ſuo dumtaxat tempore duraturas, apparet de mente papæ feciſſe, quod eo moriente extinguantur regulæ, & reſeruationes ac aliæ diſpoſitiones per eum inductæ, quia ſi contrarium voluiſſet temporales regulas non feciſſet. Non obſtat, quòd beneficium ſemel reſeruatum, & affectũ ſit, nec reſeruatio tollitur, niſi per prouiſionem papalem poſtea ſubſecutã, vt no Ro. conclu. 176. & conclu. 202 & probatur in c. ſi eo tempore. de elec lib. 6. cum ſimilibus, quia illud pcedit, quando reſeruatio fuit ſimpliciter facta ſine temporis præfinitione, & ita loquitur deciſio, & c. ſi eo tempore. Secus ſi fuit limitatum, quia limitatum producit effectum l. ne in agris ff. de acquiren. rer domi.

Reſponſio debet coaptari interrogationi, & ſecundum interrogationem intelligi de fide inſtru. c. inter dilectos § ceterũ, & ibi no. do. Anto. quod eſt verum, quando reſponſio fit ſimpliciter.

pliciter. Alias ſecus, vt no. Bar. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbor. obligationib.

Reſtitutio in integrum ad appellandum a ſentẽtia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non dicitur eſſe probata impedimentis allegatis, niſi petens ſe reſtitui doceat aliqualiter de ſuo intereſſe, puta quod quis habeat ius in re, de qua lis erat. no. Ro. conclu. 64 & vide ſub verbo eccleſia reſtituitur. &c.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus tres ſententias cõformes interlocutorias, vel diffinitiuas, niſi primo petens reſtitutionem doceat ſummarie de aliqua noua cauſa, propter quam ſit veriſimile, ipſum fore læſum, & ante non debet audiri. no. Ro. conclu. 1 r. Sed aduerte, quia concluſio videtur intellexiſſe de cauſa noua, id eſt nouiter propoſita, non autẽ de nouiter exorta, ſeu de qua nõ fuit antea dipoſitum, quòd patet, quia pro ſe allegat, quòd no. Innoc. in c. ex literis. Et ibi Innoc. concludit, cauſam læſionis poſſe probari, etiam ex antiquis actis & ſi dictam concluſionem intelligas de cauſa quæ aliter tractata non fuit, tunc intelligenda eſt ſecundum legem, & glo quando allegat, quæ lex ſecundũ omnes Doct. non facit differentiam, an ſit vna ſententia, an duæ vel tres, contra quas conſtitutio petatur, ſed differentia ſit in perſona ſui conſequentis An ſit princeps, vel inferior, primo caſu neceſſe eſt cauſam læſionis in ſpecie exprimere, ſecundo caſu ſufficit dicere in genere ſe læſum, aliter colorare peteret reſtitutionem. Quod autẽ dicit glo. in eadem lege reſtitutionem dari ex noua cauſa, contra res bis iudicatas, debet intelligi, quando ſecunda ſententia fuit derrogatoria reſtitutionis, & prius fuit lata ſuper negotio principali; & ſic prima cauſa fuit intentata de iure communi, ſecunda de iure ſpeciali, & ita loquitur tex. in l 1. & ſecunda C. ſi quis in integ. reſtit. poſtu quem textum allegat illa gl. ad dictum ſuum probandum. Ideo debet intelligi ſecũdum illum tex. vbi autem vtraque ſententia lata eſſet ſuper negotio de iure communi intentato tunc contra eos daretur minori, & eccleſiæ reſtitutio ex læſione etiam ſine cauſa, ut eſt caſus in c. cum ex literis. de reſti in integrum & ita tenet Io. An. & do. Anto. in c. ſi. eodem tit. in quarta opinione.

Reſtitutio in integrum quando petitur aduerſus ſententiam, vel contractum, debet iudex antequam partem admittat ad eam, ſummarie, non per diſputationem ſe informare an colorate petat reſtitutionem, ſi tamen hoc non opponatur ante litem conteſtatam non poterit poſtea opponi No. Ro. cõcl. 166. & vide inf. § reſtitutio quando petitur duntaxat. Prædicta ſunt vera, quando reſtitutio petitur incidenter, ſed ſi petitur principaliter, non requiritur aliqua ſummaria informatio, ſed omnino debet admitti petitio ſecundum. Ho. no. Io. And. in c de reſtit in integrum.

Reſtitutio in integrum ſi intentatur aduerſus ſententiam, cuius exequutio petitur, tenetur petens ex quocunque capite præſtare cautionem, de qua in c. ſuſcitata. ſi eſt ſuſpectus de dilapidatione, vel paupertate, ſecus ſi ſit ſoluendo. ita habet locum cautio prædicta quãdo petitur executio ſuper re principali in iudicio deducta, & condemnata, ſecus ſi petatur ſuper expenſis tantum, in quibus petens reſtitutionem fuit condemnatus per ſententiam abſolutoriam in principali iudicio pro aduerſario latam, & cautio prædicta peti debet, & præſtari coram exequutore & non coram iudice de reſtitutione cognoſcente, quod qualiter intelligi debeat, vide Ro. conclu 416 & vide ſub verbo exequutio. in princ & §. 1. & 2.

Reſtitutio in integrum aduerſus tres ſententias diffinitiuas, & etiam aduerſus probationes in prima inſtantia omiſſas datur infra quadriennium computandum a die tertiæ ſententiæ, nõ a die primæ, nec ab vltima die termini ad probandum aſſignati, licet Inno. Io. And & Archid. videantur aliter dicere, quando petitur reſtitutio aduerſus probationes omiſſas vt, no. Ro. conclu. 169.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali competit aduerſus præſcriptionem corporalium, & incorporalium. no. do. An. de cenſib. c. peruenit. vltima charta. ver. nũquid autem de iti. actuque priuato. licet aliter dicat in l. generaliter ff. de his qui no infam.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali non habet locum in caſibus, in quibus de alio remedio etiã per actionẽ de dolo ſpecialiter eſt prouiſum vt eleganter notat Bart. in l. 1. §. idem Pomponius refert. ff. de dolo. & vide ſub uerbo iudex. § iudex, qui partem.

Reſtitutio & res ſimul poſſunt peti, & ſic reſcindens & reſciſſorium poſſunt in eodem libello accumulari, in euentum reſtitutionis petendæ, & vtrumque poteſt eadem ſententia terminari no. Cy. ex qui cauſ maior l. ſi. & Bar. in l nam poſtea, § ſi minor. ff. de in rem verſo, & Inno. & Io. And. & do. Ant. in dicto ca. cum ex literis, & vide Bar. in l. ſi expreſſim de appellation.

Reſtitutio quando incidenter petitur, an requirat conteſtationem litis. Vide ſub verbo lis Sed eundem habet effectum ſiue petatur principaliter agendo, ſiue incidenter excipiendo. vt no. Io. An. de iudi. c. exhibita.

Reſtitutio coram quo iudice petenda ſit. vide ſub verbo iudex. § iudex qui adeundus in cauſa.

Reſtitutio quando petitur, duntaxat vt pars audiatur, vt ad producendum iura, aut ut teſtes admittantur, non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, nec plena probatio, ſed ſufficit, quod quis petens aliquem colorem habeat, quia in colorate reſtitutionem peti non debet, oo Inno. de reſti. in integrum. c. ſecũdo, in verbo inſtituimus. & c. tam ex literis. Sed quando petitur, vt ſententia, vel contractus reſcindatur, tũc libellus requiritur no. Bar. ff de in integrum reſti. l. Diuus. [illegible] plena probatio requiritur, quod eſt verum in ſententia exequuta, vel contractum executum petitur reſtitutio, tunc debet fieri plena probatio, & plena cauſæ cognitio vt no. Inno. in c. tum ex literis. in glo. 1. ſuper verbo eccleſias. & ſupra. § tertio.

Reſtitutio ita datur minori, & eccleſiæ læſis, contra plures ſententias conformes, ſicut contra vnã, ff de minor. l minor autem, & d. c. tum ex literis.

Reſtitutio datur minori & eccleſiæ, ad appellandum, ſi contra ſententiam, quæ apparet ex actis fuiſſe inique latam, non fuerit appellatum. Si autem ſententia non appareret ex actis iniqua, ſed dicit minor, & eccleſia ſe læſos, quia probationes habent quas ante ſententiam facere potuerũt, & non fecerunt tunc reſtituuntur ante ſententiam ad totam cauſam. vt not. Bar in l. 2 C. ſi ſæpius in integrum reſti. poſtul. ratio primi dicti eſt, quia contra ſententiam, quæ conſtat ex actis iniqua, poteſt minor, vel eccleſia ſe iuuare per remedium ordinarium appſonis, debet ergo admitti ad illud remediũ extraordinarium. Contra hoc facit quòd not Bar. in l. Diuus ff. de in integrum reſti & le. minor autem §. 1 & le. minor 25. annis omiſſam. ff de minor. vbi dicit minorem reſtitui cõtra ſententiam, quæ apparet ex actis iniqua, ſed primo caſu licet reſtituerentur ad appellandum, & in caſu appellationis poſſent facere probationes, quos omiſit in principali, non ſatisfaceret rationi niſi contra ſententiam reſtituatur, quia licet reſtitueretur ad appellandum, tamen contra ſe maneret prima ſentẽtia quæ cõputabitur, & oportebit tres alias ferri contra minorem, vel eccleſiam, vt dicatur ſuccubuiſſe. vt no Io And. in c. ſi. de reſti. in integrum, quia ergo ante ſententiam fuit læſus in probationibus omittendis, quas ſi feciſſet ſententiam contra ſe, non reportaſſet, ideo æquum eſt, quod aduerſus ſententiam reſtituatur in ſtatum in quo erat ante ſententiam.

Reſtitutio in integrum poteſt peti agendo, & excipiendo. vt no. Bar. & Bal. in l. nã poſtea. §. ſi minor ff. de iureiu. & probatur in l Pomponius, §. ſi filius, ff de inoffic. teſta. & eundem habet effectum, ſi petatur excipiendo, quem habet ſi petatur agendo, vt not. Ioan. Andr. & dom. Anto. in capit. exhibita. de iudic.

Reſtituitur ignorans aduerſus perſcriptionem, quando probabiliter ignorauit ius ſibi competere, & poſtea non fecit diligentiam in agendo Idem ſi ſciuit, ſed ex iuſto impedimento agere non potuit. ut no. ſup § præſcribi an poſſit libertas contra iura realia ad finem. vbi omnino vide.

Reus dicitur & non actor ille, qui vt tertius comparuit pro ſuo intereſſe No. Doct de except. cap cum inter. Hoc limita, vt no. do Ant eo. tit. c dilecta, & vide ſup § actor.

Reus cui competit exceptio, licet non ſit conuentus, an poſſit implorare officium iudicis, nec ab actore requiritur. vide ſupra §. exceptionem habens.

Reus conuentus reali poteſt ſuper eadem re agere. & petere ſe dominum rei, quam poſſidet declarari no. glo ff de probat. l. certa. vide omnino ſub verbo poſſeſſorium § poſſeſſorio, & petitorio per actorem. & ſub verbo actor §. r.

Reus an pluribus exceptionibus contrarijs vti poſſit, vide plene per Dyn. in regula nullus plurib per Bar. in l. nemo. ff. de except & per Bal. in l 1. C de fur. dic quòd reus ſuſtinetur allegans contraria, vt notat Bal in l. ſcripturæ. in ſi. C. de fide inſtrum. & Io And in c imputari. eo. tit.

Rex appellatur ille qui eſt filius regis no. gl. 24. q. 1. cap. fin quod intellige ſpe, non re. vt ibi no Archidiac.

Regnum non debetur, nec defertur per ſucceſſionem, ſed per electionem niſi conſuetudo ſit in contrarium, vt not. Archi. 8. q. 1. c. Moyſes, & iſta conſuetudo eſt in omnib regnis præterquam in regno Imperij. Idem no And. de ſuppl negl. prælat. c. 2. lib. 6. ſuper gl. qui debebatur, & ſuper tex. in verbo iure regni. in nouella.

Rex ſi dicit illum, contra quem ferr ſententiam fuiſſe citatum, præſumitur citatus, vt no. Bal. in l. 1. ff. de off præfec præto.

Rigor expoſitur.id eſt ſubtilitas,non ius,& rigor,& diſpenſatio differunt,ut no dom.Anton.de reſtitut.ſpoliat.cap.in literis ſecunda columna.

Rumor quid ſit vide ſub verbo fama.

§

Sacerdotis appellatione an comprehendatur clericus, vide do. Ant.de cohabitat cleric.c.veſtra. ver. nota quod materia. & vide ſub verbo teſtis.§.teſtimonium ſacerdotis. & § presbyter per totum.

Sacerdos an debeat reuelare delicta aliorum, qui per modum confeſſionis,& pœnitentiæ ſibi illa propalarunt, & an ſi non reuelat puniatur pœna indicta contra non reuelantes. vide de pœnit & remiſſ.c.omnis,§.ſi & quod ibi not.per gl.& Io. And.& Hoſt. & 22.q.5 c.hoc videtur.

Sacramenta quædam ſunt neceſſaria. i ſine quibus hō ſaluari non poteſt.quædam voluntaria,de quibus no.per glo de tranſact.cap.veniens a quibus autem liceat dicta ſacramenta,ſine peccato recipere,vide plene per do.Ant. in d.c.veſtra. in tertia,& 5.oppo.& § presbyter.

Sacrilegium quot modis poſſit committi,& etiam quæ ſit eius pœna,vide dom.Ant in Summario. ſuper rubrica de immunitate eccleſiarum.vide Innocen de ſenten excommun.cap. cum pro cauſa.

Scandalum ut euitetur ius commune relaxatur,non tamen debet relaxari, vel vitari, quando ex relaxatione, vel vitatione tali Deus offenderetur, vel peccatum committeretur,vt no. gl.de renunciatio e.niſi.§.pro graui & Io. And.de off. deleg. c.1 lib.6.ſub verbo ſcandala in nouella & vide glo. de regul. iur.in reg qui ſcandalizauerit, & quòd not.Io.And in c.niſi. §.pro graui ſuper glo.prout Gregorius, & vide glo. in cap. 2. de tempo.ordinan.ſuper verbo multitudo,& quod no Fran. de.Zibar.in cle.prima. de immunitate eccleſiarum, vbi omnino uide.&c.

Saluus conductus,vide infra ſub verbo ſecuritas.

Scientiam ſit denunciatio,ſeu intimatio facienda. vide in l.vxori.§ quid ergo.ff de adul.

Scientia certa papæ plus operatur quam motus proprius,ut no. ſuper verbo gratia,ſi eſt impetrata lite pendente & quid operatur,& qualiter probetur, vide ſub verbo gratia, per quam Papa ex certa ſcientia, & §.papa non præſumitur,& § probatio gratiæ papalis.

Scientia certa principis in literis expreſſa operatur, quòd intelligitur id facere,ex plenitudine poteſtatis, vt ſentit gl.magna. in fi & in c.ad hoc ſi unus.de reſcrip & no.Bald in l.eos.ff de appellat.

Scientia certa principis, quod contra eius diſpoſitionem ex certa ſcientia factam,nō poteſt allegari vitium ſubreptionis no. glo.in cap. 2. de filiis presbyt Idem tenet Ro conclu 326.nec etiam defectus præſumptæ intentionis,quia data certa ſcientia error præſumptus excluditur,cum error ſit contrarius certæ ſcientiæ,& dato vno contrariorum, remouetur reliquū, & propterea dicit Inno.in c.2.de confirma utili, quòd contra id,quod papa ex certa ſcientia facit,nihil vlterius opponi poteſt.Dixit etiam in c.1 de tranſact.in glo pen. quod ſi papa ex certa ſcientia quid confirmat, intelligitur ſupplere nō ſolum ſolennitatem,ſed etiam ſubſtantiam.Bar.dicit in l.conficiuntur.§.codicilli.ff. de iure codicillorum quod illud quòd facit princeps ex certa ſcientia, creditur eſſe verum, nec debet in dubium reuocari Et ex hoc ſequitur,quòd illa verba ex certa ſcientia habent vim clauſulæ derogatoriæ ſpecialis,nō obſtante tali diſpoſitione,vel lege contraria.no glo.de offic.deleg.c.ex parte,2.& eſt tex ff de excuſatio Idem Vlpianus,& ibi no Bal quod no.Inno.de verb,ſign.c.olim.vbi dicit, quod reſcriptum impetratum lite pendente.ſi conceditur, ex certa ſcientia valet, licet non fiat mentio de lite, & ſic habet vim clauſulæ,non obſtante litis pendentia. Et facit idem, qp no Io.And.de reſcrip c.nonnulli.ſuper gl.in fi ſi aliter tamen videtur fauere, & velle,quod tunc habet vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, quando exprimitur generalis clauſula, non obſtātibus in contrarium &c.& ipſe no.25.q 2 in ſumma.ad fin. licet ipſe loquatur ibi de priuilegio conceſſo contra ius commune, ſed ſi conceditur unum priuilegium, contra illud priuilegium dicit Archid ibidem, quod ſi primū habet clauſulam derogatoriam,non valet ſecundum, etiam ex certa ſcientia factum,niſi de primo ſpecialem fecit mentionem. Gal. dicit,quod non requiritur ſpecialis,nec generalis in cap nonnulli.de reſcriptis,quod dicit Bal. verum,quando non agitur de iure alteri auferendo,aliter verba ex certa ſcientia non habent vim clauſulę derogatoriæ,vt ipſe not.in prooemio vſus feudorum ver.quæro an incorporalibus. Sed alibi dicit Bal. quod clauſula ex certa ſciētia, nil operatur, niſi in his de quibus præſumitur principem habere ſcientiam, vt ipſe no. Ro. concluſ.226. quæ dicit, quòd ſi papa ex certa ſcientia aliquid confirmat intelligitur ſupplere defectus ſolennitatis non ſubſtantialitatis, niſi confirmatio facta fuerit cum cauſæ cognitione vocata parte. Ad hoc concordare videtur Io.And. poſt Inno. in c.2.in prin.de confir.utili.

Scholaris ſi debet in iure examinari, & licentiari, uel doctorari, tria requiruntur. Primo quod præſentetur per Doctores, qui iurent eum eſſe idoneum ad examen ſubeundum. Secundo quòd examinetur, & probetur per ſeptē doctores ad minus. Tertio quod per ſuperiorē ſtudij, & vniuerſitatis,ſcilicet Cācellarium licentia detur,ut no.Bar. in l.Magiſtros. C.de profeſſo & Medi.lib.11.& Io.Andr. circa numerum vniuerſalē. in c.1.de celeb.Miſſa ſuper glo.vltima, & de hoc numero eſt tex,in l ſi quis,C.de profeſſ & Medi.& idem no Fran de Zabar.in cle.2.in prin de Magiſtris.in 2. quæſtione. Vbi ponit plura alia neceſſaria, vt quis examinetur, & inter cetera ponit, quod examen fiat in loco,vbi ex priuilegio, uel ex conſuetudine poſſunt iura legi,per text. in prooemio ffor um. §. hæc autem tria volumina & de cle non reſid. & tunc &c.

Scriptura priuata poteſt facere fidem auctoritate conſuetudinis,non ſtatuti,ſecundum Hoſt. vt no do. Ant de fide inſtr. c.cum P Tabellio. Idem dicit de conſuetudine Nicolaus de Mattarellis, & vide ſupra §. conſuetudo facit ſcripturam, & Bal.in rubr.C de fide inſtrum.ad fi.Io.An.in addit.Spec.in titulo de fide inſtru.§.nunc dicendum verſ.priuatorum ad fi. & dom.Ant.c.2.ver.decimus caſus.

Scriptura priuata parte abſente facta an valeat,& an præiudicet ſcribenti,vide ſub verbo confeſſio facta.

Scriptura priuata ſiue ſit apodiſſa,ſiue epiſtola,ſiue liberationū, an faciat plenam probationem,uel ſemiplenam,vel probationem pro ſcribente,vel contra eum,vide per Bar.in l.nuda ratio ff de dona & in l ſcripturas.C.qui po.in pign. habeantur. & in Authent.& ſi contractus.de fide inſtru.& dom. Anto. in d.c 2.eo tit.& quem effectum pariat, vide per do. Ant.in c.ſi cautio.eo.tit.

Scriptura priuata debitoris,licet nō ſit per partes, vel per teſtes ſubſcripta, ſi eſt antiqua facit ſemiplenam probationem contra ſcribentem,vt no.Io.And.in addit. Spec. in tit.de inſtru. edit.§ nunc dicendum verſi. quid ſi producens,& idem no. do.Ant.in c.2 de fide inſtru.

Scriptura priuata creditoris in libro rationum ſuarum facit ſemiplenam probationē pro eo, ſi defunctus eſt, & fuit bonus homo,vt no.Bar.in l admouendi.de iureiur.& not. do.Ant. in c.2.de fide inſtrum.

Scriptura in qua quis confitetur debitū ſine cauſa, ſi producens allegat cauſam, ſcriptura cum allegatione cauſæ facit ſemiplenam probationem,quòd eſt notabile, vt no.dom.Ant in c.ſi cautio.de fide inſtrum.

Scriptura in columna,uel lapide ſcripto, an faciat plenam fidē. vide glo & Doc in c.cum cauſam.de probat.

Scriptura producta ex archiuo publico facit plenam fidem, vt no.gl in c cum cauſam,de probat. quod eſt verum, quando ille qui præeſt archiuo, confitetur eam de archiuo eſſe, & et ſint impoſita per manum Commentarienſis ſigna conſueta. vt no.glo in c.ad audientiam.de præſcription.& Bar.in Authent.ad hæc,in lect.antiqua C.de fide inſtrum. Inno etiam requiritur, quod talis ſcriptura quæ eſt in archiuo, ſit ſcripta manu propria Notarij publici, licet non habeat ſignum, itē ſubſcriptionem Notarij publici,nec alias ſolennitates,dū tamen appareat de manu Notarij ſcripta.ut no Bar.in authen. ad hæc.C.de fide inſtru.in lect.noua dicit tamen Bal. poſt Nicolaum de Mattarellis, quod talis ſcriptura de archiuo producta non facit fidem extra locum vbi eſt,& cuſtoditur archiuum, nec inter alias perſonas eidem loco non ſubiectas. ut notatur per eundem,de fide inſtru §.nunc dicendum.verſi. priuatorum,ad fi.& idem dicit do Ant.in c 2.eo.tit ver.octauo caſus vide quod no.Io.And poſt Hoſt.in d. cum cauſam. ſuper prima glo in fi & per dom. Ant.ibidem.

Scriptura noui & veteris teſtamenti, & Epiſtolæ Pauli, ac alij canonici libri, præter id quod ſunt recepti ab eccleſia, et ſacris Cōcilijs, etiam ſicut libri Ariſtotelis,ac Hippocratis cenſentur ſcripturæ publicæ,& authenticæ,quia longis temporibus a ſingulis, & authentica, & publica ſunt ſeruata.Ideo per eas probatur,quod a dictis auctoribus proceſſerunt, quòd eſt verum,ſi quo ad perſonas antiquas ſic ſunt ſeruatę,non quo ad alias perſonas antiquas illi loco,in quo ſeruatę ſunt non ſubiectas, vt no Nicolaus de Mattarellis, & Bal. ſuper rubrica. C.de fi.inſtr.& Io.And.in addi.Spec.in tit de fide inſtrum.§. nunc dicendum.Verbo priuatorum,ad fi.& do.Anto.in c 2. eo.tit.vide do Anto.de excep.cap.cum venerabilis. ver opp. contra præmiſſa 8.col.ver.8.caſus.Sed Bar. quem Ang ſequitur.in l.3.ff.ſi cert.pet dicit, quod ſcripturæ non approbatæ a

papa,

Digitized by Google

Papa, vel Imperatore ſunt duplicis generis. Quędā enim ſunt enunciatiuę, vt liber hiſtorialis ſeu chronica, & ſimiles, & iſtis credere debemus, ſi antiqui noſtri crediderunt ſecus in aliis ſcripturis. Vide gl. de iſtis chronicis, & legendis, loquente in prima conſtitutione Digeſtorum. § hæc autem tria, ſub verbo vrbib. quam nullius allegat. Quædam ſunt ſcripturę, quæ procedunt determinando, & diſponendo, & tunc ſi in ſtudijs obſeruantur, ut liber Ariſtotelis, & Hippocratis, illi ſtandum eſt. Si autem non ſeruantur in ſtudiis, niſi per rationem, concludunt illis ſtandum non eſſe niſi ratio vrgeat. Dici poteſt, quod dicta Ariſtotelis ſunt de iure approbata. vt l. ſi pater. ff. de ſolutionib. idem in dictis Hippocratis, ut l. 7. ff. de ſta. hom. ſecus in dictis Virgilij, & aliorum poetarum, vt l. in tantum, §. ſi cum, & l. ſequenti. ff. de ret. diuiſ. & ibi. no. glo. Vide Bal. ibi in dicta l. ſeptima quid de libro ſententiarum, & de libro qui appellatur Pontificalis. Vide ſup. §. lex licet ſit &c.

Secundum hæc dictio quid importet, vide ſupra ſub verbo iuſta. &c.

Securitas an danda ſit, & cum fideiuſſore, vel aliter, quando quis timet ſe ab alio offendi. Vide Cy. in l. denunciamus. C de his, qui ad eccleſias confugi. & per Spec io tit. de pig. § ſequitur, ver quid ſi timeo. & ibi per Io. And. in addi & per Bar. in l. illicitas § ne potentiores ff. de offi præſidis. & l. qui bona §. ſi quis iuſta. & §. ſi quis. ff. de dam. infec. & per. Bal. in l. illicitas §. ne potentiores. & in l. fi. ff de offic præſidis, & per Angel. in d. l. qui bona. verſi. ceterum.

Securitas quæ ſaluus conductus appellatur, an danda ſit delinquenti, & ſi data eſt, an habeat ſeruari. Vide Cy. in l. præſenti. in queſtione vltima. C. de his qui ad eccleſias cōfugi. & in Authen. de nup. § neque autem homicidis. in tex & glo. & de materia ſaluorum conductuum. vide per Nicol. Sicul. in c. 1. de tregua, & pace, & per Genu. in c. ſtatutum. de reſcriptis lib. 6. in § fin.

Senes an poſſint arctari, vt citati perſonaliter compareāt, uide ſuper verbo citatio §. citatus perſonaliter.

Sententia principis plenum ius cōfert, nec aliis adminiculis eget ſecundum Hoſtien. no. do Ant. de re iudi. c. cum Bertoldus. 10 colum ver. oppo quod ſententia, & vide ſub verbis iudex, executio, inſtrumentum, reſtitutio.

Sententia excommunicationis ſiue iuſta, ſiue iniuſta, valet, & ligat, quod eſt uerum, quando fertur ab ordinario. Sed ſi a delegato, & fuerit iniuſta, eſt nulla ipſo iure ſecundum Innoc. & Archi. no. Ro conclu 362.

Sententia excommunicationis lata poſt appellationem legitimam eſt nulla ipſo iure. Sed ante appellationem, licet pēdeat ipſo iure tempus appellandi, valet mero iure. Ideo eget iudicis abſolutione, & ſic non reuocatur per viam attentati. no. Ro conclu. 362.

Sententia excommunicationis, & ſnīa abſolutoria, ab excommunicatione lata parte non vocata, vel iuris ordine nō ſeruato, an valeat. vide ſup § citatio partis ſicut.

Sententia ſuſpenſionis, & interdicti an valeat, ſi monitio non præcedit. Vide d. § citatio prox alleg.

Sententia cenſuræ quæ eſt nulla, poteſt tolli ad cautelam. not. Ro. conclu 417.

Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti eſt interlocutoria. no. gl 2. q. 1. in ſumma & proprie nō eſt ſententia vt no. Archid. 11. q 3. venio. alias veniam.

Sententia excommunicationis nunquam tranſit in rem iudicatam, quin poſſit excommunicatus ſemper conqueri quòd excommunicatio fuit iniuſta, vt no de ſententia excommunicationis c ſacro in glo. ſuper verbo facere in fi.

Sententia miſſionis in poſſeſſionem eſt interlocutoria. 2. q. 1. in ſententia. &c.

Sententia reuocationis attētatorum eſt interlocutoria, & habet uim diffinitiuę, vt no. Ro. conclu. 81. & conclu 96. Quod eſt verum, quando attentatio facta eſt ſuper poſſeſſione rei, de qua agitur. no Ro. conclu. 13. vide omnino infra in §. ſententia lata in poſſeſſorio ſolo.

Sententia per quam pronunciat appellationem eſſe deſertam, eſt interlocutoria, habet tamen vim diffinitiuæ. no Ro. conclu. 406. Hoc verum, quoad cle. appellanti ſed nō quoad c. cordi. no Ro conclu 2 Item habet vim diffinitiuę, quoad obſeruationem terminorum no Ro concl. 83 Sed aduerte, quod vbi dictum eſt, eam habere uim diffinitiuæ quod procedat, ſicut not Rota conclu. 409.

Sententia lata ſuper ineptitudine libelli, eſt interlocutoria. No. do Ant. in c. ad diſſolutionem, ſeu ad diſſoluendum de deſpō. impuberum.

Sententia per quam iudex ſe iudicem pronunciat eſt interlocutoria, habet tamen uim diffinitiuę, ideo non poteſt contrario Imperio reuocari No. do. Ant. de app. c. cum ceſſante. Idem in appoſitione, & ponitur notabilis limitatio ad c. ſignificantibus. preallegato titulo.

Sententia per quam pronunciatur appellationem non potuiſſe interponi, eſt interlocutoria. Sed ſi pronunciatur bene iudicatum & male appellatum, eſt diffinitiua. ut no. in cle. fin. de ap. in glo. 3.

Sententia lata ab obſeruatione iudicij eſt interlocutoria no Ro. conclu 66 habet tamen uim diffinitiuæ quoad clem appellāti, ſed non quoad c cordi. ut no. Ro conclu 13. Item habet totaliter uim diffinitiuæ quando imponit finem controuerſiæ quod eſt, quando fertur ex cauſa habentem perpetuam cauſam abſolutionis, & prohibitionis, ut ſi quis abſoluitur, quia ſoluit, uel quia occiſus poterat impune occidi ut quia obſtabat alia perpetua & peremptoria, vt no Bar in l. Titia ff de accuſa. & Bal io l. properandum, §. ſi quidem C. de iudi. & ſi cauſa non exprimitur in ſententia, præſumitur lata ex illa, de qua in actione apparet. no. Bal C. quomodo & quando iudex l. ſi vt proponis. in fi. & do. Ant. de excep. c. ſi aduerſario. in prima oppoſitione.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij in contumaciam actoris non poteſt ferri, niſi præcedat trina monitio per aud. cētiam. no. Ro conclu 66.

Sententia lata ſuper exceptione peremptoria, vel præiudiciali, licet ſit interlocutoria, habet vim diffinitiuę, no Ro. concl 409. & no. glo. in cle. fi. de app. Sed ita demum habet uim diffinitiuæ, ſi declarat exceptionem obſtare vt no. glo. in cle. prædicta. quod dictum eſt verum, ſi conſtat ſententiam latam ſuper exceptione peremptoria, vel præiudiciali interlocutoriam eſſe, limita id eſſe verum, quando poſt ſentētiam illam expectatur ab eodem iudicio diffinitiuo principalis cauſæ, ſecus ſi talis ſententia feratur a iudice coram quo non expectatur alia ſententia, ſicut quando iudex eccleſiaſticus pronunciat ſuper illegitimitate incidēte ad cauſam petitionis hæreditatis principaliter motæ coram iudice ſæculari, quia tunc eſt diffinitiua ſecūdum Fede. de Senis, vt no. do. Ant. in c. tuam. de ordin. cogni. ver. ex his decil prima 6. col.

Sententia lata ſuper nullitate proceſſus habet vim diffinitiuæ. No. Ro conclu. 332. Et hoc eſt verum, & ſi per illam renuncietur ſentētiam ab alio diffinitiuæ latam, eſſe nullam ut no Ro. conclu. 334.

Sententia lata in poſſeſſorio ſolo quando primo fuit accumulatum petitorium, & poſſeſſorium in beneficiali, non poterit peti ſequeſtrum fieri, & ita ſingulariter limita. clem 1. de ſeq. poſ. quæ dicit ſequeſtrum fieri ex diffinitiua in petitorio lata, quæ debet intelligi, quando eſt lata in poſſeſſorio abſque petitorio ab initio intentato, illa enim bene eſt diffinitiua. Et idem puto in poſſeſſorio etiam incidenter per viam atentati deducto, quia cauſa attentatorum non minus priuilegiata eſt, immo magis, quam interdictum vnde vi, principaliter intentatū Et quod aliter dicatur ſentētiam reuocationis attentatorū eſſe interlocutoriam, licet habeat vim diffinitiuæ, verum eſt, quando attētatum eſt ſuper alio, quam ſuper poſſeſſione Sed ſententia reuocatoria attentati ſuper poſſeſſione eſt diffinitiua quia in poſſeſſorio lata non minor quam ſi lata eſſet ſuper interdicto unde vi, per tex & glo. cle. prędictę ubi expreſſe dicitur, quod ſentētia in poſſeſſorio lata eſt diffinitiua, niſi forte dicatur illud verum, quando poſſeſſorium deducitur ſine petitorio principaliter, ſecus ſi incidenter, quia tunc interlocutoria cenſetur, arg eorum, quæ no. do. Ant ſuper rubrica prædicta. Sed plenius, & eleganter diſtinguit de iud. c. ſi vbi colligit & vide omnino ſup. § ſententia reuocationis.

Sententia interlocutoria per lapſum decēnij tranſit in rem iudicatam no. Ro conclu. 13. Alibi dicit Rota, quod ſententia interlocutoria non habens vim diffinitiuæ nunquam tranſit in rem iudi quoad iudicem. vt no. Ro conclu. 406. Et idem no. glo. antepenultima. in c. ſi de app. lib. 6. ideo poteſt iudex eam quandocunque reuocare. Quod limita niſi interlocutoria ſit per alias duas ſententias confirmata. vt. no glo. in cle. ſi eo tit. in verbo ſuper eodem in fine.

Sentētię appellatio in dubio intelligitur de diffinitiua no ff quādo appellandum ſit, l. 1 § biduum, & de teſti cap. cum cauſam & no Bal. ff de iureiur. l. iuſiurandum, & ad pecuniam § fi. & ideo ſub nomine ſentētię non venit ſententia excommunicationis, vt no Lapus in c. animarum. de conſt. lib. 6. quia interlocutoria eſt. vt ſup. §. ſententia excomm.

Sententia per quam pronunciatur male appellatum, uel appellationem eſſe deſertam, ſi ultra non dicit, confirmat ſententiā, a qua fuit appellatum, ſi alias erat nulla. No do. Ant. de appellat. c dilecto & glo. in clem. ſi appellatione. in glo. fi. de app. & quod no de ſententia excō. c. licet lib. 6. & uide. Io. An nouella & in additione ad Spec. de ſent. prolati. §. iux. uer. Sed nunquid libellus.

Sententia lata contra mortuum non ualet, ſed pro eo iudex ſic, ſi ante mortem citatus fuit, & mortem ignorauit. no. do. Anto. de

de iudic. c. quia V. ver. venio ad gl. Sed Bar. dicit, quod non valet pro mortuo, nec contra eũ. ff. d. re iudi. l. in ſumma. §. ſi niſi lis fuiſſet eo viuo cum procurato: e ſuo conteſtata ut ipſe no. in l. a. ff quæ ſen. ſine ap. reſcindan. & tunc ſententia dicit ferri, non contra defectum, neque contra procuratorem olim a tali conſtitutum. Si enim contra eum feratur procuratorio nomine defuncti, non valet ut no. idem Bal. C. de ſen. & inter locu. om. iudi. l. 1. ver. quæro. mortuo, &c.

Sententia in reali ius non dat, ſed detegit. ut no. do. Anto. de reſti. in integ. c. ex literis. ver quæro an, & idem no. ibidem in gl. quod proprius. prope ſi. in c. contingit. de dolo & contumacia in 2. & glo. 4 ad ſi. idem Bart. in l. Pompon. §. qui iuſſum. ff. de acqui. poſſ. idem. Io. And. in c. 1. de conceſſi preben. vbi dicit quod ſententia iniuſta adiudicatoria in beneficialibus nullum ius nec titulum confert in beneficio. Idem do. Ant. tenet in c. ad petitionem. de accuſa. vide gl fi. c. niſi de offic. iudic.

Sententia in reali licet contra reum qui non poſſidet, non poſſit ferri condemnatoria ad reſtituendum, poteſt tamen ferri declaratoria dñii pro actore, quę proficiet ſm Cy. aliter ſi poſtea reperiatur eum poſſidere no. do. Ant. de iudic. c. dilecti in fine.

Sententia præſertim excõicationis lata ex cauſa euidenter iniuſta, eſt ipſo iure nulla, ut no. per glo. & do. Ant. de ſen. excommun c. per tuas & eſt tex. in c. venerabili. §. ſi. eo. tit. lib. 6. vide inf prox §. & vide omnino, do. Ant. in c. ab excommunicato de reſcriptis. vbi plenius loquitur.

Sententia lata ex falſa cauſa non vitiatur ipſo iure, ſed eſt opus reſtitutione no. do. Anto. de reſtit. in integ. c. tum ex litteris ver. no 7. Et ſi in falſa cauſa eſt adiectum pręcipue nihilominus retractatur, ſi ex alia cauſa ſuſtineri non poteſt, ut no. idem do. Ant. eo. c. ver. no 9 Sed Io. And dicit, ſententiam ex falſa cauſa, vel ex iure non ſuffragante latam non valere, ut ipſe no. de conceſſione pręb. c. ex parte. ſub verbo occaſione conſilii. ubi cauſa vera vt ius ſuffragans admiſceantur vt no. per eum de renunciat. c. in præſentia. in glo no quod vide Bar. qui diſtinguit inter falſam cauſam. in iure uel in facto in l. ſi is ad quem ff. de acqui. hæredi. vide omnino ſup. §. proximo. & vide do. Ant. in repetitione. c. ab excommunicato de reſcriptis. & c. in præſentia. verſic. oppo. quod ſi appareat de renunciatio ubi plene diſtinguit ſecundum Io. And. videtur ſequi diſtinctionem Bar. in d. c. in præſentia.

Sententia lata expreſſo iuris errore eſt nulla, quando de iure illo apparet caſus legis. Secus ſi ex iuris ſimilitudine, vt ratione caſus decidatur, & ideo quando lex eſt multipliciter intelligibilis. no do. Ant de app. c. cũ ſpeciali. ver quæro quæ ſint, & vide quòd not per eundem, de conſti. c. 1. lib. 6. ſecunda colum. & de re iudi. c. 1. vbi plenius dicit, & in repetitione c. ab excõmunicato. de reſcr. & inf. §. prox.

Sententia debet retractari, quãdocunq; error, vel iniquitas colligi poteſt ex actis, ac ſi error fuiſſet in ſententia expreſſus. ſecũdum Inno. & Io. And. quod eſt ſingulare, vt not. Ro. conclu. 336. quod eſt verum in ſententia lata in matrimonio carnali, vel ſpirituali, vel in cauſa beneficiali, quia non tranſit in rem iudi. not. Ro. conclu. 337. hoc limita, & ita intellige, quando ſententia expreſſe ſe refert ad acta, vt no. dom. Ant. de re iudi. c. cum Bertold. 10. col. ver. quintus caſus, & an tunc, & quando dicatur ſententia continere manifeſtum ſiue expreſſum iuris errorem, vide in d. c. cum Bertoldus, & per eundem in c. quoniam contra. de proba. charta vltima, penult. col. Et vide omnino in c. clericus de iureiuran. & de frigidis. c. fraternitatis de re iudi. c. 3. & de renunc. c. in præſentia. & ſup. §. prox vide omnino. Bar. & Bal. in l. 1. C de erro. cal. & in l cum prolatis ff. de re iudic.

Sententia in beneficialibus licet tranſeat in rem iudi quo ad partem, tamen non quo ad iudicem, quin poſſint nouas ex offic. pro, & contra iniuſte detinentem deſtituere. Item nec tranſit in rem iudi. quo ad partem, quin per viam denunciationis Euangelicæ poſſit denunciare. Et ita dom. Ant. concordat opiniones contrarias, in c. ad petitionem de accuſa. ſed pleniſſime, vide per eum in cap. ad audientiam, de reſcript. penult. & vltima colum.

Sententia non poteſt ferri generalis, & incerta, ſed ferenda eſt in genere contra omnes, quorum intereſt. no. Ro conclu 401.

Sententia poteſt ferri in genere cõdemnatoria, ſuper fructibus, qui veniunt acceſſorie ad rem petitam principaliter, nec eſt neceſſe, quod declaretur quantitas, nec æſtimatio ipſorum, quia poterit in exequutione declarari. No. Ro. concl 26.

Sententia interlocutoria lata parte non citata, an valeat. vide ſub verbo citatio. §. citatio non requiritur ad interlocutoriam.

Sententia ſi narrat delegationem iudicis, & alia acta iudicii, in illa probentur per ſolum inſtrumentum. §. inſtrumentum ſententiæ, & inf §. ſententia ab eo ipſo.

Sententia an cui præiudicaret, præiudicent acta, vide ſub verbo acta probatoria.

Sententia an requiratur in notorio facti, vel confeſſionis, aut probationis, ſiue poſſeſſionis. Vide ſub verbo notorium §. notorium operatur quod ſuper eo.

Sententia lata ſuper cauſa, ex ficta confeſſione an infamet, vide ſup. § confeſſio ficta.

Sententia etiam declaratoria, nõ requiritur quo ad electionem, collationem, vel prouiſionem faciendam de beneficio, quo quis eſt ipſo iure priuatus, licet requiratur quo ad executionem & poſſeſſionem priuato auferendam, vt patet in c. licet epiſcop. de præb. lib. 6. in tex. & gl. & ita intelligatur, quod no. Arch. de pœnis. c. felicis. lib. 6 & Io. And. de homic. & § hæreticis. c. eum ſecundum. in nouella.

Sententia lata contra minorem abſentem, & defenſum valet in rebus eccleſiaſticis, licet non in prophanis. no. glo. de reſtitu. ſpol. c. ex parte.

Sententia abſolutoria poteſt ferri pro abſente, etiam in cauſa criminali no. Ro. conclu. 146. &c.

Sententia abſolutoria, vel informatoria poteſt ferri pro reo contumaciter abſente. no Ro. conclu. 189.

Sententia præſumitur lata ex cauſa, de qua in actis apparet, quia ſententia defertur ad acta. no. do. Ant. de exce. c. aduerſario, in ptima oppo. & Bal. C. quomodo, & quando iudex. l. ſi vt proponis, la prima.

Sententia abſolutoria poteſt ferri pro excomm. per procuratorẽ ſe defendente ſed adiudicatoria non no. Ro conclu. 189.

Sententia lata ſicut non ualet contra non citatum, vel furioſum ita nec pro eo, ita no. do. Anto. de indici. c. cauſam.

Sententia lata per falſa inſtrumenta eſt nulla. no Ro. concl 330.

Sententia nulla eſt iniqua quia omne nullum eſt iniquum no In noc de offic. dele. c. cũ contingat, & do. Ant. de exce. c. dilecto vltima colum.

Sententia ſi fertur ſuper parte, non ſuper toto, non ualet quando iudicium tenet ſuper toto ſecus ſi teneret ſuper parte tantum no. Bar. ff ſol. mat. l. ſi conſtãte, §. ſi. & prædicta uera ſunt, quando iudicium eſt ſuper vno capitulo duntaxat. Secus ſi ſuper diuerſis, quia tunc valet ſententia ſuper vno. licet non feratur ſuper alio ut no. Bald. C. ſi aduerſus rem iudi. l. 1. & no. glo. ff. familiæ erciſcundę l. in hoc iudicio. Vide plene per do. Ant. in c. cum inter uos de re iudic.

Sententia condemnatoria in parte abſque dictione taxatiua non operatur tacitam abſolutionem in alia parte no Bal. in l. 1. C. ſi aduerſus rem iudic. niſi petitio eſſet generalis certa quantitate non expreſſa, vt ibi no per. Bal & Inno. & do. Anto de re iudi. c. cum inter vide Archid. 12. q 2. ſi quos, & Spec. in tit de ſent. prolat §. qualiter, ver. quid ſi peto, quem ſequitur Io. And. in d. c. cum inter. in gl. ult. &c.

Sententia valet, in qua iudex dicit, condemno reum ſi actor probauerit ſecundum Inno. ut not do. Ant. de iureiur. c. Quintauallis pen. col.

Sententia debet eſſe conformis libello de Simon. c. licet Heli. ſed & quandoque ſuper non petito in libello toleratur ſententia, vt no ſuper verbo iudex. § iudex poteſt reum.

Sententia contra notorium an valeat vide ſub verbo notorium. §. notorium operatur, quòd ſententia contra, & de lata contra manifeſtum, vide ſub verbo manifeſtum §. manifeſtum non operatur, &c.

Sententia eo ipſo apparet lata, etiam ſi de ipſa per partes tantum appareat, præſumitur ſolenniter lata, nec eſt opus, quòd aliter probentur interueniſſe ea, de quibus in ſententia fit mentio. No. do. Ant de cohabit. cler c. veſtra 92. colu. in q an factum, quod notorium dicitur ſit probandum, in fine ipſius quæſtionis, vide ſub verbo inſtrumentum, §. inſtrumentum ſentẽtiæ, ſi narrat. & ſup. §. præſumitur pro ſententia.

Sententia lata ſuper eo, quod fuit deductum per actorem excipiendo in modum cauſæ, vel ſuper eo, quod fuit deductum per reum excipiendo, an pariat exceptionem rei iudicatę, ſi poſtea id principaliter in alio iudicio petatur, dicit do. Ant quòd non niſi ſuper deducto per modum cauſæ, vel exceptionis fuerit lis conteſtata, vt ipſe no. in c cum eccleſia Sutrina de cau. poſ. ver. oppo. quod ſuper. vel niſi deducta exceptione fuerit plene cognitum, vel diſcuſſum, & contra excipientem pronunciatum, qui poſtea ad eundem finem agit ſuper eo, quod accidit, vt no per eum, de excep. c aduerſario poſſet dici, quod ſi fertur ſententia declaratoria, & condẽnatoria pro actore, nocet reo. per l. ſui autem §. ſi ff. de neg geſt. & l. fundum, ff de exceptionibus. Secus ſi fertur abſolutoria pro reo, ut ff de excep. l. ſed & ſi ante. Ratio differentiæ eſt, quia abſolutoria non declarat ius alicuius partium, ſed declaratoria ſic. Vide Barto. ff de excep. l fundum. & de verb oblig. l. qui Romæ §. duo fratres, & ver. oppono. & C. de ordi. iudi. l. 1. & ff. de excep. rei iudic. l. duobus.

Sententia lata etiam pro conuentu, ſiue prælato, quando alter ſine altero eſſe non poterit in iudicio, non valet. No. do. Anto.

de

Digitized by Google

deindi. c.cauſam. ſed ſententia lata contra abbatem ſolum, vel conuentum ſolum valet, licet abbas, & conuētus ſimul fuerint litem conteſtati, ſecundum Inn.not Rot.concl.201.

Sententia licet ſit lata contra abbatem, vel conuentum ſimul, & abbas, & conuentus, ſimul appellauerint, poteſt tamen abbas ſolus, & diuiſim appellationem proſequi, & petere, qđ ꝓ eo feratur abſolutoria actore nō probante. No. Ro.cōcl.201.

Sententia non valet ſine probationibus, ſecundum Io. And licet Cal.contra, vt no.dom. Anto.de cohabit. cle.c.veſtra 21. col. Sed ſecundum Innocen ſententia lata in ſummariis, & notoriis, non auditis defenſionibus, ſed non admiſſis probationibus, ſuper eis tenet ſententia in ſummarijs, licet non in plenarijs, quod eſt notabile dictum, ſed etiam in ſummariis tenet, ſi appellantur a non admiſſione ſecundum Hoſti. Et in caſibus in quibus dictum eſt ſententiam tenere, intellige niſi conſtet omnem cauſæ cognitionem fuiſſe excluſam, ut no.do. Anto. in dicto c veſtra 49. col in deciſionijs autem vide plenius, per eum, in c.eccleſia S. Mariæ. de conſtitutio.

Sententia lata pro excommunicato an valeat, vide ſub verbo excommunicatio. §. excommunicatio ſi pro ſe lata ſit ſuper iure cohærente perſonæ, vel &c.

Sententia quæ perſonam afficit, facit ius quoad omnes. No.gl. de appel. c. paſtoralis. in glo.fi. & idem no.do. Ant.in pen. col. vide §. prox.ſeq.

Sententia lata inter partes an faciat ius quoad omnes. Vide plene per dominum Antonium, in cap.quamuis.de re iud. & in c.cauſam quæ.qui filii, ſint legi. & vide ſup §.prox.

Sententia lata contra ſententiam etiam per appellationē tantum non ſuſpenſam valet, etiam ſi de prima ſententia oppoſitum, non, fuit, vt Inno & gl.no & dom. Ant. de re iud.cap. inter monaſterium licet Io. And.ibi dicat contra communē opinionem Innoc. Butri Bar & Bal.in l.1.C quando prouo. non eſt neceſſe tenent contrarium. Item valet ſecunda contra primam, quando prima eſt nulla, vt no.per gl.& latius, in d.c.inter monaſterium. Item valet ſecunda contra primam, quando agitur de negotio publico, vt not. glo.in d.cap.inter monaſterium in l admonendi, ff. de iureiurando. & hoc tenet Inno Io. And.in d.c.inter monaſterium. Vide etiam præmiſſa, quòd no.dom Aut.in repe. c. ab excommunicato, de reſcrip. & in c.cum dilecta, eo. tit. vbi pleniſſime loquitur de iſto articulo. Item valet ſecunda, quando fertur ſine noua inſtantia, vt not. Bart.in l.1.C quando prouoc.non eſt neceſſe. Sed do. Ant.dicit etiam, quod in alia inſtantia non valet ſecūda contra primam, quando prima fuit iudici, vt iudici nota, vt ipſe dicit Ioan.And.in c.cum M. Ferrarienſis. de conſtitu. 39.colum. ver nota hoc dictum Compoſt.

Sententia lata contra teſtem de falſo non præiudicat inſtrumēto, quod ſit falſum, nec præiudicat Notario, qui hoc ſcripſit, licet etiam idem Notarius ſententiam ſiue falſitatem inſtrumenti late ſcripſerit, no do Ant in c quamuis.de re iud.pen. col. & vlt. Idem tenet Bar in l Lucius de his qui not infam.

Sententia inter partes lata, licet iurantib. præiudicet, quo ad plenum præiudicium, facit tamen contra eos ſemiplenam probationem, quæ ſufficit ad iuramentum deferendum, no.do. Ant de re iudi c.quamuis.5 collat.

Sententia ſi eſt ferendā de conſilio alterius, & non apparet conſilium datū, an corruat. no Bal.in l.1. C.ne in vna eadēq; cā.

Sententia lata probationibus a iure improbatis eſt ipſo iure nulla, vt no Io. And.de probationib c. quoniam contra falſam, ad fi, & Bal.in l.libertorum C.de teſtibus.

Sententia excommunicationis quibus caſibus nulla ſit. Vide gl.de ſententia excommunicationis, c.præſenti, lib.6. & text. de appellat.c. ſi duobus.in princ vbi dicitur, quando ſententia excommunicationis lata per non iudicem, qui tamē credebatur iudex, valet.

Sententia an debeat fieri contra dominum, vel procuratorem. Vide per gl. & do Ant.in c.querelam.

Sētētia nulla non obtinet auctoritatem rei iudicatę. C.quando prouocare non eſt neceſſe l.1.& 2 q.6.§. ſi quis appellat.& §. ſententia, nec meretur habere nomen ſententiæ, ut eſt caſus in cle.paſtoralis, ver. vt igitur, de re iudi.

Sententia ſine cognitione eſt nulla, & præſumitur iudicem nō cognouiſſe de cauſa, quando poſt litis conteſtationem ante paucos dies pronunciat, & ſententia eſt nulla tamquam ſubito lata, ut no Bar in l prolatam. C.de ſententiis, & interlocut quod eſt verum, quando fuit lata in abſentem, ſecus ſi in præſentem, & non reclamantē, ut no.do. Ant.de prob. c.qm̄ contra.in vltima charta, & prima col & Lap.alleg.28.

Sententia a qua non eſt appellatum, vel eſt appellatum, non eſt facta proſecutio, licet pro eo præſumatur, quòd ſit rite, & iuſte lata, tamen ſi contra illam præſumptionem opponitur, qꝛ non rite, id eſt non ſeruato ordine iudiciorum ſit lata, admittitur probatio, quę poteſt fieri tribus modis. Primo per productionem actorum, in quibus non apparet lis conteſtata, vel alius ordo ſeruatus, & ſic illa negatiua probatur per, inſpectionem actorum, vt no. Io. And.in c ad ſedem, in fi. de reſtit. ſpol. & in c. quoniam contra. ſuper vltima glo de proba. & in addit in tit. de ſententię prolatione, §. ut autem. verſi. & no. Secundo per partis confeſſionem. Tertio per teſtes, qui acta viderunt, uel eis inter fuerunt, ut no.dom. Anto.in d.c.quoniam contra, in vltima charta, prima colu. Si autem opponitur contra ſententiam, non reſpectu ordinis non ſeruati, ſed reſpectu iniuſtitiæ, quia iudex verum debitorem abſoluit, vel non debitorem condemnat, tunc an, & qualiter admittatur probatio. Dic quod ſi vult probare iniuſtitiam per confeſſionem partis, admittitur, quia talis probatio admitti debet etiam contra præſumptionem iuris, & de iure. Item ſi vult aliter notorie oſtendere de iniquitate notoria, quia ex hoc redditur ſententia nulla. Si autem uult probare iniuſtitiam per acta, quæ producit, tūc ſi acta ſunt producta de voluntate partium, & ex illis apparet expreſſa iniuſtitia, vt quia eſt condemnatoria, & in actis apparet inſtrumentum ſolutionis fuiſſe productum, debet ſententia retractari. Secus ſi in actis non conſtat de expreſſa iniuſtitia, licet ex eis nō colligatur iuſtitia, quia non potuit iudex ex actis ſe mouere. Et prædicta vera, quando ſententia expreſſe non refert ſe ad acta, vbi autem ad acta ſe expreſſe refert, tunc licet Innoc. narrauerit, dicendo quod ſi iudex in ſententia aliquid aſſerit ex actis probatum, debet ſentētia retractari, quia hoc colligi poteſt ex actis, ſecus ſi aſſerat non probatum, quia quanta fides ſit teſtib. adhibēda, reſidet in pectore iudicantis, qui potuit aliquam vacillationem, vel aliud erga perſonam teſtium videre, ex quo non adhibuit ei fidem. Si vero pars vult probare iniuſtitiam per alias probationes, quam per acta cauſæ, tunc ſi per faciendas, non admittitur, ſi per factas parte non contradicente admittitur, quantum vltra iniuſtitiam ſit in dubium reuocatum, & de viribus ſententiæ diſputatur. Tūc ſi coram iudice appellationis, non debet, nec poteſt admitti, quia poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, quia non fuit appellatum, uel quia non fuit appoſitio proſecuta, ille non eſt iudex competens, niſi partes prorogauerint iuriſdictionem, vel ipſe pronunciauerint ſe iudicem, uel appellationem non deſertam. Sed ſi coram ordinario, vel alio ſuper hoc iuriſdictionem habente, de iniuſtitia diſputetur, tunc diſputationes & probationes parte non contradicente factæ debent admitti, & ſententia retractari, quaſi præſumptio ſententiæ ſuccumbat veritati contrariæ iam patefactæ, ut quia probationes tranſiuerunt in notorium. Vnde ex quo conſtat de notoria iniuſtitia, admittitur probatio, & contra præſumptionem iuris. & de iure, ut no.dom. Anto. in dicto capitulo quoniam contra.in ultima charta. Vide ſub verbo præſumptio, §.præſumitur pro ſententia.

Sententia caſſata, tanquam nulla, caſſatur & confirmatio, vitio ſententiæ ex confirmatione non ſublato, & quando vitium perimit confirmationem eſt excluſiuum. Not.dom Ant de teſti.c.ex parte Adæ. nono notabili.

Sententia lata proprie, & ſine cauſæ cognitione eſt nulla ipſo iure, ut no.in clem.paſtoralis, vbi dicit, no glo. de re iudic. In contrarium facit, quòd non ipſo iure ſit nulla, ſed veniat caſſanda, de reſti in integrum, c.cum ex literis, & ibi not.dom. Ant in 7.notabili Bar tenet, quòd non eſt nulla, in l.prolatā. C.de ſententiis, & interlocuto. & quę dicantur eſſe de cauſæ cognitione, vide ibi per eum, & plenius per do. Ant.in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſtitut.

Sententia an debeat fieri in die citationis. Vide Ang.in l. & poſt edictum, ff.de iudicis.

Sententia per quam iudex pronunciat reſtituendum eſſe operatur effectum, ac ſi iudex dixiſſet reſtituimus, vt no. Bart.in l.ſundus, qui L.ucii. ff de reſcin.vend.

Sententia lata contra abſentem non valet, ſi non appatet ad cuius inſtantiam, lata ſit. Secus ſi lata eſt vtraque parte præſente, vt not. Bal. in l.1..C.ut quæ deſunt aduoca.partium, &c.

Separatorū ſeparata eſt ratio, ideo de vno ad aliud non infertur, de off.ord.c.dilect & C.de codicillis. ſi ideſh. & ff.de minor. l.Pompon. & no Ro.conclu 426.

Sepulcrum an poſſit eſſe in domo laici, etiam ad quem iudicē ſpectet recognoſcere de iure ſepulchri, ſiue funerandi, vide ſub verbo laicus, §.iudex ſæcularis non cognoſcit.

Sequeſtrum factum contra poſſeſſorem beneficij, propter ſententiam in prima inſtantia contra eum latam, non reuocatur, licet in ſecunda inſtantia, obtineat primam ſententiam infirmari. Sed expectatur finalis victoria cauſæ, not.Ro.conclu 400.in princ. Sed ſi in prima inſtantia fuit pro poſſeſſore lata, licet poſtea contra eum feratur ſententiam in ſecunda inſtantia, non propterea fit ſequeſtrum, ut no.Io.And. in addi Spec.in rubr.de ſeq poſſ.

Sequeſtrum poſſeſſionis, & fructuum fit in cauſa beneficiali ſtatim lata prima ſententia pro petitore contra poſſeſſorem, ſecus ſi feratur tantum contra poſſeſſorem non tamen pro petitore. Item tunc fit dictum ſequeſtrum, quando agitur de titulo beneficij, uel de eius poſſeſſione, ſecus ſi agitur ad priuationem. Itẽ ſecus ſi poſſeſſor, qui in titulo ſuccubuit triennio pacifice poſſidet Item fit dictum ſequeſtrum non obſtãte, quod tertius appellet pro ſuo intereſſe. Not. Ro. concluſ. 373. Et quod dictum eſt ſequeſtrum fieri, quando agitur de poſſeſſione ſingulariter limita, & intellige, ut notatur ſub uerbo ſententia, §. ſententia in poſſeſſorio ſolo.

Sequeſtrum vbi eſt fiendum, an admittantur oblatio, & præſtatio cautionis de ſatiſdando, & regulare eſt, quod ſic ut in fideiuſſore, ff. qui ſatiſda cog. & de iudi. c examinata. ſuper gl. 2 Fallit in caſu clem. 5. de poſ. c fi. & ubi ſequeſtrum nõ ſimpliciter permittitur, ſed pręcipitur præcipue cum adiectione pœnarum, & ex cauſis, & ita no. Io. And. in addit. Spec in loco præallegato.

Sequeſtrum poſſeſſionis ſi fit de voluntate partium, poſſeſſor perdit poſſeſſionem, & tranſit in ſequeſtrum. Secus ſi fiat ex neceſſitate per indictum præceptum, ut no. Bart. in l intereſſe, ff. de acquir poſſeſ & Io. And. in cap examinata, & de iudicus, & idem dicit do. Anto. 6 col. ver. 2. dicit gl. prædicta intellige, niſi iudex exprimat in præcepto, quod vult poſſeſſionem transferre in ſequeſtrum, ut no. in dictis iuribus.

Seruitus poteſt conſtitui, & creari in ſola voluntate conſtituentis etiam ſine uera poſſeſſione, uel quaſi ſicut etiam poteſt transferri proprietas abſque vera poſſeſſione, uel quaſi, dum tamen aliqua traditio interueniat. no dom Ant. de cau poſ. c. fi. 9. col. uer. uenio ad ſecundum articulum.

Seruitus viæ ſi non eſt determinata in certa parte fundi ſeruientis, dicitur competere ratione totius fundi, & qualibet eius parte Poteſt tamen ille, cui ſeruitur, & debet compelli de iure, ut ciuili modo utatur, & ut non uadat per medium ſegetis, vel vineæ, & etiam officio iudicis compelli poteſt, ut ad certam partem fundi uiam terminet. no. do. Ant. de cau poſ. c fi. 93. col. verſi. nunc vlt. reſtat.

Seruitutem viæ habens ad plures fundos, utendo illa ad unum fundum, intelligitur ea uti ętiam reſpectu aliorum, quibus eadem ſeruitus debetur. No. dom. Anto. de cau. poſ. cap. fi. pen. col.

Seruitus quando debetur, & opus eſt aliqua refectione, quis teneatur illam refectionem facere, an dominus prædii ſeruientis, uel dominantis. Vide Barto. in l. a § apud Labeonem, de aqua plu. arcen.

Seruitutibus pro realibus an dentur remedia poſſeſſoria, & qualia. Vide ſub uerbo præſcriptio iuris incorporalis, iuris realis, uidelicet ſeruitutis.

Seruitus quandoque per legem interpoſita ipſo iure habetur, puta ſi quis habet aream, in qua fructus triturantur vento auxiliante, & habens fundum vicinum, velit in ſuo ædificare, per quod ædificium vẽtus aufertur, poteſt dominus areæ prohibere ne ædificet, ſi alium ad aream uentum habere nõ poteſt. Et eſt ſpeciale illo caſu, fauore fructuum conculcandorum, vt eſt caſus ſecundum Cy. Bar. & Bal. in l. fi. in fi. C. de ſeruitutibus.

Seruus non eſt, qui ex matre libera, & patre ſeruo natus eſt, quia partus ſequitur ventrem quo ad libertatem, vel ſeruitutem. C. de rei ven l partum. ſed quo ad munera, & honores ſequitur conditionem patris, vt no. Io. Andr. in c. fi. de ſeruis non ordi & Bal in l. fi. ad municipalem, & probatur, ff de liberis in tex & gl. Fallit quo ad libertatem, & ſeruitutem, quãdo conſuetudo eſt in cõtrarium, ut in c. pen. de coniugio ſeruo. Item fallit in nato ſeruo reipublicæ. C. de ſeruis reipu. in l. 2. Item fallit in nato ex parte cenſito, & matre non cenſita, quia talis ſequitur conditionem patris, & cẽſitus reputatur. l. diffinimus, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & not. glo. in l. ne diutius, eo. tit & idem no Bar. in dictis legibus, & facit l. cum ſatis, §. 1. eo. tit. Cenſitus tamen nõ eſt ſeruus, ſed liber, licet aſtrictus ſit ad certa onera. l. 4. eo. tit. & ibi no Bar. Item fallit in nato ex patre murilego, vel conchilegulo. Nam & ille ſequitur conditionem patris l fi C. de murileg. eo lib.

Seu an iſta dictio coniungat, uel diſiungat, vide in ff. de auro, & argen leg l ſi quis ita, & ibi no Bar. & in l ſi is, qui ducenta. §. vtrum. ff de rebus dubijs, & per Io. And. in c. 2 de offic. vica. lib. 6. in nouella.

Sicut hæc dictio quandoque denotat omnimodam ſimilitudinem, quandoque non, vt no. dom. Ant. de iudi. c. quia V. ver. primo oppono, & uide omnino ſub uerbo iuxta, quia illi ęquiparari poteſt, ſed poſt æquipollet iſta, ſicut & iuxta, ſecundum Grammaticalem ſenſum.

Sigillum quod authenticum eſt, vide Rot. concluſ. 147. & vide ſub uerbo litera.

Sigilla authentica ſi ſunt plura eidem literæ appenſa habẽt vim probationis, & faciunt ſcripturam probare, quæ alias ex uno ſigillo duntaxat non probaret, & operãtur probationis actus præteriti in litera narrati, quia alias non probaretur ex uno ſigillo duntaxat. No do. Anto. poſt Cal. de probat. c. poſt ceſſionem. ver. 6. caſus. 10. col.

Scilicet iſta dictio non ſolum eſt declaratiua, ſed reſtrictiua, no. gl. & Bar in l. 2. ff ad leg. Aquil. & de ſundo inſtructo. l. quæſitum. §. penul. contrarium no glo. quod non reſtringit, in l. cum ita § fi. de leg 2.

Simonia eſt, ſi renuncio tibi beneficium meum, vt tu nepoti, uel amico meo renuncies tuum, no. Ioa. And. de rerum permut c. 1. lib 6. ſuper verbo ſua in nouella. Item ſimonia eſt, ſi renuncio beneficio meo, hoc expreſſo, ut alteri conferatur. Secus ſi tacite in mente agatur. no glo. de offic. dele. cap. ex parte 1. & Innoc de Simonia capit. tua, quando autem ſola mentali, & tacita Simonia. capitulo finali. vide inf. ſub verbo ſuſpenſus.

Simoniaca quædam ſunt, quaſi prohibita, & hæc ſunt illa, quæ per conſtitutiones eccleſiæ ſimoniaca facta ſunt. Quædam vero ſunt prohibita, quaſi ſimoniaca, & hæc ſunt illa, quæ ex veteri, & nouo teſtamento ſimoniaca erant, vt vendere ſacramenta. Et inter iſta eſt magna differentia, vt no. Bar. de offic. deleg. capitu. ex parte in 1 glo. 2. & Innocen. de ſimon. in glo fin.

Simoniaca renunciatio beneficii an ualeat, uide ſub uerbo renunciatio beneficij ſimoniace facta. Simoniacus eſt ab omni officio, & beneficio excommunicatus, & deponendus. tex. de confeſſ. c. cum ſuper. An autem ſimoniacus in beneficio recepto per ſimoniam, acquirat titulum, vel dicatur intruſus, & an poſſit renunciari illi beneficio, ſine licentia papæ, vide glo. de renunciat. capitulo niſi, §. propter. Sed dic quod ſimoniacus in beneficio recepto eſt ipſo iure priuatus illo beneficio, ſeu verius, nullum titulum in eodem beneficio acquirit, quãdo ſimonia fuit per eum commiſſa, ſecus ſi per alium eo ignorante, quo caſu titulum acquirit. Et non priuatur ipſo iure, ſed eſt priuandus, vt no. Domin in d. c. niſi in principio. vide infra §. Simoniacus in beneficio ſimoniace impetrato.

Simoniacus in beneficio ſimoniace recepto inhabilis eſt ad omnia beneficia obtinenda, niſi diſpenſetur cum eo, vt not. Cõpoſtel. Ioan. And & dom. Anto. in cap. penul. de electio. Secus ſi recipiens beneficium ſimoniace, non eſt ſimoniacus, vt quando ab illo, eo ignorante, fuit ſimonia commiſſa, quo caſu ad illa beneficia habilis eſt, non ad id, quod ſimoniace adeptus fuit, quia in illo requiritur diſpenſatio, vt colligitur ex notatis per Ioan And. & dom. Anto. in cap. de ſimoniace, uide ſup. ſimoniacus eſt.

Simoniacus notorius in beneficio receptus eſt ſuſpenſus a iure. Sed ſimoniacus occultus non eſt ſuſpenſus, ſed ſuſpendẽdus, vt no. Io. And de ſimo c per tuas 2.

Simoniacus notorius in beneficio recepto eſt ſimoniace receptus, licet ſit ſuſpenſus quo ad id beneficium, vt in eo non adminiſtret, tamen quo ad alia beneficia non ſimoniace recepta non eſt ſuſpendendus, quin in illis poſſit miniſtrare, not. Io. And. in d. c. per tuas 2.

Simoniacus in ordine receptus non ſolum eſt ſuſpenſus ab illo ordine, ſed etiam ab aliis ordinibus non ſimoniace receptis, & ſic perdit executionem omnium ordinum, & conſequenter adminiſtrationem temporalium, quia licet ſint plures ordines, vnum tamen eſt ordinis ſacramentum, no. Ioa. And. de ſimonia. c. per tuas 2.

Simoniacus in ordine ſuſcepto licet ſit ſuſpenſus ipſo iure, quo ad alios, tamen ſecus eſt in Simoniaco, in ordine conferendo, not. Ioannes Andr. in dicto capitulo proximo allegato.

Simoniacus in ordine ſuſcepto, & inhabilis ad omnia beneficia, niſi diſpenſetur cum eo, & in hoc poteſt epiſcopus diſpenſare, etiam ad dignitatem obtinendam, ut in gl. de elect. c. pen. & ibi per dom. Ant.

Simonia in ſpiritualibus committitur non ſolum, quando aliquid temporale deducitur per actum, ſed etiam quando deducitur per conditionem, uel per morem vt no. dom. Anto. in capitulo cum M Ferrarienſis. de conſti. 32. col. uer. uenio ad ſeptimum notab.

Simonia non committitur, quando in ſpiritualibus deducitur per pactum id, quod erat de iure communi debitum, quia curſus iuris facit licitum, quod alias erat illicitum. Idem ſi erat debitum ex conſuetudine, ſtatuto, uel priuilegio, dum tamen ſit applicabile ad aliquem actum, uel conuertibile in utilitatem ſpiritualem, & publicam, vt no. dom. Anton. in capitulo cum M. Ferrarienſis, de conſtitu. 32. columna verſic. venio ad ſextum notabile.

Simoniam non committit, qui pro re ſpirituali aliquem arctat ui ſtatuti, non pacti, ad aliquod temporale præſtandum, quia licet ſtatutum de ſe ſit iniquum, tamen non inducit Simoniam, vt, no. do. Ant. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitut. 3a. colum. ver. venio. ad 6. notabile. Sed Archidiacon. dicit contrarium, quando illud præſtandum venit conuertẽdum in priuatos vſus, vt no. in d. c. in fi.

Simoniam non cõmittit, qui pecuniam dat, ne beneficio ſuo ſpolietur, vel ne in beneficio, ſine cauſæ cognitione violentiam patiatur, ſecus ſi ſpoliatus pecuniam dat, vt beneficiũ recuperet, quia illud non eſt vexationem redimere, ſed poſſeſſionem recuperare, ſecundum quoſdam vt no. Io. And. ibi, ſupra prima glo. quod non liceat aliquid dare pro re ſpirituali etiam ad redimendam vexationem, quando poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem, & ab eo conſequi iuſtitiam, niſi periculum, vel damnum immineat ex dilatione. Sed alibi dicit Io. Andr. poſt Hoſt. in ſpiritualibus licet aliquid dare, pro vexatione redimenda, quando hoc fit per compoſitionem interueniente auctoritate ſuperioris, vt ipſe no. in capit. dilectus primo. de Simon. ſuper verbo promiſit. Idem dicit ibi, ſuper prima gl. quod ad redimendum, quando hoc fit per compoſitionem interueniente auctoritate ſuperioris, vexationẽ, nunquam licet aliquid dare pro iure quærendo, ſed pro iure quæſito conſeruando ſic. Et idem dicit ibi dom. Anton. qui etiam addit pro habenda abſolutione a ſententia excommunicationis, non licet aliquid dare, ſi ſententia ſit aliqua, licet iniuſta, ſecus ſi eſt nulla. Inno. autem in c. 2. de tranſact. dicit, quod in ſpiritualibus licita eſt trãſactio, dummodo detur ex vtraque parte ſpirituale, & non temporale. Idem quod petitur eccleſia iure proprietatis. Secus ſi petatur ĩ titulum, quia tunc non licet tranſigere, etiam ſi hinc inde detur ſpirituale, ſed compoſitio bene poteſt interuenire, ita tamen, quòd quis renunciet ſententiæ ſine aliqua datione. Addit ibi do. Anto. quando agitur de recuperãdo iure eccleſiæ deperdito, quod ſpectabat ad eccleſiam de iure communi, licet illo caſu tranſigere, & aliquid dare etiam ſine auctoritate ſuperioris pro iure amiſſo iterum acquirendo, c. 1. de pact. lib. 6.

Simonia eſt, ſi renuncio beneficium meum aliquo temporali mandato, de pactis, c. cum pridem. & ibi no. Inno.

Simpliciter hoc verbum exponitur, id eſt, pure, & ſine conditione, vt l. 1. §. ſi quis, de verb. oblig. & ibi no. Bar.

Simulatio qualiter probetur, vide omnino. Bar. & Bal. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis, & in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & per Bart. in l. poſt contractum, ff. de donat. vide inf. §. ſimulatio ſi allegatur.

Simulationi renuncians non poteſt de ſimulatione excipere, no. Bal. ff. de condit. vide ibi, in l. ſi ſub conditionem. circa fi. quod eſt verum, quando renunciat ex interuallo, ſecus ſi in continenti tempore contractus renunciat. not. Bart. in l. poteſt autem. ff. de leg. 1.

Simulatio ſi allegatur per tertium, qui læderetur ex contractu ſimulato, poteſt probari per coniecturas, ſecus ſi allegetur p̃ contrahentem, No. Barto. in l. emptore. C. plus valere quod agitur.

Simulatio præſumitur, quando alienans diu retinuit poſſeſſionem rei alienatæ, & de præſenti reperitur poſſidere, nec conſtitutum tollit præſumptionem ſimulationis ff. quib. mo. pi. vel hypotheca ſoluit l. ſicut §. ſuperuacuum. Hoc verum, quã veram ſimulationem allegat, ſed ipſe alienãs non poteſt contra illum, cui alienat hanc ſimulationem allegare, ſi precariũ interceſſerit. No. Bar. in l. 1. C. de donat. ante nuptias. Vbi dicit, quod per conſtitutionem, per q̃ mutatur cauſa poſſeſſionis, excluditur præſumptio ſimulationis. Fallit, quando talia fierent inter prohibitos, vel vergerent in præiudicium tertii. Et idem dicit Angelus in d. §. ſuperuacuum, vbi dicit eſſe caſum, quinimmo ſi precarium non interceſſit, non poteſt contra contrahentem cum eo hanc ſimulationem allegare, ſi dicit eam in fraudem factam, vt ſe defenderet a tyranno, vel alia honeſta cauſa, ut no. Barto. in l. poſt contractum. ff. de dona. ſi tamen dicat vtrumque, ſcilicet alienationem factam in fraudem, & ſimulatam, obtinebit, vt no. Bart. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. fi. cum l. ſequenti. ff. de iureiurando quod eſt uerum, ſi id dicat intentionem ſuam coadiuuando, ſecus ſi illam fundando, vt ibi declarat. Prædicta intellige, quando alienans poſſedit præſente, & ſciente illo, cui alienauit, ſecus in eo abſente, uel etiam mortuo. Quid ſi ſtatim poſt alienationem emptor ſe abſentet, & diu abſens ſtetit, vel quid ſi paulo poſt deceſſit, & minor his ſucceſſit, ignorans, tunc ex poſſeſſione non præſumitur ſimulatio, ut not. Bar. in d. l. poſt contrarium. Bal. autem alibi dicit indiſtincte, quod vẽditor, licet rem venditam diu poſſedit, non poteſt allegare ſimulationem contra actorem, ſeu emptorem, cum Authen. ex empto. duret triginta annis. Ergo per poſſeſſionem medii temporis non præſumitur ſimulatio, vt ipſe, not. in l. 3. C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulare concipitur.

Simulata præſumitur actio ex quatuor, primo, quãdo actio pro tempore venditur, & pro tempore donatur. Secundo, quando minori pretio venditur. Nam in eo, quod plus ualet, præſumitur ſimulatio, habita tamen conſideratione expenſarũ iudicii. Tertio quando titulus ceſſionis non continetur in inſtrumento, nec etiam vera pretii numeratio, ſed numerationis confeſſio, & hoc ſecundum Bar. Sed contrarium dicit Bald. in l. a. C. ne liceat, po. Et ibi dicit, quòd communiter ſeruat conſuetudo. Et vbi dictum eſt, ceſſionem præſumi ſimulatam, intelligas hoc verum, quando actio principaliter ceditur, ſecus ſi cedatur in conſcientiam alterius contractus item intelligas quod ceſſio fit ad agendum. Secus ad defendendum, vt no. Bal. in d. l. 2. C. ne liceat potent. vide Bar. in l. per diuerſas & l. ab Anaſtaſio. C. mandati vbi plenius loquitur. Et ibi etiam Bal. pleniſſime loquitur.

Simulatio non poteſt allegari, nec componi per partem, quæ innuit contractum, uel alium actum eſſe verum, vt not. dom. Anton. in cap. cum contingat de iureiuran. verſic. 8. caſus, & facit, quod no. Bald. C. de non numerata pecunia, l. finali, in penultima quæſtione, licet in contrarium faciat, quòd ipſe no. C. ad Velleianum. in Authen. ſi qua mulier, verſic. pone, quod ver.

Sine hæc dictio eſt præpoſitio priuatiua, quando. ſ. ſtat taxatiue. Et dic, quod ſi inſeritur orationi negatiuæ includit affirmatiuam, ſi inſeritur orationi affirmatiuę, priuat, quod eſt verum, ut not. dom. Anton. de cohabitat. cleric. capit. veſtra. 2. columna.

Schiſma non poteſt eſſe ſine hæreſi, niſi in ſummo Pontifice, ſi duo crearentur, & quilibet eccleſiam apud ſe eſſe contenderet, ut not. gl. 24. q. 1. c. 1.

Schiſmatici an ſint ipſo iure excõmunicati, vide ſub verbo hæreticus §. hæretici ſunt ipſo iure.

Socius habens cum alio domum cõmunem ad refectionẽ conferre, & totam domum reficere cõi noĩe tenetur, & niſi inf. quatuor menſes poſt refectionem factam ſoluat ſuo ſocio, partem refectionis ſibi contingentem, domus partis ſuæ acquiritur ipſo iure ſocio, qui reficit ſi hoc acceptat, ſed ſi malit partem expenſæ factæ in refectionem habere, poteſt illam petere, & totam intereſſe aſſequi, ff. pro ſocio l. cum duobus §. idem reſpondet 2. & c. de ædific. priu. l. ſi ut proponis. Vide omnino Angel. in l. inter quos in prin. de dam. infe.

Socii ſi ſunt plures, vnam negotiationem exercentes, quomodo inuicem ex actu, & contractu teneãtur, vide omnino Bar. in l. eadem, ff. de duobus reis in 6. & ſeptima quæſtione, & in l. nemo ex ſociis, ff. pro ſocio, & Cy. & Bal. C. ſi certum pet. l. cum re vide etiam Bal. in l. ſi ſocius, ff. pro ſocio, & in d. l. nemo, & in addit. facta ad Tractatum Bartoli, de duobus fratribus. verſic. ſed antequam fratres, & an ſocius poteſt agere ex contractu ſocii, vide Io. And. de conceſ. præbend. c. dilecta. in prima, & vlt. col.

Species vide genus, ſub verbo genus.

Spiritualia non recipiunt continuationem, nec ideo contra impedientem non poteſt agi ad intereſſe, not. Rot. in concluſione 17.

Spiritualis cauſa an dicatur illa, quæ agitur ſuper ſola poſſeſſione rei ſpiritualis, videtur quod non, & not. dom. Anton. de iudi. capit. ceterum verſic. venio ad gloſ. Sed dic, vt no. per eum, eodem titulo, ſuper rubrica. Clarius dic, quod cauſa poſſeſſoria ſuper iure ſpirituali non eſt proprie ſpiritualis, ſed quaſi ſpiritualis, no. dom. Anton. de ordine cognitio. capit. cum dilectus, §. uerum ſecunda columna, verſicu quæro, an hæc exceptio. Ideo in materia exorbitanti appellatione cauſæ ſpiritualis, vel ſuper re ſpirituali, proprie, & ſtricto intelligitur de cauſa, quæ eſt ſuper iure ſpirituali proprie, & etiam non ſuper poſſeſſione illius iuris. Not. dom. Anton. de iuramento calumniæ, capitulo ſecundo, verſicu. no. hoc, quòd quando tertia columna, quòd no. ad intellectum, capituli ſi his, contra quos, vt lite pend. columna 11. Alibi dicit dom. Anton. quod cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis dicitur ſpiritualis, ſicut & petitoria. in cap. fin. verſic. oppono, glo. 1. de iudic. Sed Ioan. And. ſecundum Archid. dicit, quòd eſt iuris ſpiritualis, in capitulo frequens, de reſtitutio. ſpoliato. ſuper verbo ciuilibus, in nouella libro ſexto, vide ibi. Domi. de Sancto Geminian. qui tenet contra, per textum de præſcrip. capi. cauſam.

Spirituale dicitur ius patronatus ſecundum ſuam naturam originariam, licet ex incidenti diſpoſitione eccleſiæ detur in laicum, & ab aliquibus appellatur ius amiſſum, annexum. No. dom. Anto. de iudiciis, capitulo ſuper rubrica, & Lap. in capit. quarta. eo. tit.

Spiritualia mere, & eſſentialiter ſunt animæ gratia, & virtutes. Et quædam ſunt ſpiritualia, ſed non mere, quia non propter ſe, ſed propter aliud ordinata ſunt, vt ſunt beneficia, vaſa ordinata ad ſactificandum iura ordinata ad creandum. Beneficia enim talia ſunt ſpiritualia, quia ordinata ſunt ad finem ſpiritualem, vt in fine animæ ad ſuſtentandum, myſteria ſacra, in fructum animæ, & virtutes, & gratias conſequendas. Et in tantum hæc magis dicuntur ſpiritualia in quantum magis appropinquant ſui natura rei ſpirituali, & ideo ius eligēdi, quia principiat matrimonium, inter eligentem, & electū, magis dicitur ſpirituale, quamuis patronatus, quòd tamen principiatur per perſonas, cum contrahi debet, ut no. do. Anto. de iudic c. quanto.

Spiritualis cauſa an differat ſpecie a cauſa ciuili. vide ſub verbo ciuilis.

Spoliatus ſi intendit, quod ſpolians condemnetur ad fructus, a tempore ſpoliationis perceptos. non ſufficit ſibi probare, quod ſpolians domum intrauit, & oſtia fregerit, niſi etiam probet, quod ipſæ perſonæ ſpoliatæ, vel eius familia domo expulſa fuerit, & ei violentia facta, quia pręſſe, quod domus erat vacua. Et ſic cenſetur violentia facta no. Ro concl. 191. & uide ſub verbo libellus, expenſæ, poſſeſſio, probatio, renunciatio.

Spoliatio & violentia, ſemper & ante omnia eſt purganda, ideo reus, vt ſpoliator conuentus poteſt excipere contra actorem etiam poſt litem conteſtatam, quod ipſe actor eum eadem re violenter ſpoliauit, & petere, quod vltimum ſpolium purgetur per viam attentati. no. Ro. conclu. 16.

Spoliare dicitur, qui denegat ui rem, quam habet a me precario. no Bar. ff. de precar. l fi.

Spoliatio vltima purgat primam. quādo vltima fit a primo ſpoliato, ſecus ſi a tertio. Item tunc purgat, quando vltima fit ex interuallo ſecus ſi in continenti, ſecundum Cal. & no. Dom. Ant de ordi. cogn. c fi. ver. opp. 1 a col.

Spoliatus ab actore poſſeſſione rei in qua contra ſe ſententiam reportauit, an poſſit agere interdicto vnde vi contra actorem ſpoliantem, vide ſup. §. executor ſententiæ.

Spoliare non dicitur, nec vim inferre, qui expellit ingredientē rē ab ipſo expellente poſſeſſam, ſed dicitur poſſeſſionem ſuam defendere, vt no. Io. And. in addit. Spec. in tit. de petit. & poſſ. §. 1. in fine vide omnino ſup. §. poſſeſſor poteſt alium.

Spoliatus non debet reſtitui, quando ex reſtitutione ſcandalū ſequeretur, vt no gl. in c ex trāſmiſſa de reſti. ſpol. §. in caſib. & probatur in c inter ſolicitudines, de purga. canonica, & in c 3 de iure patro.

Sponſalia non contrahuntur per hæc verba promitto quod te deſponſabo, ſed per hæc uerba promitto, quod te accipiam in vxorem, vt no. Io. And. in c. ſi inter diſponen. vide ſub uerbo matrimonium

Statutum hoc verbum ſignificat promulgationem. Not. dom. Ant. de iudi c. decernimus. in fi.

Statutum humanum debet ſecundum varietatem temporis variari de reſht. in integ. cap. cum ex literis, & vide ſub verbo clauſula, gratia, lex, legatum carcer.

Statuta non poſſunt fieri per Capitulum eccleſiæ Cathedralis, ſine conſenſu epiſcopi, ſed Capitula aliarum eccleſiarū poſſunt facere ſtatuta, cum conſenſu ſuorum prælatorum, Epiſcopo etiam irrequiſito. Inn. tamen dicit contrarium. Sed dic vt no. Ro. conclu 167.

Statutum eccleſiæ ſi non eſt auctorizatum per epiſcopum, nullas vires habet. No Fre. in tractatu permutationū 439. non enim valet ſtatutum. no. Bal. in tit. de pace Conſtan. §. in cauſis. vltima col.

Statutum epiſcopi ſi eſt per epiſcopum confirmatum, non poſſunt ſtatuentes illud reuocare ſine conſenſu epiſcopi not. Fre in d q 439. ſed ſtatutū apoſtolica auctoritate confirmatū poteſt bene reuocari per ſtatuentem, de conſti. c. cum acceſſiſſent, vt no Inno. & Io. And. in c. 1. de his quæ fi a ma. parte Capituli. Pau. in clem. 1. de regula. Et prædicta vera niſi in cōfirmatione eſſet appoſitum decretum, vt not. in d. c. dilecto de præben. & c. cum acceſſiſſent.

Statutum eccleſiæ quantūque ſit iuratum, ſi tamen ſtatuentes recipiant canonicos vltra formam ſtatuti, valet receptio, qa videntur recipientes ſtatutū tacite reuocare, ſecundum Io. And nec ſunt periuri, ſecundum Pau. licet Archid & Frede. contra, vt no. idem Fred. in tract. permutationum q 39. Sed Lapi. in addit. ibidem aliter diſtinguit. Vide hoc pleniſſime per Io. And. & dom. Anto. in cap. 1. de his, quæ fiunt, a maiori parte Capituli.

Statuta contra ius commune poſſunt fieri per conſilium vacāte apoſtolica ſede no Archid 56 diſtinc. cap. porro Et ſentit Inno de ſacra iter. vel non. c fin. & vide Io. And. in addi. Spe. ſuper rubrica, de conſtit. An autem per alium inferiorem a papa poſſit tale ſtatutum fieri, vide Io. And. de offi deleg. c. fi. in vltima glo & de offi. dele. c. fi. in princ. & vide dom. Anto. de conſti. c. cū M. 7. col. ver. no. quod canonici, & vide ſup. §. epiſcopus poteſt facere.

Statutum epiſcopi etiam cum conſenſu Capituli factum, quod ab interlocutoria appellari non poſſit, non ualet, vt no. Ioan. And. de app. c. fi. lib 6 in nouella. Idem ſi prohibet appellari a diffinitiua. not. Bald. C. ſi contra ius uel util. publ. l. præſcript. & de pace Conſtant §. in cauſis, vlt col. & Bart. in l. 1. in fi. ff a quibus appellare non licet, & in l. omnes populi. de iuſtit. & iure. Vide inf. §. ſtatutum inferioris de optando præbendam poteſt fieri per epiſcopum.

Statutum quomodo fiat, vide do. Ant. de conſuet. c. fi. 26. colu. verſicu. conclude, & vide ſupra. §. conſuetudo, & ſtatutum optandi.

Statutum in poſſit facere idem quod ſcriptura priuata facit. Vide ſub verbo ſcriptura. in princ.

Statutum an poteſt dare poteſtatem ligandi non habenti. Vide ſup. §. filij legitimi.

Statutum an poſſit tollere legitimam partem iure naturæ debitam. Vide Dy. & Io. And. in regula indultum. lib. 6 & Bar. in l. Titio cētū § ḡño, ff. de cond. & dem. vbi tenet quod ſic, & idem tenet. Cyn. C. de infant. expoſ. l ſancimus. Bald dicit quod poteſt imminuere, & limitari, ſed non in totum tollere, ut ipſe no. in c. 1. de feu. cogn. & in Auth. nunc autem. C. de epiſc. & cleri. Sed aliter loquitur in l. cum lege Leonina, vbi omnino vide. C. de epiſc. & cler.

Statutum ſi dictat aliquem haberi pro ciue, vel perinde ac ſi eſſet ciuis, an talis poſſit gaudere omnibus priuilegijs, & iuribus, quibus veri ciues, Vide Bar. l. ſi marito. 2 §. 1. ff. de adult. & in l. ſi is, qui pro emptore, de vſucap. Vide inſ. §. ſtatutum, non extenditur. Vide omnino Bal. in l. ſiue poſſidetis. ver. vlterius quæro. c. de prob. & l. 3. §. hæc uerba, ff. de negot. geſt. & vide inſ. §. verba facienda.

Statutum pœnale quantumcunque in fauorem alterius principaliter factum, ſic extendi non debet. No. Ro conclu. 276. An autem ſtatutum exorbitans extendatur ſaltem de ſimilibus ad ſimilia. Vide Bal. in l 2. C. de patri. qui ſuos fi. diſtra. & l. mancipia de ſeruis fugit. l. ſi quis non dicam rapere de epiſ. & cler. & Bar. in l. furti. §. ſi ff. de his, qui no. infa. & Bar. & Bal. C. de furt. l. ſi quis ſeruo. Et uide. ſup. §. lex, ſiue conſtitutio pœnalis. & §. ſequenti.

Statutorum interpretatio an poſſit fieri per illos, qui ſtatuta fecerunt, vide do. Ant. de iud. c cum veniſſent, ver. numquid.

Statutorum verba debēt ſtricte intelligi, quando ex ſtricta ſignificatione reſtringitur tertii præiudicium. Sed ſi ex ſtricta ſignificatione ampliarētur in præiudicium tertii, tunc debent latiſſime intelligi, ne tertio prẹiudicent, ut no. do. Ant. mirabiliter de conſue. c. cum dilectus. ver. no. memorabile.

Statutum vigens in eccleſia de certa præbenda conferenda, niſi actualiter in ſacerdotio conſtitutis, tollitur per gratiam Apoſtolicam, ſuper illa præbenda impetrata per illum, qui nō erat in ordine ſacerdotij, dummodo tempore acceptationis, & prouiſionis ſibi factę fuerit in tali ætate, quę ſufficit ad promouendū. Et hoc procedit vi clauſulæ hodie in gratiis Apoſtolicis poni conſuetæ, per quam omnia ſtatuta in contrarium ſunt ſublata, vel ſaltem dilata nec limitata in ſtatutis generalibus, omnia beneficia eccleſiæ inſpicientibus. Secus in ſtatuto ſpeciali ſuper certo beneficio edito, quod non tollitur per dictam clauſulam generalem, ſed opus eſt, quod de iure fiat ſpecialis mentio. Hanc limitationem limita in ſtatuto in prima fundatione certi beneficii per fundatorem appoſito, cui Papa non intendit per generales clauſulas derogare ne aliquis retrahatur a fundatione beneficiorum, ſecus in ſtatuto facto etiam de certo beneficio per ordinarium, uel prælatum. Et prædicta omnia procedūt in gratiis ſpiritualibus, in quibus dictę clauſulæ derogatoriæ ſtatutorum apponi conſueuerunt. Secus in gratijs omnibus, quæ fiunt in forma pauperum, in quibus dictæ clauſulæ non ponuntur. Aduerte etiam circa prædicta ad intellectum. c. ſi pro pauperibus de præben. lib. 6. An ſtatutum requirat ſacerdotium actu, vel habitu, vel vero acceptans tempore acceptationis non eſſet in ætate legitima. Ita quòd intra tempus debitum promoueri non poſſet, tūc acceptatio non valet, etiam ſi per gratiam ſtatuto derogaretur, quia ius commune obſtaret, cui per generalem clauſulam nō intelligitur derogatum, quidquid dixerit Io. And. vt not. Rota concluſio 3.

Statutum tollens modum procedendi ſecundum æquitatem canonicam, & reducens illud ad rigorem iuris ciuilis, non valet per quod attentari poteſt, quòd non valet ſtatutum per quod diſponitur non poſſe agi in foro canonico ex pacto nudo, vel iuramento, vel quòd teſtamentum cum duobus, vel tribus teſtibus, non habeat executionem, ſed bene valet ſtatutum

tutum caſum ſummariam reducens ad plenariam, quia hęc non eſt contra iura canonica. Do. Ant. de iudi. c. dilecti. verſi. circa intellectum. Prædicta uera de iure canonico, ſed de iure ciuili valet ſtatutum in primo caſu, vnde ſtatutum quòd actio debeat exprimi in libello, valet ſecũdum ius ciuile, no. d. c. in penul col.

Statuta laicorum an comprehendant clericos ad fauorem ipſorum clericorum. Vide Pet. More. in c. fi. de offi. deleg. lib. 6.

Statutum iuratum an poſſit reuocari per ſtatuentem. Vide ſub verbo diſpenſatio. §. diſpenſare poteſt epiſcopus contra Papam,

Statutum inferioris a principe prohibens appellari non valet, quia eſt de reſeruatis a principe, l. 1. in fi ff. a quibus app. non licet & no. Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure. Vide diſtinctionem, quam ibi fecit in prima diſtinctione principali, & Barto. in l. cum de conſuetudine, ff. de legibus, & de pace Conſtantiæ. §. in cauſis, & Io. And. in c. fi. de appe. lib. 6. in nouella, & idem in conſtitutione Diuę. vt no. Bal. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. l. pręſcriptione 8. colu. vide ſupra §. ſtatutum epiſcopi.

Statuta qualem interpretationem recipiãt, vide plene per Bar. in l. omnes populi, & Ioann. And. in regula pro poſſeſſore. in nouella.

Statutum quod quis poſſit pro debito carcerari, valet licet Dy. contradicat, vt no. Bar. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. Titio centum.

Statutum diſponens de cauſa in caſu accuſationis, an habeat locum, ſi proceditur per inquiſitionem. Vide Bar. in l querela. C. de falſis, & in l. non ſolum. §. quidquid ff. de iniur. & per Ang in repetitio. l ſi vacantia, vlt. col. C. de bonis vac. lib. 12.

Statutum non extenditur ad caſum fictum quando fictio eſt ſimplex, ſecus ſi eſt coniunctum priuilegio, puta ſi fingatur quem eſſe talem, & quod vti poſſit priuilegio eorum, qui sũt vere tales, no. Bald C. de probatio. l. ſiue poſſidetis. verſicu. ſi quæro, an priuilegiati, & Ioann. And. in cap. fin de conſuetu. lib. 6. ſuper uerbo, per alios, in nouella dicit etiam ibi. Io. An. quod diſpoſitum in caſu vero habet locum in his, quæ non fiunt contra ius, quòd non tamen hoc videtur contra legem, in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſtis. Vide omnino Dominic. de ſancto Gemin. in d c. fi. & uide ſub verbo, habens in ſeruitio legati, vide ſup. §. ſtatutum ſi dicat, & ſub verbo habens, §. 1. c. 2. Vide Bal. in l. 3. §. hæc verba, ff. de nego geſtis. Adde, quod ſtatutum in dicto caſu vero extenditur ad fictum, quando ius æquiparat caſum fictum vero, vt no. idem Domini. de ſancto Gemin. in d. c. fi. & no. gl. in c. ſuſceptum de reſcriptis. libro 6.

Statuta laicorum diſponentia circa ſubſtantiam, vel ſolennitatem, vel accidentia matrimonij, an valeãt. vide Io. And de hæreticis. c. ſtatutum, in lib. 6. in nouella, & plenius, per do. Anton. in c. 1. de ſponſal & vide Bal qui dicit contra Io. Andr. in l. communem C. ad Tertul. ad fin.

Statutum concernens commodum ſubiectorum, quia tranſiuit in contractum, non eſt reuocabile, niſi conſentiat, quod eſt verum, quo ad non ſubiectos, poteſt etiam eis inuitis reuocari, quod maxime verum eſt, quando cauſa obligationis eſt a ſolo ſtatuto inducta, quo caſu illud ius poſitiuum, per ſtatutum reuocatur, no. do. Ant. de conſtitutionib. cap. cum M. Ferrarienſis. 8 col. ver. no. diligenter.

Statutum quod debitor poſſit ſe tueri per præſcriptionẽ quinquennii, ſi infra illud tempus creditor non petiit, non valet, nec ſententiandum eſt maxime in foro canonico no. Io. An. in c. fi. de exceptionib. lib. 6. in nouella, & vide ſub verbo præſcriptionem §. præcedens præſcriptio.

Statutum inducens ſimoniam non valet, & quando ſimoniã inducat, vide do. Ant. de conſtit. c. cũ M. Ferrarienſis 32. col. ver. venio ad 6. notabile.

Statutum laicorum factum in fauorem eccleſiarum, & clericorum an valeat, & licet clericos, vide ſupra. §. conſuetudo laicorum.

Statutum ſi remouet omnem exceptionem, an nihilominus poſſit aliqua exceptio ei apponi, vel ſaltem iudicis officium implorari, vel via denunciationis Euangelicæ agi. Vide Bart. in l. 1. §. 2. ff. quòd ui autem clam, & dom. Ant. in c. item cum quis. de reſti. ſpoli. & de offic. deleg. cap. ex parte 2. & vide ſub verbo reſcriptum, per quod mandatur.

Statutum loquens de legitimo, nõ comprehendit legitimum illegitime natum, ſi legitimatio eſt collatiua, vel diſpenſatiua, ſi autem eſt reſtitutiua, tunc ſi talis legitimatio fit de iure communi, ex iuribus matrimonij ſubſequentis veri, vel inopinati comprehenditur in ſtatuto facto ex reſcripto, vt no. do. Ant. in c. per venerabilem, qui filii ſint legitimi. 24. colu. Vide omnino inf. prox. §.

Statutum loquens de filio comprehendit, etiam filium naturalem tantum, ſed non inceſtuoſum, & naturalis dicitur proprie natus ex cõcubina in domo retracta, licet ex communi vſu loquendi, quilibet natus ex ſoluta, & ſoluto dicatur naturalis, ut no. Io. And. in addit. Spec. in tit. qui ſi ſint legit. ſuper rubrica, & idem not. dom. Anto. in d c. per venerabilem co. tit. 27. col. Bar. autem ſentit indiſtincte, quod quilibet filius comprehendatur, quia ipſe & filius ſunt nati natura, & ita naturaliter filius eſt natus ex inceſtu, ſicut ex concubina, vt ipſe no. in l. fi. C de uerb ſignifi & in l tutelas ff de capi dimin. Barto. autem ſentit quod nullus filius comprehendatur, niſi naturalis, & legitimus, vt notatur per eum in l. filium, ff de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Stylus curiæ pro iure ſeruandus eſt, ut not. Rot. conclu. 132 & no. glo in cap. 1 de ſumma Trinitate, & fide catho. in lib 6 & tex. in c. licet. & c. quam graui. de crimine falſi, & de conſtit. c. ex literis.

Stipulatio facta alteri, licet non valeat, nec ei aliquid acquiritur ſi tamen quis ſtipulatur ſibi nomine alterius dicta actio quæritur ſtipulanti, & vtilis ei, cuius nomine ſtipulatur, nn glo. de procur. c. conſtitutus, & vide glo. de vſuris c. quamquam, lib. 6. ſuper verbo poſſit acquirere, & 1. q. 7. c. quotiens cordis oculus, quæ videtur velle, quòd de æquitate canonica alteri per alterum acquiratur, cui concordat Rot. conclu 242. do. Anto. dicit, quod glo. in d. c. quotiens procedit, vt agi poſſit via denunciationis Euangelicæ, ſed non iure ordinario, vt no. per eum in proœmio decre. in prin. ſuper gl. in uerbo ſeruus, vbi plene declarat, an alteri per alterum acquiratur. Ioa. An. dicit, quod alteri abſenti non acquiritur ius nec actio nemine, p eo recipiẽte, niſi interueniat nuncius, uel per epiſtolam, vel niſi pro eo aliquo recipiente ſequatur ratihabitio, vt ipſe no. in tit. de ceſſio. §. conſequenter, in principio, & vide ſub verbo abſens.

Subiectio qualiter probetur, vide ſub verbo epiſcopus § epiſcopus ſundat, & §. epiſcopus probat. & vide ſub uerbo cenſus, in principio.

Surrogatus in litem, & In ius quòd defuncto tempore ſui obitus competat quomodolibet, intelligitur ſurrogatus etiam ad poſſeſſionem, quam habuit expreſſe, etiam ſi hoc non additur in ſurrogatione quia poſſeſſio quæſita iuris eſt. No. Ro. conclu. 61.

Surrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, vt lite pendente, c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & ff ſi quis caut. l. ſi eſſ § qui iniuriatum.

Subtilitas cauilloſa, & vana reprobatur. Subtilitas autem rationabilis ad intellectum iurium cõmendatur. no. do Anto de iudi. c. dilecti. ver. oppo. quod ſubtilitas.

Succeſſor vniuerſalis non cauſans ius prædeceſſoris, & ſucceſſor in dignitate, an poſſit, & debeat uti iure prędeceſſoris tã paſſiue, quam actiue. Vide plene per dom. Anto. de iudi. cap. quia V. ver. venio ad primum. & verſic. venio ad ſecundum, & ver. venio ad quartum, & vide ſub verbo exceptio, inſtantia, iudex, pactum, priuilegium, reſcriptum.

Succeſſor vniuerſalis, vel ſingularis an poſſit conueniri corã eo, quo poterat prædeceſſor. Vide plene per do. Ant. de iudi. c. quia V. ver. venio ad primum. Et vide ſub verbo iudex §. iudex ordinarius, uel etiam delegatus.

Succeſſor vniuerſalis, uel ſingularis, an patiatur eãdem executionem ſententiæ, vel alterius iuris, quam pati poterat prædeceſſor, vide ſub verbo executio §. executio ſententiæ põt fieri, & § ſequenti.

Succeſſor in beneficio defuncti, licet ſuccedat in beneficio, nõ ſuccedit in iure, quod competat defuncto. Sed idem ius contingit, ſi nouum ius in perſonam ſucceſſoris incipit, & creatur, vt no Io. And. in c. ſi ijs contra quos, vt lite pendente, in nouella, ſuper glo. fi. lib. 6. & de præben. c ſi tibi abſenti. ſuper verbo non acquiras, eo lib. in nouella, & in Specu. in titu. de ſententiis, & vide ſuper verbo prælatus in prin & in c. ex parte, vbi ponit. Io And ſuper verbo interim. de arbit. in nouella. & in Spe. inſtit. de ſententiis, §. nunc de effectu, in fi.

Summaria congregatio qualem ordinem iudicii requirat, & an in ea ſit neceſſaria, litis conteſtatio, vide ſub uerbo lis. § litis conteſtatio non acquiritur, quando petitur. Et vide ſub verbo iudex.

Super hæc dictio quandoque deſeruit rei, & exponitur pro de, quandoque pro præter, vel contra, quandoque vt notet gradum, quandoque locum No. do. Ant. de ordi cognitio c fi. in princ quandoque ſumitur pro deſuper, vt no. dom. Anto. de reſti. ſpol. c. in literis, in prin.

Suſpectus de fuga dicitur ille, qui non poſſidet immobilia in loco delicti. No. Io. And. de ſen excommun. c. ſi clericos, ſuper verbo ne fugiat. lib. 6. in nouella, & vide ſub uerbo debitor. §. debitor non cenſetur.

Suſpenſus eſt ipſo iure omnis notorius homicida, uel notorius hæreti-

hæreticus, & quilibet notorius peccator, qui tale peccatum fecit, quod etiam poſt pænitentiam pactam impedit ordinis executionem. no Io. And. de Simon. c. per tuas 2. & vide ſub uerbo clericus. § clericus quando dicatur ſuſpenſus cum multis ibi ſequentibus. Et uide ſub verbo excommunicatus & ſub verbo ſimoniacus.

Suſpenſus an ſit inhabilis ad beneficia obtinenda, & priuetur obtentis beneficijs, & plura alia de ſuſpenſio, uide ſub verbo clericus.

Suſpenſionis appellatio in dubio intelligitur quis ſuſpenſus ab officio, vt no do. Ant. de iudic. c. at ſi clerici. in princ in materia ſuſpenſionum. Nam variæ ſunt ſpecies, ut no. gl. in cle. cupientes. de poenis.

Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, non ſolum intelligitur prohibitus in ordine ſuo in eccleſia miniſtrare, ſed nec debet in eccleſia, cum alis adminiſtrantibus intereſſe. Poteſt tamē per eccleſiam tranſire, & extra in ſuo officio diuina celebrare. No. Innoc. de ſen. excomm. c ſacro. in verbo ingreſſum. Poteſt tamen iuriſdictionalia exercere, vt per glo. & per do. Anto in d. c. ſacro, & c ſæpe.

Suſpenſus an perdit fructus beneficiorum ſuorum durante ſuſpenſione, vide do. Anto. de æta. & qualit. c. cum bonæ, & de appe. c. paſtoralis. ver verum.

Suſpenſio an, in dubio dicatur perpetua, uel temporalis, & ſi limitata ſit reſpectu certæ perſonæ, an ceſſante cauſa finiatur ſuſpenſio. Vide Innoc & Io. And in c. ſicut, de cohabit. cleri. & do. Ant. in d. c. cum bonæ. de conſtit c. ex literis.

Suſpenſus non eſt ipſo iure ab executione ordinis, qui ante ætatem legitimam promouetur ad ordinem, ſed eſt ab homine ſuſpendendus, ut patet ex tex. c. non eſt Compoſt. de tempor. ordin. & ibi no. Io. And. & do. Ant. idem Archid. 77. diſt. cap placuit.

## T

Tantum & duntaxat, licet hæ dictiones ponantur taxatiue in lege, tamen extendūtur ad alios caſus ſimiles virtute aliarū legum, vt no. per gl & Bar. C. de prædijs, & alis rebus minorum l. ob æs alienum.

Tempus futurum verificatur etiam in princ. ff. de verb. ſignif. l verbum oportebit & no gl. in cle. prima ſub verbo noritia, de conceſſione præbendarum, & præſens quandoque reſpicit & præteritum, & futurum, vnde dixit Inno. hunc verſum, præſens confuſum præſentis non tenet vſum, vt no. Ro. conclu. 19 & vide ſub verbo terminus per totum.

Tempus non ſolum anni, & menſis, ſed etiam diei delicti, & contractus, tenetur actor exprimere, ſi reus petat, ne alias ſibi defenſio auferatur. No. Bart ff. de accu l. libellorum, & de publi. iudi. l. vis qui reus. Quod eſt verum etiam, ſi ex delicto ciuiliter agatur, vt no. ſupra §. libellus etiam in ciuilibus Quid ſi de crimine excipiatur contra teſtem, vel aliter, an excipiens teneatur ſpecificare locum, & tempus delicti. Vide Io And in c. ſi. de purga ca & in c. præſentium, de teſti. libro 6. in nouella ſuper glo. no pro.

Tempus quando non eſt præſcriptum ad aliquid agendum cēſetur actum, vt fiat quam primum fieri poteſt, ff. de contrah. emptio. l. hæc venditio. Sed tex. aliter velle videtur in l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita ff de ædil edic vide Bar. ff. de verborum obli. l. ſi quis arbitratu, ver. ſi quem, quanto tempore.

Tempus an computetur de momento ad momentum. Vide ſub verbo terminus, §. termini dies.

Tempus datæ reſcripti, uel priuationis patroni, uel collationis beneficij, an inſpiciatur quo ad qualitates impetrātis, vel præſentati. Vide ſup. §. beneficium impetratur.

Tertius an poſſit executionem ſententiæ contra aliū latæ impedire, vide ſub verbo executio latæ ſententiæ, & uide ſub uerbo reus. in princ. de exceptionib. § excipere

Tertiodium qualiter ſumatur, vide gl. in clemen ne Romani. §. ſane de elec.

Terminus licet ex gratia datus ſit, tamen poſt alios plures terminos ad eundem actum peragendum aſſignatos per monita omnia in illo termino vltimo quis facere poteſt quæ potuiſſent fieri in primo No Ro. conclu. 239.

Terminus ſi aſſignatur hodie ad ſententiam audiēdam, debet iudex illud agere, non in fine diei Secus ſi quis dicat promitto tibi hodie dare decē, ſecus ſi terminus apponatur ſolutioni, puta promitto tibi decem, quæ hodie ſoluam. ut no. Bart. in l. liber homo, §. decem, de verb. obl Item ſecus in termino vlteriori, quam hodie, vt ſi promittamus dare in calendis futuris, quia tunc non poteſt peti, niſi in fine calendarum. vt patet in textu, & glo. in d §. decem, & facit l. ſi decem, cum petiero eo. tit.

Terminus ſi eſt aſſignatus, vt ante viginti dies non petatur uigeſima dies includitur in termino, & ſic intelligitur ante vigeſimam diem completam. Idem ſi dicamus infra viginti dies no. Io. And. de appe cap. præterea il 2. ſuper verbo intra viginti dies.

Terminus ſi eſt datus hoc modo, quòd aliquis infra ipſum terminum compareat, vel quòd aliquid faciat, poteſt qualibet die, pendente termino, comparere, vel facere. Secus ſi dicat, quod in termino compareat, vel faciat, quia tunc vltima die comparere, vel facere debet, vt in cle quamuis, de appe. in gl. No. quia etiam vide omnino, quod ibi no do. Ant. & no. Barto. in l. qui ante calendas, de verb. obligat & vide ſup. § prox.

Termini an computētur in termino, ita quod fiat computatio de momento ad momentum. Dic ſecundum Butt. quod ſi iudex dicat, do tibi terminum trium dierum, non computatur, ſed ſi dicit, hinc ad tres dies, cōputatur, vt no. Bat in l. 1. ff. ſi quis cau. Pro primo dicto eſt caſus in c. ſolet. de ſen excō mu. lib. 6. vbi patet ſecundum Archi. & Io. And in nouella, quod in termino octo dierum tibi dato a lege, non computantur dies termini. Facit ad hoc c frequens, de teſtit. ſpol. c. eum pia, de except. eo. lib. ſed dom. Ant in clem. ſicut appel. ad finem, de app. diſtinguit, quod aut terminus ſtatuitur per dictionem, notantem extremitatē, vt ab hinc, vel ab hac, & computatur, aut per dictionem, quę denotat extrema, & tūc idem, ac ſi nulla dictio denotans extremitatem in apponatur, quo caſu dicit, quod ſi ſtatuitur terminus ad tollendum priuilegium ſpeciale contra ius, tunc computatur, ſi ſtatutū ad aliud refert, aut curſus termini ordinatur ad fauorem, & computatur, aut computatur quo ad odium, & tunc ſecus. Hæc ſunt vera, niſi ius aliud exprimat, quia tunc in caſibus ſuis ſtandum eſt ei, quod ius determinat. Sed prædicta intelliguntur in dubio, nec obſtat, quod dicit idem do. Anto. not. in c ſuper eo. cle 2. de appe. in ſi. vbi dicit regulariter termini computari de momento, ad momentum, niſi ius exprimat contractum, quia illud recipit limitationem, quando curſus termini ordinatur ad fauorem, & ita loquitur c ſuper eo. in termino dato iudici ad cauſam, quando curſus termini ordinatur ad odium, & ad pœnam, ut in termino dato parti ad appellationem proſequendam, per cuius lapſum tollitur parti ius defenſionis, de quo loquitur clem. ſicut ſecundum. Io. dicit, quod aut terminus ſtatuitur, a tali tempore, aut a tali die. Primo caſu computatur de momento ad momentum. Secundo vero caſu, ut no. per eum, in addit. Spec. in titu de dilationibus, §. 1. ver. Sed pone, vbi autem terminus, non ſtatuitur a tali tempore, nec a tali die, ſed ſimpliciter datur terminus octo dierum, non computatur de momento, ad momentum, nec dies termini computatur in termino, ut not. in d c. ſolet. licet deci. Ro. aliter dicat, conclu. 203. Bal. & aliter dicit. C. de appel. l. cos, §. ſin autem, vbi videas.

Terminus proſequendæ appellationis non currit pendente cō promiſſo de conſenſu partium facto. Secus in termino appellationis interponendæ, ſecundum Paul Terminus auteor datus parti ad teſtes examinandos, non currit, not. Ro. concluſione 346.

Terminus appellationis proſequendæ non currit ei, qui agit ſuper attentatis, immo etiam tēpus executionis fiendæ poſt ſententiam ſuper attentatis latam eſt de fatalibus ſubducendum, & prædicta procedunt in eo, qui obtinet ſuper attentatis. Secus ſi ſuccumbit, quia tunc ſibimet impedimentum præſtitit. Ideo tempora ei currunt No. Ro. conclu. 90

Terminus ſiue tempus de conſecrandis epiſcopis, quód eſt trium menſium poſt electionem, & confirmationem non currit, niſi habita pacifica bonorum poſſeſſione adminiſtrationis, ut patet in tex. & glo. de elect. c. cum in cunctis, & eo. tit. c. donis. ſa. lib. 6.

Terminus quamuis a iure ſtatuitur volentibus agere de contemptu ideo qui in permutatione, collatione, uel electione beneficij non fuerunt vocati, in tali termino agere poterunt Vide Feder. in tractatu permutationis. q. 31.

Terminus aſſignatus a iure ordinario, ad conferendum beneficia, ad eius collationem ſpectantia, quando incipiat currere. Vide ſub verbo epiſcopus, § epiſcopus quando, & §. epiſco.

Terminus aſſignatus a iure ad probandam exceptionem excōmunicationis alias iudicii appoſitam, quando incipiat currere, vide ſup excommunicatus cum petit.

Terminus ſtatutus ad exceptionem opponendas, licet ſit elapſus per hoc tamen non præcluditur via implorandi officiū iudicis, uel petendi, vt imponatur ſilentium actori, contra quē exceptio competebat, licet in termino appoſita non fuerit No Bal C. de rei vend. l. domum. & vide Bar. in l. 1 § 1. ff. quod vi, aut clam An vero poſt lapſum poſſunt opponi exceptiones ortæ poſt terminum, uel etiam ante ortæ, ſed ad notitiam partis deuentæ poſt, vide ſub verbo exceptio. § exceptio quælibet.

Termini ſi non ſunt debite obſeruati, & mandat auditor quod omnes terminos non debite ſeruatos repetat infra octo dies, illi dies intelliguntur vtiles non continui. Not. Ro. concluſione 31.

Terminus omnis poſt litem conteſtatam datus, cenſetur peremptorius, etiam ſi non exprimatur, & ideo lapſo termino ad recipiendum dato, non poteſt amplius excipi, niſi per viã reſtitutionis, vel niſi pars iuret exceptionem ad eius notitiã perueniſſe. no. Ro. conclu. 316.

Termino ad probandum dato, & lapſo, licet non admittatur probatio per teſtes, admittitur tamẽ per inſtrumenta, & ſcripturas, quia talia non requirunt temporis tractum longum. no. Ro. conclu. 131. etiam poſtquam eſt concluſum in cauſa, poſſunt de æquitate Rotæ produci inſtrumenta, & in cauſa probare, no. Ro. concl. 190 ſed nec peccatum eſt, ſi terminis ſeruatis recipiantur teſtes, etiam ſuper nouis articulis pertinentibus ad cauſam. Notat Ro. conclu. 379. Vide plene per do. Ant. in c. licet cauſãs. de probat.

Termino ad producendum inſtrumenta dato elapſo, poſſunt nihilominus inſtrumenta produci, ſi ius aduerſarii non eſt læſum. no. Io And in clem. ſæpe. §. & quia poſitiones ſuper verbo, non obſtante, de verbo ſignif. Sed & ſi læſum ſit, produci poſſunt pendente alio termino ad teſtes in partibus per remiſſionem producendos aſſignato, vt expreſſe dicit textus in d. §. & quia poſitiones.

Termino ad articulandum dato elapſo in cauſa prophana, de iure ciuili debent admitti articuli, qui ſunt de iure dati, dummodo dentur ante concluſionẽ, hoc eſt de ſtylo curiæ ante æquitatem. Sed de iure forte aliud eſſet. No. Ro. conclu. 98. Sed in cauſa criminaliter, & ciuiliter mota, non debẽt admitti articuli ex parte actoris, ſecus in matrimonialibus, & beneficialibus, in quibus poſſit procedi ſine figura iudicii. Ex parte autem rei in omni cauſa debent admitti articuli dummodo ſint articuli meri deſenſoriij, intendentes ad abſolutoriã, non adiudicatoriam obtinendam, & dummodo dentur in termino ad excipiendum aſſignato, puta in termino ad dicẽdum contra articulos actoris, & longior debet eſſe terminus qui datur reo ad dicendum cõtra articulos, quam ille, qui datur actori ad articulandum. Et ſi reus differt vſq; ad concluſionem ad articulandum non debet audiri, quia præſumitur cauſa malitiæ hoc facere, No. Ro. conclu. . . . .

Termino articulandi elapſo, debent admitti obiectiones, niſi in vim ſpecialis commiſſionis, quæ ſi in prima inſtantia concedatur pro articulis obiectis, & male ſpecificatis admittẽdis, dummodo alias ſint probabiles lapſu termini non obſtante, non extenditur dicta commiſſio ad ſecundam, vel tertiam inſtantiam, vt in eis poſt terminum poſſit probare, cum in earum terminis poteſt de iure communi probare non probatum in prima inſtantia. Et hæc vera niſi articuli non poſſent alio modo ſpecificari, vt quia negatiui, quòd tunc etiam in ſecunda, & tertia inſtantia poſt eorum terminos probari poterunt, dum tamen in termino ſint reproducẽdi. vt no. Rot. conclu 89.

Terminus quilibet ſi aſſignatur in curia, cenſetur peremptorius, ſi extra curiam diſtinguitur, an ſit vnus, vel trinus, etiã no cum cõminatione, vel ſine No. do. Anto. de excep. c. paſtoralis ver. quæro an procedat.

Terminus quando aſſignatur ad exceptiones probandas, & in termino opponatur vnã exceptio, quod ſi de illa diſcutitur, non currit tempus ad proponendam aliam, priori contrariã, ſi probabili ratione credit, illam primam ſibi cõpetere not. Bal. de inoffi. teſta. l. contra maiores. Et idem dicit ibi in proſequente cauſam nullitatis ſententiæ, quod interim non currat tempus appellationis, ſuper quo uide. ſup. §. appellationis tempus parochiæ teſtatoris, & duobus aliis teſtibus no. Io. And. de teſtamentis. c. cum eſſes. quod limita vbi teſtamentum fiat ad pias cauſas, quo caſu ualet in præſentia duorum teſtium, & ſine presbytero vt no do. Ant. in d. c. cum eſſes. dicit quod de rigore etiam ſine presbytero valet cum duobus teſtibus idoneis, etiam ad non pias cauſas. De conſuetudine contra ſeruatur, ſecundum Spec. in tit. de inſtru. edit §. compendioſe. ver Item per ius canonicum tenet primam opinionem. Sed addit, quod ſi eſſent quatuor teſtes ſine presbytero, valet teſtamentum in omni cauſa etiam non pia. Et ita conſuluit Io. Cal. ſuper rubrica de teſta. conſi. 8. Et tenent Doc. præfati, quòd hoc ius Canonicum etiam in foro ſæculari in terris eccleſiæ ſubiectis ſeruatur.

Teſtamẽtum poteſt incipere a tacita vulgari, ſi inſtitutus decedit poſt mortem teſtatoris, idẽ ſi decedit eo viuo, & poſtea teſtator ſtatim moriatur. Secus ſi diu vixit poſt mortem inſtituti, vt no. Bal. in l. 1. ff. de vulg. & pup. quòd limita in vulgari tacita contenta ſub pupillari facta ab his verbis, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſecus ſi tacita illa includetur, ſi in pupillari ætate deceſſerit, quia talis ſubſtitutio nõ eſt proprie pupillaris, ſed compendioſa, comprehendens etiã vulgarem de proprio ſignificato, tunc enim non dicitur vulgaris tacita, ſed expreſſa, & per eam omni caſu poteſt teſtatori ſuccedi, ut no. Bal. in l. precib. pen charta. 3. col. C. de impu. & aliis ſubſtitutionibus.

Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam tollitur per ſecundum, licet de illa clauſola non faciat ſpecialem mentionem No. Io. And de exceſſi. prælat. c. primo. lib 6 & dicit hanc eſſe modernam opinionem, quam etiam tangit in c. 1. de conſtit. eo. lib. & in regula, quod ſemel. Et hanc tenet. Bal. C de legi. l. non dubium. Et de teſtamentis Authen hoc inter liberos. quòd fatetur Bar. verum, quando non eſt niſi vnum teſtamentum præcedens vltimum, aliis ſecus, vt ipſe no. in l. ſi quis in principio teſtamenti de leg. 3. Idem quando vltimum eſt iuratum, vel in actis inſinuatũ, vel factũ poſt lapſum decennij a tempore prioris teſtamenti, vel ex aliqua cõiectura apparet teſtatorem voluiſſe primũ reuocare, ut not. Bal. C. de teſta. l. ſcimus Sed Feder. conſi. 47 tenet, quòd non ſufficit reuocare primum, niſi in ſecundo fiat mentio ſaltem in genere, de clauſula derogatoria in prima poſita. Vide Archid. 3 q 2. c ultima voluntas, & Fran. in cle. prima de ſepul. & Spec. in tit. de inſtru. edit § compendioſe. verſicu quid ſi in primo.

Teſtamentum an debeat teſtes rogatos habere, & an præſumantur rogati, vide ſub verbo teſtis. Si reperiantur duo teſtamenta eadem die confecta. nec appareat, quod ſit prius, vel poſterius, cui ſtandum ſit. Vide Archid. 13 q 2. c vltima voluntas, & plene per glo & Bar. in l. 1 §. 1. ff. de bo poſſ. ſecundum tabul & per Io. And in c. penul. de reſcriptis lib. 6 in prima glo. & ſuper eadem in nouella, & vide omnino ſub verbo procurator §. procurator, & §. procuratores duo.

Teſtamentum in quo filio aliquid relinquitur, alio titulo, quã inſtitutionis, non valet quoad extraneos, ſed inter liberos valet, non ut teſtamentum, ſed vt voluntas inteſtati quam iudex in diuidenda uoluntate ſeruabit, maxime ſi teſtamentũ habeat clauſulam. Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quod eſt dictum nouum Dyn & contra communem opin. no do. Anto. de teſtam. c. Raynu. in 9. col. ver. venio ad ſecundum.

Teſtis depoſitio, ſiue dictum potius intelligitur, ſecundum ius vulgare, quam ſecundum iuris intellectum no. do Anto de cohab. cle. c. veſtra. vltima charta. in prima col. vide ſub verbo citatio.

Teſtis ſi deponit per verba iuris in caſu permiſſo, & interrogatus, quis eum docuit, dicat quod aduocatus partis, uel pars, nõ probat, quia apparet ſubornatus, maxime ſi dicit poſt cauſam motam, ſecus ſi ante, vel & poſt, ſi ab aliis didicit, vt no. do. Ant. c. veſtra, vlt charta in prin.

Teſtis licet in principali dicto, vel in cauſa, ſeu ratione dicti non debeat deponere per verba iuris, ſi tamen data certificatione, ex ſenſu corporeo poſtea interrogatus ſubmittit per verba iuris, de eſſentia eius, quod deponit, probat. no. Do. Anto. in d. c. veſtra. vltima charta in prin.

Teſtis cuius dictum non probat, non aſſignata cauſa, quia verbum eſt æquiuocum, tenetur cauſam aſſignare, licet de cauſa non interrogetur, alias dictum ſuum non valet, no do. Ant. in d. c. veſtra vlt. charta in 1 col.

Teſtis ſi deponit non aſſignata cauſa, de qua non fuit interrogatus, quam ad probationem dicti ſui aſſignare debuit etiam non interrogatus, poteſt reuocari, & repeti, no. dom. Ant. in dicta prima colum. Ad hoc facit, quod no. Inn. in c. per tuas, de teſtibus. in eo, quod dicas, quem præſcripſiſſe, & non interrogatus nihil dixit de titulo, poteſt repeti. Sed contra dicit Io And. in c. fraternitatis, eo tit. in 6.

Teſtis ſi dicat quem eſſe infamatum penes bonos, & graues viros, probat ſi illos non nominat, etiam ſi nõ interrogetur de nominibus, quia non teſtis, ſed iudex habet iudicare quis ſit bonus, & quid ſit contrarius, vt no. do. Anto de renunciat. c. ſuper hoc 7. col. & Io. And de accuſat. capitu. cum oporteat. ſuper uerbo, non ſubito, & in c. qualiter. el 2. ſuper uerbo honeſtis. Sed Innoc. ibi dicit non eſſe neceſſe, quod eos nominet. Contrarium tamen dicit in d. c. cum oporteat, & illud tutius eſt, & ſeruatur, vt ibi per do. Ant. not. in uer. quæro 7. Vide eum in c. cum cauſam. il primo, de teſtib. uerſi. nũquid autem indifferenter.

Teſtis ſi dicit, quod talis legit, alter teſtis quod talis dixit, probant, quia legare, & dicere æquipollent, niſi legere foret de ſubſtantia, vt no. do. Anto. in d. c. ueſtra. uer nota, quòd legere de cohabit. cler.

Teſtes deponentes de auditu alieno ſufficienter probant in factis antiquis, in quibus de facili memoria non retinetur no. dom. Anton. in d cap. ueſtra 9 1. colu. & in penultima charta, in

ta,in fi. & vide ſub verbo probatio §.probatio de auditu.

Teſtis an poſſit deponere per ſcripturam, vide Spec.in tit.de teſtib & Bar.in l. Theopompus de dote prælegata. Et Bar.C.de teſtib l.iuriſiurandi. Et vide infra § teſtis non deponit.

Teſtes quando examinantur ad æternam rei memoriam, ſuper aliqua exceptione, vel defenſione, deberet examinari per illũ iudicem, qui competens eſſet, ſi actor ageret, quòd eſt notandum, ut not.dom.Anton. de iureiurando, verſicu. venio ad quartum.

Teſtes recepti ad æternam rei memoriam, ante litem conteſtatam propter periculum mortis, vel abſentiæ non probant, niſi infra annum agat, qui illos recipi fecit.no dom.Anto de confirm vtil c cum dilectus.

Teſtes abſuturi, uel morituri poſſunt recipi ante litem conteſtatam, etiam ſuper articulis non admiſſis obiectiuis, vel forte nunquam admittendis, no.Ro.conclu 377.

Teſtium etiam non abſuturorum receptio ſuper articulis, expreſſe non admiſſis, valet in memoria attentatorum, & in cauſa beneficiali, tamen articuli ſint de iure dantis, & termini alias conſueti ſint ſeruati, no Ro.conclu.102.

Teſtes duo probant teſtamentum factum no.dom.Anto,in c. veſtra pen charta,in fi.

Teſtes etiam iurati, & parte non vocata, poſſunt recipi ſuper fama, & ſuper notorio. & ſuper legitimatione perſonæ, nec cõtra tales admittuntur aliquæ exceptiones. Not do.Ant.in d. c.veſtra 49.col & vide ſub verbo notorium, §. notoriũ quotieſcunque, &c.

Teſtes non iurati, licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen præſumptionem, quando ſunt graues perſonæ. No.Do Anton.de priuilegi c.cum olim, il primo, in vltimo notabili, & in verſic gloſ. oppo. & vide inf §. teſtes recepti parte.

Teſtes non debent regulariter de neceſſitate eſſe rogati, niſi in certis caſibus, in iure expreſſis Not.Ro concl.396.Idem no. dom.Ant.in c.ex parte,in fi.de ſponſalib.

Teſtes in teſtamento ad pias cauſas condito non requiruntur rogati Bal.C.de ſacroſan.eccleſiis,l.1.in fi Idem in teſtamento inter liberos condito, ut no glo.in l.fi.C.de codicil. & idẽ tenet Bal.in Authen quod ſine C.de teſta Secus in teſtibus teſtamenti militis, vt patet in l.Diuus,ff. de teſtamen.milit. & in l.Pamphilo.§ propoſitum, de legat 3.Et no.gl plene.C. de teſtam.milit.l milites, & illa gl. relata ad tex. qui loquitur etiam de teſtamento inter liberos, videtur contra glo.l.fina. C de codic.tu dicas, quod gl.in l.milites loquitur ſecundum antiqua iura, ante § ex imperfecto.in l hac conſultiſſima. C. de teſtam Sed de iure canonico non requiritur, quod teſtes teſtamenti ſint rogati, ut no.dom.Ant.de teſtamentis, capit. cum eſſes.

Teſtes teſti non præſumuntur rogati, niſi ſe ſubſcripſerint, vel niſi Notarius dicat, preſentibus talibus teſtibus, &c.nam ſub verbo illo &c includitur rogatio, vt no Bal.C.de teſtam. l.hac conſultiſſima.in princ.Bartol.in l.ſciendum,ff.de verb. obligation.

Teſtis an præſumatur citatus eo ipſo, quòd ſe præſentat ad teſtificandum.vide ſup.§ citati præſumuntur.

Teſtis poteſt deponere de facto ſuo, etiam negatiuo, quando de ipſo facto non agitur ad commodum, vel incommodum teſtis, vt no.Ioan And in regula, ſine poſſeſſione. de reg. iur. lib 6.in ſolutione quæſtionis, ibi publice.quod eſt verũ, quando teſtis non eſt affectionatus ad factum, vt no dom. Ant.de elec.cap per inquiſitionem ver.no quod teſtificari. Hoc eſt verum niſi alii teſtes haberi non poſſent, quia etiam teſtis affectionatus admittitur in ſubſidium, vt not.glo.de electio. capi.cum dilecti.ſuper verbo, & ſi tres, & idem tenet ibi do. Anto.in verſi. ſecundo oppo.Sed Io. And in addit. Spec. in tit.de teſti § opponens, verſic ſed pone, quod adminiſtrator dicit, quod teſti non adhibetur fides, ſi deponit de facto ſuo, ex quo poſſit ſibi aſcribi laus, vel vituperium, & ita dom. Anton.conſuluit in arbitratore, conſi.27. Bald. dicit, quod licet non agatur de cõmodo ipſius teſtis in cauſa, poteſt tamen certitudinaliter commodum conſequi, & repellitur vt ſuſpectus in eo, puta qui deponit ſe ſoluiſſe vſuras alicui, contra quem vſurarium agitur per alium, & conſtitutio Synodalis diſponit, quod probato aliquo vſurario per teſtes etiã ſingulares omnes contractus ſui præſumãtur uſurarii, tunc teſtes de facto proprio deponentes non probant, niſi proteſtentur, quod ex eorum teſtimonio non velint aliquod ius acquirere, vt no Bal in l dictantibus.C de teſtamentis.

Teſtis ſi non viua voce deponeret cenſetur inhabilis. & ſuſpectus, & poſſunt cõiunctus, vel proxeneta eſſe teſtis in inſtrumento. & adminiculant fidem inſtrumenti, & ſic vox mortua plus operatur, quã uiua, quod eſt mirabile, vt no.do. Ant. de tranſac.c.ex literis, ver.ſed ut expediam.

Teſtes ab una parte producti, debent examinari ſecundũ interrogatoria per aliam partem data, & a iudice admiſſa, alias eorum dicta non probant, ſecundum Io.Andr & dom Ant.de teſtib.c.cum cauſam, & qualia interrogatoria fieri debeant; Vide gl.in c.præſentium, eo tit.lib 6.

Teſtis an videatur renunciare iuri, quòd habet in re, ſuper qua inter alios contrahitur, & ipſe ut teſtis adhibetur. Vide ſub verbo renunciare uidetur teſtis.

Teſtis ad probandum memoriam extare, vel non extare, qualiter debeat deponere, uide Inno.de verb ſigni.c.veniens. lib. 6 & cap.quid per nouale.eo. tit.in antiquis. Et conclude, ut no.Io.And in d.c quid per nouale, & in c.de præſcript lib.6. in glo fin. & pleniſſime per Spec.in tit.de proba §.1.ver.vltimo quæritur, vſque ad fi. & in l.2.§ Labeo, ff de aqua pluuia arcen. Aduerte tamen, quòd oportet teſtem ſuper hoc deponentem eſſe ætatis quadraginta annorum, vel ſaltem, quod ante quadraginta annos quibus audire incœpit quem deponere, fuerit doli capax. Item oportet, quod ſi id ſuper quo deponit ſit tale, quod per quadraginta annos proxime elapſos poſſit probari de viſu illorum quadraginta annorum, & de auditu aliorum præcedentium deponere debet, vt ſi quis uult probare poſſeſſionem ſuorum, & prædeceſſorum ſuorum, cuius initii non ſit memoria. No.Lap.in cap primo, de præſcrip.lib.6.& eſt ratio ſecundum eum, quia probatio tanti temporis etiam admittitur de auditu, quia difficilis eſt, ergo cum facile ſit probare poſſeſſionem 40.annorum de viſu debet pro illo tempore de viſu probare, & de anteriori de auditu.

Teſtes producti coram arbitratore in figura tamen iudicij faciunt fidem coram iudice, ſecundum Butr. quòd non placet. domino Anton. de iureiurand. capitulo, Quintauallis. verſicu. 14.

Teſtis ſi dicit primo ſe nihil ſcire, poſtea ex interuallo rediens, dicit ſe recordari, & deponit, vltima depoſitio non valet. Secus ſi ſtatim recordaretur, & ſe corrigeret. not Ro.concluſione 281.

Teſtes producti in poſſeſſorio, ſi deponunt aliquid ſuper eo, quod petitorium ſuſpenſum concernit, non probãt illud, quia extra materiã de qua agitur, & ſuper eo, ſuper quo iuriſdictio iudicis eſt ſuſpenſa, depoſuerunt. Notat Rot. ſua concluſione 48.

Teſtes inducti ad vnum finem, non probant ad alium finem. Ideo publicatio primorum non impedit productionem aliorum, vel etiam eorundem, quia fit ad alium finem, licet tendant ad idem factum probandum, no.Do Anto.de teſtibus, capit.veniens, 2.l 1 ff de ui bon.rapto.& vide ſub verbo probatio facta ad vnum finem, & vide infra, §. proxime ſequenti.

Teſtes publicati in poſſeſſorio non impediunt quominus ſuper eiſdem articulis, uel directo contrariis in petitorio poſſint alii teſtes produci, quia ad alium effectum producuntur, quam primi, not. Rot.concluſione 416. uide ſupra proxime præcedenti §.

Teſtes publicati ad inſtantiam producentis, vel aduerſarii, ſi non fuerunt rite recepti, ſcilicet lite non conteſtata, uel parte non vocata, poſſunt de nouo produci, ſuper eiſdem articulis, etiam ſi pars didicerit teſtificata, & ſi idẽ diceret quod primo valet eorum depoſitio contra, vel extra articulos, no. Ro.conclu.178.

Teſtes publicatis atteſtationibus, non admittuntur ſuper articulis directo contrariis, quando omnes veniunt ad deponendum de veritate, & ſecũdi de credulitate, quia tunc proprie non eſt contraria negatio, cũ quis poſſit credere non ſolum verum, ſed etiam falſum. Item primum dictum limita, quando primi teſtes plene probant, ſed ſi non probant, tũc admittuntur alii ſuper directo contrariis.not.dom.Anto de iudic. c.at ſi clerici.in princip.ver.oppo.quòd coniunctus.in prima ſolutione. Sed hoc intellige, quando primi teſtes ideo non probant plene quia examinati erant coram iudice incompetente, ita quod nulliter probant alioquin ſi ſaltem ſemiplene probarent, non admitterentur alii ſuper directo contrariis, per rationem cle.2.de teſtibus.

Teſtium publicatio, ſi non eſt rite facta, non impedit, quin idẽ teſtes, & alii poſſint ſuper eiſdem articulis produci. Nõ.Ro. concluſione 198.

Teſtis, licet ſi ei ſit crimen obiectum, & probatum, a teſtimonio repellatur, tamen ex hoc pœna illius criminis, non punitur, neque infamis reputatur, quia ad pœnam principaliter non agitur, ſed incidenter de crimine quæritur. Notat Rot. concluſione 37.

Teſtis non repellitur ex eo, quod cum parte contra quam producitur, litem habuerit, ſecundum Io.And. ſed ſi de præſenti litem habet, dic, quod eſt in arbitrio iudicis, quanta fides ei

adhi-

Digitized by Google

adhibeti debeat, non tamen ex toto repellatur. no. do. Anto. de iudi. c. 1 uer. nota ſecuudo aduerſarium.

Teſtis poteſt eſſe prælatus in cauſa eccleſiæ. Not. do. Anto. de iodi. c. cum veniſſent ver. oppo. ſecundo, & etiam ſpectatite cauſa ad menſam ſuam, vt no. eo c. ver. inferior autem. Ioan. And. teoet contrarium in c. inſuper de teſtibus. vt no. Ioan. Andr. in c. præſentium de teſti. lib. 6. ſuper verbo ab eiſdem, in nouella.

Teſtificari non poteſt regularitet laicus cõtra cleticum, in cauſa criminali, niſi ſit de crimine infamatus, dicit tamen Hoſt. quòd non admittuntur laici ad teſtificandum, niſi crimen ſit notorium, vt no. dom. Ant. de iudic. c. cum non ab homine. ver. venio ad gl.

Teſtificari non poteſt arbitrator ſuper iuſtitia laudi ſui, nec de actis coram eo factis pertinentibus ad litis deciſionem, quia atteſtaretur in facto, in quo poſſet ei aſcribi laus, vel vituperium, ſecundum Ioano. And. licet Bart. aliter dixent, vt not. do Ant. de iureiurando, c. Quintauallis, ver. venio ad textũ, in fine. Et idem dicit in conciliis ſuis conſi 27. & vide §. proxime ſequenti.

Teſtificari poteſt iudex de actis per eum factis, licet nõ ſcriptis, & hoc maxime procedit, quando teſtificatur in cauſa appellationis, vt no. Ro conclu 86 Sed plene vide de iudice, arbitro, & poſſeſſore per do. Anto in c cum a nobis. de teſtib. & ibi pleniſſime dicit, quid de aduocato, & procuratore. Vide etiam per ipſum in c. cum dilecta ver. ſecundo opp. de elec. Vbi etiam tangit de proxeneta. Et uide ſupra §. prox.

Teſtis non poteſt eſſe aduocatus. no. Ro conclu. 364 nec etiam in alia cauſa poteſt teſtificari pro clientulo ſuo, donec duret aduocatio. Sed aduocatione finita teſtificari poteſt, etiam de his, quæ in cauſa, in qua aduocatus fuit, occurrerunt, vt not. Do. Ant. de tranſac. c. ex literis, ver ſed vt expediam. Sed vide Io. And. qui melius loquitur quolibet alio in addi. Spec. in tit de teſte. § oppono. ver. ſed pone, quòd adminiſtrator. Vide plene per do. Ant de teſtibus. c. cum a nobis.

Teſtis eſſe non poteſt procurator, licet depoſuerit officium procurationis. no Rota conclu. 364 Idem ſi ſit per dominũ reuocatus ut ſraudem, ut teſtificatur. not Ro. conclu. 122 & ſicut non poteſt teſtificari procurator, ita nec ſolicitator in cauſa per dominum conſtitutus, ſecus in ſolicitatore conſtituto, ſeu deputato per procuratorem, vt no. Ro conclu. 149. Vide dom. Ant. de teſtib. c. inſuper, & plenius in c. cum a nobis. Eodem tit.

Teſtis eſſe non poteſt ille, qui eſt adhærens cauſæ appellationis per eum interpoſitæ. No. Ro. conclu. 364. quod eſt verum ſi appellatio eſt deſerta, vt ibi loquitur. Et ratio eſt, quia idem diſponitur de adhærente, & de principali cui adhæret, vt no. do. Anto de teſtib. c. in ſup. ad fi.

Teſtis eſſe non poteſt, qui habet ſimilem cauſam ei, in qua teſtificatur, no. Rota ſua conclu. 364.

Teſtificari poteſt ſubditus pro rege domino ſuo no. Cy in l. eos C. de teſtib. niſi dominus ſit talis, qui veriſimiliter ſuis ſubditis metum inferat, ut no. Bal in dicta l. eos. Sed in dubio teſtis ſubditus non admittitur, ut ibi. no per Bart. Ioan. And. in additio. Specul. in titu. de teſte. §. ibi, verſi. ſed numquid vaſallus.

Teſtis qui non debuit examinari, an examinatus faciat iudiciũ. Vide Bar. in l. maritus ff de quæſt. & in l. 2 de ap. recip. & per do. Ant. de ſponſalib. c. is qui & de probation c. quoniam cõtra in fine, & per Bal C. de teſti l. ſeruos.

Teſtimonium ſacerdotis probat cõfeſſionem peccatoris, & pænitentiam ei iniunctam per ſacerdotem. Sed non probat ſatisfactionem pænitentiæ, & quo ad ipſam confeſſionem, & pænitentiam, teſtimonium ſolius ſacerdotis etiam ſine iuramento probat, ſecundum Archid. licet Hoſtiens. requirat iuramentum not. dom. Anton. de teſtibus capitulo teſtimonium.

Teſtimoniũ ſacerdotis nõ probat in iudicio, C. de epiſ. aud. Anthẽ. Archigerontes. quia non ſcit vt hõ, ſed vt Deus. de offi. ordi. c. ſi ſacerdos licet non poſſit, nec debeat hæc teſtificari, nec probare, niſi de voluntate confitentis, vt no. Io. Andr de renunciat c. lectæ. in prima glo. Pro quo facit de pænit. diſtin. 7. c. ſacerdos, & quod ibi no. Io. And poſt Hoſtien. Vide text. 22 q. 9 c. hoc videtur.

Teſtes in cauſa criminali debent pro cauſa examinari, nec poteſt examinatio alteri cõmitti. c. conſtitutus de fide inſtrum. Authen. apud eloquentiſſimum. Licet de conſuetudine ſeruetur contrarium, ut no Io. And. de fide inſtrum c. conſtitutus. ſuper glo pen Si tamen teſtes ſunt in alia prouincia, poteſt etiam alteri examinatio committi, ut not per Iacobum de Aretio. & Bald. in dicta Authentica, apud eloquentiſſimum.

Teſtificari non poteſt fideiuſſor pro principali ſuper contractu in quo interuenit fideiuſſor etiam, ſi principalis ſit ſoluendo no Io Andr in addit Spec in tit de teſte. § 1 ver. quid de fideiuſſore. de quo tangitur. per Bar & Bal in l ſicui legatur. § ſi. de legat. primo, & per dom. Anton. de teſtibus. ut ſup. & ibi no.

Teſtis ſemel examinatus an poſſit iterũ repeti ſuper eiſdẽ articulis, etiam poſt publicatione Vide plene per do Anto. in c. per tuas. de teſtibus, & c. cum clamor.

Teſtis licet poſſit eſſe pro, & contra fratrem, tamen inuitus nõ compellitur contra eum teſtificari, no. Bat. ff de teſtamen. l. qui teſtamento. §. quocunque quod eſt uerum in ciuili, ut no glo. ff de teſtib. l leg Iulia quam tenet glo 4 q. 3 c 1. illa tamen glo. facit pro, & contra Archid. tamen etiam approbat glo. Accur. & tenet, fratrẽ etiam in ciuili non compelli, ut ꝑ ſe no. 4. q 3 §. nunc lege Iulia iudiciorum. Licet Spec contrarium dicere videatur in ti. de teſte § 1. verſi. ſed numquid frater, & idem videtur ibi tenere Ioan n Andr. in addit. Sed Hoſt. in ſumma de teſti eo § 1 dicit, ita demum eum cogendum, ſi aliter probari non poteſt. Dom. Anto. in ſumma co. tit Item perſonæ tenent, quòd non compellitur in criminali, nihil poteſt profecto teſtificari no Hoſti & Io. An de offi. deleg c. inſinuante. In ciuili autem, an teſtificari poſſit dic vt plene no Bal. in l parentes. C. de teſti. & per glo. 3. q. 5. cap. 1. de offic deleg. cap cum canonicus. in glo. 2. & per do. Ant. de accuſ c. cum oporteat. in glo 2. verum tamen potius in ciuili, quam criminali loquitur.

Teſtificari an poſſit familiaris pro domino cum quo moratur. Vide glo. inſti de teſta. § in teſtib & Bal. in l. etiam C. eod tit. & in l qui teſtamento §. quicunque ff de teſtam & Innoc & Io And de teſti. cap in literis, & Hoſt. & dom. Anto de offic. deleg c inſinuante, & Spec in tit de teſte, § 1. ver Item excipitur domeſticus quod ſit, & vide inf. §. teſtes familiares, vbi hoc declaratur.

Teſtes de vna caſata, ſiue parentela non poſſunt teſtificari pro conſorte in eadem caſata offenſo in locis ubi eſt conſuetudo Et iniuria facta vni de genere, reputatur omnibus aliis de illo genere facta, ſicut eſt in Italia, ut no. Cyn in l. 1. in fine. C. de rap. virgi. Ratio eſt, quia videntur in re propria teſtificari.

Teſtes an poſſint eſſe clerici, monachi, & alii regulares, vide ſub verbo monachus. § monachus, & quilibet regularis.

Teſtis falſum deponens in cauſa criminali punitur pœna Talionis. l. 1. §. 1. ff ad leg. Corn. de ſicar Idem no. Bal. in l presbyteri. C. de epiſ. & cler Sed alibi dicit, quod aut deponit falſũ, in cauſa criminali, & capitali, & punitur lege Corn. de ſicar. Aut in cauſa non capitali, & punitur lege Corn. de fal vt no. per eum in l & ſi legibus C ſi contra ius, uel utilit publi. & l. 2. C. de reb credit. & iureiur. &c.

Teſtis ſi falſum depoſuit, ſed nulliter, ita quod dictum eius non ualeat, an de falſo puniatur. Vide Bar ad legem Corneliam de falſis. l. ſiquis legatum Conclude tamen, quod falſum ſiue periurium non vergens in alterius præiudicium ſolum Deum habet vltorem no gl. 6. q. 1. c. quicunque. Idem not. Bal. in gl in l. 2. C. de re. eccl. & Ioan. But. in l. patri. C. cõmu. vtriuſque iudi.

Teſtis criminoſus non debet interrogari de ſociis criminis, niſi in criminalibus ſpiritualibus propter enormitatem eius, quod no per glo in l ſi C. de accuſa. ac ſi interrogatur in criminalibus, in quibus interrogari non debet, non facit etiam indicium ſufficiens ad torturam. ut no. Cyn in d. l. ſi.

Teſtes recepti parte abſente, & non uocata, licet non faciat plenam probationem, faciunt tamen præſumptionem, & idem de teſtibus, inter alios receptis, vt not per glo & Bart. in l res hæreditarias, ff de crim. expil hæred. & de ſecundo vide Bar. in l. ſi quis libertatem. ff. de petit hæredit. & vide ſup §. teſtes non iurati.

Teſtes eo ipſo, quod dicit aliquid non credibile, vel uériſimile, eſt ſuſpectus, ut no Bald. C. de teſtim. in l. 3. §. 1. & l. ob crimen. vide inf teſtes deponentes.

Teſtis quando eſt ſuſpectus, debet interrogari etiam ſuper extrinſecis non concernentibus negotium, de quo agitur, puta an tempus eſſet ſerenum, vel nebuloſum, & debet iudex, omnibus modis laborare talem teſtem decipere per aliquas conjecturas, ut no. Innoc de teſti. capitu cum cauſam, ſuper verbo tempore. Et idem no. gl. 4 quæſt. 3 § item in teſtibus conſiderandum eſt.

Teſtis ſi in uno dicit falſum, non creditur ſibi in alio, quia depoſitio teſtis fundatur ſuper iuramento, quod eſt indiuiſibile, not. Bal. ff ſi cer petat l. certi condictio § quoniam. 5. col quod eſt verum ſi mentitur circa ſubſtantialia cauſæ. Secus ſi ſuper extrinſecis mentiatur, vt no. Inn. de hæret. c. fraternitatis.



Digitized by Google

Et idem not. Oldrad. ſuo conſilio 37. Et hoc de extrinſecis. Limita quando teſtis non eſt ſuſpectus, alias ſi eſſet ſuſpectus, etiam ſi ſuper illis mentiendo reijceretur eius teſtimonium, per id, quod no. Inno de teſti c. cum cauſam, ſuper verbo tempore. Item ſi teſtis non eſſet ſuſpectus, limita dictum Inno in c. fraternitatis, quando teſtis iurat ſimpliciter dicere ueritatem ſuper articulis, vel ſuper cauſa, quia tunc intelligitur duntaxat iuratus ſuper contentis in articulis, uel ſuper facto de quo principaliter agitur Vel ſuper eius adhærentibus. Licet ergo ſuper extrinſecis mentiatur, non eſt periurus, vt ſingulariter notat Innoc. de accuſa. c. inquiſitionis. Et idem no. Bald. in l ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff de iureiurando. Secus ergo ſi teſtis iurauit dicere veritatem ſuper omnibus, de quibus interrogabitur, quo caſu ſi interrogaretur, ſuper extrinſecis, & mentiatur, non valent dicta per eum poſt mendacium, ſed ante ſic, vt no Bald ſuper rubrica ſi de inueſtitura feudi controuerſia fuerit. Et quando teſtis dicatur ſuſpectus, vide ſup §. teſtis eo ipſo &c.

Teſtis ſi non deponit verbo, ſed per ſcripturam per eum iudici traditam ualet eius teſtimonium, ut no. Inno. Io Andr. in c. de teſtibus in tit. de teſtibus, & atteſtationibus. Barto dicit, quod valet, niſi petatur, quod viua voce deponat, in l. Theopompus, de dote prælegata.

Teſtis eo ipſo quod producitur, videtur pars producens eius perſonam approbare, & eo vti Ideo poſtea eius perſonam reprobare non licet, poſtquam teſtimonio eius vti non velit, no. Io. And. in addi Spec. in tit de teſte. §. ſæpe, verſi. ſed quid ſi cum. Idem tenet Iacob. de Arena, & Petr. More ut no. Cynus.

Teſtem per me productum non poſſum ratione perſonæ impugnare iterum productum contra me, ſiue in eadem, ſiue in alia cauſa, ſiue in eadem perſona, cum qua primo litigabam, ſiue per aliam, niſi cauſa propter quam volo teſtem repellere & quæ nunc adeſt reſpectu perſonæ, cum qua prius litigabam, id impediat vt ſi contra te produxi in teſtem patrem Titii, & poſtea in alia cauſa tu uis producere contra te eundem patrem ſuum, ut no Ioan. And in addit. Spec in tit. de teſte. § ſæpe. ver quid ſi produxi teſtem infamem. & de excep cap. cum uenerabilis. in glo. quaſi dicat ver. ſed & hæc. Item prædicta limita niſi cauſa de nouo ſuperuenerit, ut C. de teſti. l. ſi quis teſtibus. & ibi no. per glo. Cyn Bart. & per Bald. uel niſi producens teſtem, contra me corrumpit illum teſtem, ut d. l ſi quis, & not. Specul. in dicto § ſæpe. verſic. quid ſi produxi teſtem.

Teſtem contra me productum, ſi eius depoſitionem pro me factã accepto, non poſtea, ſi pro me reproducatur, poſſum eius perſonam impugnare, quando ex tali depoſitione victoriam obtinui, quam alias non obtinuiſſem. Secus ſi etiam ſine illa depoſitione obtinuiſſem, vt no Io. And. in addit Spec. in tit. de teſte §. ſæpe, ver. ſed quid ſi cum. Idem no. do. Anto. de teſtib c. præſentium ver. oppo. contra glo. ubi etiam dicit, quod ſi teſtem contra me productum in vna cauſa non impugnaui ratione perſonæ cum poſſem impugnare, tamen potero, ſi contra me iterato producitur, etiam in illa cauſa impugnare ſecundum. Iaco. Butrium, & hoc etiam no. Spec. in dicto §. ſæpe. verſic. ſed producit contra te, quod videtur primo dicto contrariari, ſed non contradicit, quia primo caſu expreſſe approbaui. Secundo caſu tacui, non approbando, nec improbando, &c.

Teſtis contra me productus, ſi eius perſonã impugnaui, & pro me aliquid deponat, depoſitio mihi aliquid non prodeſt, ſcilicet ſi impugnationẽ præſtiti. Secus ſi ſimpliciter fui proteſtatus, vt mihi liceat excipere ſecundum Innoc. in c. præſentium, de teſtib quod qualiter intelligendum, uide ibi plene per dom. Ant pen. colum Et licet ibi ipſe, & Io. And dicant, quod Innoc voluit facere differentiam, inter proteſtantem in genere de excipiendo contra teſtes, & proteſtante in ſpecie. uel opponentem criminaliter, non eſt tamen verum, quod illam differentiam faciat, ſed duntaxat differentiam facit inter proteſtantem, vt ei liceat excipere. Primo caſu non declarat voluntatem ſuam præciſe, quod velit excipere, ſecundo caſu ſic, & ideo ſecundo non refert ſecundum eum, an dicat quis in genere, proteſtor, quod volo excipere contra teſtem, vel dicat proteſtor velle excipere quod ſunt criminoſi, &c.

Teſtes reprobatorij non admittuntur niſi ſemel a qualibet partium, & ſi poſt ſecundam appellationem cuiuſcumque partis contingat, non admittitur alterius reprobatio per teſtes, quòd eſt verum in teſtibus reprobatoriis contra dicta, ut no. Io. And in c. præſentium. de teſtibus.

Teſtes idonei ſunt pater, & mater ad probandum matrimoniũ per filium, vel filiam contractum, niſi propter potentiam, uel excellentiam alterius coniugum, vel matrimonium ſit ſuſpectum mulieris eum filia contraxiſſe, vel excedat in diuitiis, vel nobilitate generis, uel potentia amicorum, vel honore, quia forte eſt iudex, uel doctor, uel conſiliarius alicuius magni viri, ut patet in c. ſuper eo. il ſecundo de teſtib. uel niſi filius, vel filia dicatur cum alio prius contraxiſſe, uel uotum feciſſe, vel opponatur de ſpirituali cognatione, ut no. Spec. in ut. qui ma. accuſa non poſſ. Quod autem dicit Spec. patrem & matrem non eſſe idoneos, quando duo contendunt quorum vnus dicat ſe prius altero cum muliere contraxiſſe intelligo, quando ille, pro quo pater, & mater deponerẽt, mulieris, excederet alium diuitiis nobilitate, potentia, vel honore, quia tunc habet locum ratio dicti c. ſuper eo. il ſecundo, Hoſtien. dicit, quòd arbitrarium eſt, & an prædicti ſint teſtes idonei, vt no Dom. Ant. poſt eum in dicto cap. ſuper eo. il ſecundo. Io. And. dicit, ſecundum Rainaldum, quòd licet vir mulierem excedat in diuitiis, nobilitate, potentia, vel honore, tamen ſi pater, & mater ſunt valde honeſti, admittuntur in teſtes. Vide tex. de his qui. ma. accuſ poſſ c. uidetur. Vide ſup. § familiaris, &c.

Teſtis non poteſt repelli ratione perſonę, niſi tempore quo producitur, excipiatur, aut fiat proteſtatio de excipiendo, uel niſi iuret poſtea, quòd malitiæ cauſa non excipit de teſtib. pręſentium, & ibi no.

Teſtes duo digniores præferuntur centuum teſtibus vilioribus. & hoc no. Hoſt & Io. And. in c in noſtra. de teſtibus.

Teſtes deponentes, ea quæ ſunt iuri communi conſona, cenſentur deponere veriſimiliora. no. Io. And. & do. Ant. in cap. in noſtra. de teſtibus. Item ideo præferuntur primi ſecundis, ut Ioan And. no. & dom. Anton. de probat. cap. licet cautam, & ponit do. Anto. in 6 charta. 3. colunt. verſi. no. ſecundo, quod ceteris paribus.

Teſtes cõtrarium deponentes, ſi ſint numero pares, & poſſunt multiplicationem actus concordari, debent ad concordiam reduci, non ſolum vt falſitatem euitent, ſed etiam, vt probẽt vtrumque actum, ſi ſunt diſpares, ſtatur maioritati numeri, vel auctoritati No do. Ant. de teſtibus. c. cum tu fili. prædicta procedunt in teſtibus ab aduerſa parte productis. Vbi autem ab eadem parte producuntur, & contrariantur, tunc ſecundum legiſtas, licet concordentur, ut falſitatem euitent, tamen non ut probetur. Sed hoc dictum legiſtarum ſoluatur, quando eſſent duo teſtes duntaxat ſibi contrariantes, quia tunc nullus per ſe perfectam probationem facit. Secus ſi eſſent plures, quia tunc ita reducuntur ad concordiam, ut probent, ac ſi ut ab aduerſa parte productæ eſſent ſecũdum Io. And & Fede. de Senis in d. c. cum tu fili. Et aduerte, quod dicta concordia poteſt fieri etiam de vno teſte ad ſe ipſum, ut eius dicta ad concordiam reducantur, ne dum, ut falſitatem euitent, ſed etiam vt probent tanquam unus teſtis, ut notat dom. Anton in d. c. cum tuum filu Vide infra §. teſtis.

Teſtes duo ſibi contrariantes, quorum vnus dicit alterum fuiſſe præſentem, & ille alter negat, debet iudex ratione ſuſpicionis contra eos inquirere, ut no. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. & vide, quod ipſe not. in l. hæredes palam. in princip ff. de teſtamentis.

Teſtes ſi contraria deponunt, ſtatur maiori numero, niſi auctoritas minoris numeri ſit tanta, quod excedat maiorem numerum, quo caſu ſtatur maiori auctoritati, recepto maiori numero, vt not. Hoſtien. Ioan. Andr. & Dom. Anton. in capitu in noſtra. de teſtib. Hoc intellige, niſi minoris ſit duplo maior, quo caſu numerus præfertur auctoritati maiori, per tex. de elect. capit. ſi quando. libro 6 & ita dicit Io. And. in dicto capit. in noſtra. Vbi autem teſtes ſint omnino partes, vel ratione numeri, vel ratione auctoritatis, vel vno cum alio ponderato, tunc pręfertur ſententia pro eo, ſi conſtat quis ſit reus. Fallit in quatuor caſibus, in quibus ſententia fertur pro actore, quos not glo. in dicto capit. in noſtra. Fallit etiam in pluribus aliis, quos ponit Spec in titu. de teſte. § poſtquam. ver ſed quid, ſi toti ſint, & ver. penul Vnum tamen ſcias, quod vnus teſtis non detrahat duobus teſtibus contrarium deponentibus, quia ſemiplena probatio non detrahit plenę probationi, ſeu perfectæ, vt no. Dom. Anton in capitu in noſtra. Et Bald. in l admonendi. verſic quæro quid ſi actor, ff de iureiurando. Vide quòd no per eum. in leg. prima. in principio de ven. inſpiciendo.

Teſtem contra me productum non poſſum poſt eius publicationem impugnare ratione perſonæ in iure, quando non ex malitia procedo contra eum, vel niſi probem, quod ea, quæ depono ad mei notitiam poſt publicationem peruenerunt. de teſtib. cap. præſentium. Et hoc, quod de nouo ad mei notitiam peruenerunt, probatur per iuramentum. vt not. per glo. & Dom. Anton. in d. c. præſentium.

Teſtis

Teſtis vnus, & idem ſi ſibi ipſi contrarietur in eadem inſtantia, vel in diuerſis, & inter eaſdem perſonas, vel inter alias, & in iudicio nullo, aut in aliquo ſummario, vel pleno, vel in iudicio, vel extra, an probet in aliquo, uide plene per dom. Anto de teſti cap. cum in tua. penultima, & vltima columna, & per Bart. ff. de fal. l. teſti. in principio vide ſup §. teſtes contraria deponentes, in fine, & vide inf § prox. ſeq.

Teſtis quando ſemel in cauſa depoſuit, an poſſit iterum repeti, ut primo dicto addat, vel ipſum declaret, vel corrigat. Vide dom. Anto. de teſti. c. cum clamor. & c. per tuas. & cap. cum cauſa. vltima colum. Vbi dicit, quod ſi ſecunda vice contrarium dicit ei, quod prima uice dixerit non valet, quod vltima vice depoſuit, niſi prima atteſtatio fuiſſet nulla. Idem dicit in gl. & Spec. in tit. de teſte § 1. ver. quid ſi idem teſtis, & ver. ſequenti.

Teſtes familiares producuntur, licet in aliis, quam in matrimonialibus repellendi ſunt, tamquam domeſtici. l. etiam. C. de teſti. & ibi no. per Cy. & Bal. in l. qui teſtamento. §. quæcunque. ff. de teſta. Tamen in cauſa matrimoniali ſunt teſtes idonei, ſi aliter ſint honeſtæ perſonæ, dummodo nō ſint filii illegitimi, vel ſpurii qui producentur, vt no. Innoc. & Io. Andr. in c. in literis. de teſtibus, quod dictum intellige in cauſa matrimoniali, quia generaliter non loquitur illud. cap. in literis. licet Innocen generaliter id loqui videatur, & ita etiam generaliter loquitur. Bar. ſequens Inno. in d. l. etiam. Sed tex. illius legis facit contra. In matrimonialibus autem ſpeciale eſt quòd domeſtici admittantur. Nam in illis admittuntur pater, & mater, qui ſunt domeſtici, ut patet in c. ſuper eo. il ſecūdo. de teſtib Fortius ergo admittentur familiares domeſtici, & producentur, quia pater, & mater maiorem habent affectionem ad filiam, vel filium, quam familiares ad dominum uel dominam. Vide ſup §. teſtes idonei ſunt pater, & mater. Vnum tamen nota, quòd licet familiares non poſſint teſtificari inter ſeipſos, ſecundum Cyn. de ma. & Bal. in d. l. etiam, in contrarium tamen facit, quod no. Innoc. in c. inſinuante, de offic. & poteſtate iudic. delegati. Sed ad hoc uide infra § proximo.

Teſtes omnes cenſentur idonei, qui non excipiuntur a iure ſpecialiter in teſtimoniis dandis iudicialibus, & ſi dominus eſt ſuſpectus, omnes de eius familia poſſunt dici ſuſpecti, quia hoc non eſt de iure cautum, & quia minor ſuſpicio repellit iudicem quam teſtem, & ratio eſt, quia plures inueniuntur iudices, quam teſtes, ita no. Inno. in c. inſinuante, de offi deleg. per quæ etiam dicit Bald. quòd licet procurator non ſit idoneus teſtis in cauſa, in qua procurat, tamen familiares ſui ſunt idonei. ita no. Bal ff. de teſta. l. qui teſtamento, §. quæcunque.

Teſtis dicitur falſum teſtificari non ſolum quando falſum exprimit, ſed etiam, quando vnum tacet, quod procedit, quando iurauit plenam dicere veritatem ſuper interrogatis, tunc demum tacendo dicitur falſus, ſi fuit interrogatus de accuſ. c. cum dilecti, & do Ant. de reſcriptis. cap ſuper literis. 2. colum. in fine.

Teſtis proxeneta non compellitur inuitus teſtificari, niſi vtraque parte volente. Sed volens admittitur, ſi vna pars conſentit, licet alia contradicat, ut no. in Auth de teſti. §. quia vero. in prima gl & hoc tenet. Bar. C. de teſti. l. omnib. Contrariū tenet gl quod non admittatur, niſi vtraque parte uolente, in Auth. de inſtrum caut. § in his, & de teſti c. 1. & c. Romana, lib 6. Et hoc tenet Bart. ff. de iure fiſci. l. differre. §. idē decreuerunt. Et in hanc partem declinat. Ioa. And. in c. dilectorum. Motus ratione, quam ponit. dom. Anto. in d. § qui. verſi. in gl. magna, & hanc partem firmat. Io. Cal. & do. Ant. in d. § qui vero. in c. dilectorum. Aduerte tamen, quod ſi per alios teſtes probari non poteſt, quia forte non interfuerunt alii, admittitur proxeneta in ſubſidium, vt no dom. Anto. in c. cum a nobis de teſtib. ult. col. Vide omnino, quod no. Ioan. And. in addit. Spec in titulo de teſte § 1 ver. ſed pone. Sed in crimine ſimoniæ ſpecialiter eſt ſtatutum, quod mediator, ſiue proxeneta admittitur in teſtem, etiam altera parte inuita, ſi ciuiliter agatur, & proxeneta nullum inde emolumentum percepit, vt eſt caſus in d. c. 1. de teſtibus, per quem tex. concludi videtur, quòd cum primo caſu ſit ſpeciale propter deteſtationem criminis, quòd in aliis caſibus non admittatur altera parte inuita. Diſtingui tamen debet in aliis caſibus, quod aut proxeneta producitur per illam partem, quæ ſtat pro contractu, vel alio actu, in quo fuit mercator. Secus ſi producitur in teſtem per illum, qui ſtat contra contractum, quia tunc ceſſat dicta ratio ſuſpicionis, vt no. Gaſpar. de Cal. in d. c. dilectorum, & ita fuit mens Io. Andr. in eod. cap. verſi. ſed pone.

Teſtes valetudinarii, vel ſenes, aut debiles, vel pauperes, non poſſunt compelli uenire ad præſentiam iudicis ad teſtificandum, ſed debet iudex mittere ad eos in domo ſua examinandos Et pauperes dicuntur, qui non habent ad ſuam familiā ſuſtentandam, niſi ex operibus, & labore ſuo Vnde non ſufficeret, quòd producens eum in teſtem velit dare ei expenſas, & victū, quia per hoc familia ſua non ſuſtentaretur, vt not. Dom. Ant de teſti. c. ſi qui teſtium.

Teſtes a iure priuilegiati, vt non compellantur inuiti teſtificare, poſſunt compelli in ſubſidium, ſi aliunde veritas probari non poſſit no. do. Ant. in c. primo. de teſtib. & hoc de iure canonico. Secus de iure ciuili, vt no. gl. ff de teſtib l. inuiti. Sed ius canonicum ſeruandum eſt propter peccatum, quòd incurrit, qui veritatem tacet, & celat, vt habetur, §. multis locis.

Teſtium verba, quæ non poſſunt proprie redigi in latinum, ſcribi debent per Notarium in vulgari, vt no. Bar ff. de teſta. tu. l. ſi quis filiabus.

Teſtes qualiter debeant deponere ad probādum tenorem inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ, vide Dom. Anton. in capit. cum olim. de priuileg. & aliquid per Bart. in l. 1. ff. ſi certum petatur.

Teſtis deponens aliquem præſcripſiſſe, non probat ſi interrogatus non exprimat poſſeſſionem, & bonā fidem, quæ in præſcriptione requiruntur, & ex quibus præſcriptio comprobetur, vt no do. Anto. de teſtib. c. fraternitatis. Idem not. Inno. ibi & in c. per tuas. eo. tit.

Teſtis qui patitur ſe deponi pro teſte in contractu inter alios celebrato, an ſibi præiudicet, vide quod no. ff de pignor. ac. l. Gaius, & in c. inter dilectos. de fide inſtru. & per Bar. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matr.

Teſtis qui reputat ſibi ad honorem victoriam cauſę, & perditionem ad dedecus, eſt ſuſpectus, & repellendus, vt no. Io. And. de teſti c. Romana. lib 6. in nouella.

Teſtibus publicatis non ſolum eſt adempta facultas producenti per teſtes probandi ſuper eodem articulo, ſed & parti contra quam producuntur, eſt adepta facultas probandi ſuper directo contrariis, vt patet de teſtibus cap. cum veniſſent, & ibi no. dom. Anto quod intelligo, quando ſunt publicati ſimpliciter, uel vtrique parti Secus ſi vni parti tantum. vide inf. §. proximo ſequenti, vbi plene.

Teſtibus publicatis non licet alicui parti teſtes de nouo producere, quamquam non appareat quod ſint teſtificata didicita, niſi publicatio facta fuerit parte ignorante, vel inuita. not. Io. And. in cap. conſtitutus. il ſecundo. de teſtib. ſuper vltima gl. vel niſi publicatis, & productis fuerit ita modicum interuallum, quod non poteſt pars didiciſſe, niſi pars, & Notarius iurarunt quòd non fuerunt teſtificata didicita, alias ex ſola publicatione præſumitur pars præſens, & non contradicens publicationi factæ conſenſiſſe, & teſtium productioni renūciaſſe, & teſtificata didiciſſe. No dom. Ant. in c. fraternitatis. de teſtib. 3. & 4 charta ver. ſecundus terminus. Et vide ſup. §. proxime præcedenti.

Teſtis pubes factus an poſſit teſtificari de his, quæ impubes vidit, dicit no. per gl. Bar. & Bal. in l. ad teſtium, §. 1. ff de teſti. & plenius per Io. And. in addit. Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſi. ſed numquid factus pubes.

Teſtis ſi in iudicio dicat vnum, & extra iudicium dicat contrarium, quid iuris ſit de dicto ipſius, an valeat, vel plus imputari debeat, vide Bar. in l. eos. in principio, ff. de fal & dom Ant. in c. cum in tua. de teſtib.

Teſtificari an poſſit vnus de vniuerſitate pro ipſa vniuerſitate, vel pro aliquo, qui eſt de eadem vniuerſitate. Vide Io. Andr. in c. cum nuncius, de teſti. & Bar no. in l. in tantum §. vniuerſitate. de rerum diui. & Spec. in tit. de teſte, §. 1. ver. Sed nunquid in cauſa.

Teſtificari an poſſit prælatus, etiam quilibet de capitulo, vel in cauſa eccleſiæ, vide in Spec. tit. de teſte. §. 1. verſi ſed nunquid rector. & Io. Andr. in c. inſuper eodem titulo, & idem de iureiuran. capit. & ſi Chriſtus, in fin & in capit præſentium. ſuper verbo ab ciſdem. de teſti. lib. 6. in nouella, & vide omnino vnum verbum, quòd ponit do. Ant. in cap. cum nuncius. in ſi primæ columnæ de teſtibus, & quòd plene notatur in dicto capitulo inſuper, & vide ſupra §. teſtis poteſt eſſe prælatus.

Teſtificari an poſſit vaſallus pro domino, vel econtra, vide Specul. in titu. de teſte. §. 1. verſic. numquid vaſallus, & quòd ibi no. Io. Andr. in verſic. quid ſi venditore, &c. de alien. iudic. mutan. cauſa fac. cap. 2. ſuper prima glo. & quod no do. Ant. in capit. inſuper de teſtib. vide ſupra. §. teſtificari poteſt ſubditus.

Teſtificari an poſſit legatarius in cauſa teſtamenti, & venditor, & donator pro emptore, vel donatario, & ſocius pro ſocio, vide dom. Anton. in dicto capit. inſuper. de teſtibus, & atteſtat.



Digitized by Google

Teſte primo examinato, & eius depoſitione extẽſa, ſi Notarius in receptione ſecundi teſtis dicat, quòd depoſuit prout primus, an valeat receptio. Vide dom. Ant de relat. c ſi quis. & Io. And. de verbo ſigni. c. nihil Bal. dicit, quod valet, ut ipſe no. in tit de pace Conſtant. §. a. col. t.

Teſtes regulariter non poſſunt recipi lite non conteſtata, fallit in certis caſibus, ut in c quoniam frequenter. vt lite non cõteſtata. & de teſti c. cum olim. Vbi additur alius caſus. ut ibi, no. Archid. Ioa. And. & dom. Anto. in cap. ſicut ne cle. vel monach.

Titulus beneficii acquiritur per eollationem, prouiſionem, & tranſactionem totalis iuris in beneficio, non per mandatum de conferendo, vel prouidendo. Litera ergo Apoſtolica per quam de beneficio prouidetur, cum ſit de ſubſtantia gratiæ, eſt titulus beneficii affectiue, & conſeruatiue, quãdo apparet literam fuiſſe confectam. Sed litera mandati de prouidẽdo nõ eſt titulus beneficii mediate, vel immediate, ſed eſt quoddam præambulum ad titulum producendum per collationem, vel prouiſionem virtute ipſius literæ fiendam, & ſic poteſt dici titulus habitu, & potentia, ſed non actu, ſecundũ Cal & do. Ant. in d. c. in noſtra. in principio. de reſcriptis, & Zenzelin. in extrauaganti. Io. 22. quæ incipit ſedes, & vide ſup §. gratia apoſtolica.

Toleratus quis dicatur, & quando, vide ſup. § excommunicatus poteſt aliquid, & vide, quòd notabiliter dicit Innocẽ. de accuſat. c. qualiter. il ſecundo. in ver. Item no. quod ſententia in glo magna, & quod ibi dicit do. Anto.

Tortura ſi ſemel eſt facta, an poſſit quis iterum torqueri, non ſuperuenientibus nouis indiciis, vide Cyn. & Bal. C. de quæſti l ſi. & Bar ff. eo. tit. l. vnus §. 1. & Io. And. & dom. Anto. in c cum in contemplatione. de reg. iur.

Tranſactio proprie ſumpta licet ſit iniqua, non poteſt reſcindi. no. do. Ant. de iureiuran. c. Quintauallis. verſi. ſecunda differentia.

Treuga pendente licet tu mihi damnum des, non licet mihi tibi damnum dare, no. dom. Anto de iureiurando. c. peruenit. il ſecundo. Io. And. dicit contrarium in addit. Spec. in tit. de treu. & pace, ſuper rubr. in ſi.

Turbatio qualiter dicatur, vide ſub verbo actor, § actor, ſi agit. Dic quod quatuor modis quis poteſt turbari in poſſeſſione, vt ſic obtineat interdicto vti poſſidetis. Primo quando aduerſarius ſe poſſidere contendit, vt l. ſi duo. in princ. ff. vti poſſi. Secundo, ſi aduerſarius, licet ſe poſſidere non aſſerat, non impedit tamen verum poſſeſſorem, ne fructus ex re poſſeſſa percipiat, vt in c. dudum. de decim. Tertio ſi aduerſarius iactat, ſibi ius poſſidendi competere, & poſſidentem nullũ ius habere, & propter talia verba non reperit verus poſſeſſor laboratores, qui velint terram laborare, vt in l vim facit ff. de vi & vi ar. ſecundum primum intellectum, vt not. Bartol. ff uti poſſidetis, l. 1. §. huius autem interdicti. Quarto ſi poſſeſſor dicens ſe in poſſeſſione turbari, per alium agat contra illum, & ille in iudicio ſe opponit, quia ſic opponendo videtur actorem dicere, non poſſidere, & contra eum turbare in poſſeſſione, & licet alia turbatio non præcedat, illa ſufficit, vt actor obtineat, vt no. Lapus allegatione 45. & Bar. in l. prius. de noui ope nunc. in 5. oppo. & Compoſt. in c mandatum. de reſcriptis. Sed Bar. & Compoſtellan. quando agitur ſuper iure, non ſub poſſeſſione, & vide ſub verbo actor. §. actor ſi egit, &cet.

Turpitudinem ſuam allegans non debet audiri de dona. c. inter dilectos, de qua dic, vt plene no. Bar. in l iuſiurandum, quod ex conuentione. § ſi ff. de iureiurando. Vide Innoc. in cap. 2. de probatio.

Turpius exiicitur, quam non admittitur hoſpes. de iureiuran. c. quemadmodum. no. Ro. concluſio, 199.

Tutor poteſt compromittere in arbitratorem, de re pupilli ambigua, & non liquida. no. Bal. C. de fiſca. l præſes ſi tamen res de qua compromittitur, eſt immobilis, non valet compromiſſum ſine decreto iudicis, vt no Bald. C. de pact. l. pactum curatoris. & in l. ſi aduerſus. C. de tranſact & idem not. gl & Bar ibidem. Idem dicit dom Ant. de reſtitutio in integrum. c. conſtitutus.

Tutor an teneatur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, an autem curator teneatur. Nam iura loquentia de tutore habent ex mente legis locum in curatore, vt dicit text. in l. qui neque. ff. de rebus eorum.

Tutrix an poſſit eſſe proauia, ſicut poteſt eſſe mater, & auia. vide ſub verbo auus. § 1. &c.

Tutor ſi per eum, cui de iure deferatur ſucceſſio pupilli, non petitur infra annum dari pupillo, priuatur ille, cui ſucceſſio defertur omni hæreditate, licet poſt lapſum annorum non petant infra alium ſequentem annum tutorem dari, vt not. Bald. in l precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. & idem no. Bar. in l. 2. §. uidendum ff. ad Tertullian. Vide tex. C. eo. tit. l. matres. & C. de legit. hæred. l. ciant.

## V

Variatio an ſit licita, vide de electione c ſi compromiſſarius. §. ſi vero lib 6 in gl. approbatur, & ſuper ea in nouella, & quod ibi no Lapus Vide etiam in cle. 1. de renunciationib.

Vaſallus qui negat ſe in feudum tenere perditiura feudi, ſi quę habet, ſecundum Innocentium, vt no dom. Anton de iudi. capitu. ceterum, verſiculo uenio. ad glo. in fine, & ver. uenio ad ſecundum.

Vaſallus ſi alienat feudum, vel ẽt decimam ſine conſenſu Rectoris eccleſiæ a qua tenet in feudum, priuatur iure ſuo, licet conſenſus epiſcopi interuenerit. No. Innoc. & Io. Andr. in c. Apoſtolica. c. de his, quæ fiunt a prala. &c.

Vectigalia an poſſint longa cõſuetudine deberi, & præſcribi, vide ſub uerbo conſuetudo § conſuetudo exigendi, &c.

Vectigalia & pedagia poſſunt imponi per ciues exigenda inter ſe ipſos, & ab ipſis tantum, nõ ab extrinſecis, quia id de principis eſt reſeruatione. not. dom. Ant de cenſib. c. peruenit. 6. charta, ver. per hoc apparet, quid de pedagiis.

Vel hæc dictio alternatiua quandoq; ponitur pro id eſt. ut not. gl. in l. a ad leg. Aquil.

Venditor quilibet ſub conditione vendit, ſi per eum ſtat, quo minus conditio impleatur, & poteſt conueniri actione ex eo contractu, ac ſi eſſet conditio impleta Item poteſt agi p̃ſcriptis verbis, ut de facto vẽditio fiat. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff. de contrah. emptio. Prima actio oritur ex facto. Secunda ex veritate, & videtur mirabile, quòd ex contractu nominato oriatur actio præſcriptis verbis. Sed illam declara, ut not. Bal. ſuper rubr. C. eo tit. & vide ſub verbo debitor, ſi eſt obligatus ad rem.

Venditor vendens rem ex cuius fructibus decima de iure communi debetur, ſed conſuetudine illius prouinciæ, communiter non ſoluitur, neceſſe habet in inſtrumẽto venditionis ponere illam clauſulam ſalua conditione, cui dicta res ſubiecta eſt, ſ quod ex fructibus eius debetur decima tali eccleſiæ, &c. Alias venditor tenetur emptori de intereſſe, quæ clauſula non eſſet neceſſaria, ſi decimæ de conſuetudine non ſoluerentur, quia tunc illa clauſula de iure ſubintelligeretur, vt no. Spec. in tit. de empt. & vend §. 1. ver. nonnunquam.

Verba narratiua licet probent contra narrantem, non probant contra alium. no. Rot. conclu. 270. Sed nec contra narrantẽ plene probant quando incidenter ob aliud, & non propter ſe principaliter dicta ſunt. no. do. Ant. de conſuet. c cũ olim & c cum dilectus. & vide per eum de prob. c poſt ceſſionem. verſ. 6 caſus.

Verba narratiua proprie in literis ſuis an faciant plenam probationem, uide plene per Lap de Caſtello. alleg. 7. Et uide inf. §. verba narratiua papæ. & ſupra §. probationem faciunt verba.

Verba enunciatiua inſtrumenti conſerentia ad validitatẽ eius, de quo in inſtrumento diſponitur, licet illud enunciatũ probent ad finem validitatis eius, de quo principaliter agitur, tamen non probant illud enunciatum, & de quo incidenter agitur ad validitatem alterius, quam de quo principaliter in iudicio diſceptetur. Sic notabiliter limita l. optimam, vt eleganter. not. dom. Anton. de præſumpt. capit. illud. in tertio notabili, & tertia colum. in ſi. & in c. fin. de ſucceſſione ab inteſtato.

Verba enunciatiua inſtrumenti faciunt plenam fidem, quando factum enunciantis eſt de longinario, quia verbis enunciatiuis datur fides, ſicut famæ. In facto autem recenti faciunt aliqualem præſumptionem. No do. Anto. de probat. c. quoniam contra falſam. pen. charta in prin ſecunda col. ver puto tamen quòd ſola. Vide plenius per eum. in c. ſi. de ſucceſſ. ab inteſta. ſecunda charta ver. ad declarationem.

Verbum ratione adiuncti recipit intellectum, quem alias non recipit. tex. eſt de dolo. l. 1. §. non ſint. & ibi no. Bar. & Io. An. clem. ſi Romanus de præb. in gl. quo ad vitium, & de priuil. c. ſi papa lib 6. in gl. ſi.

Verba geminata omnem numerum includunt, qui in verbis ſimplicibus non continetur. no Ioa. And. de fili. presbyt c 2. lib 6. in uerbo plura. in nouella, & no. Ro. ſecundum eundẽ. Io. conclu. 132. & no. Bar. in l Baliſta. ff. ad Tertul. Aduerte, quia Barto. loquitur, quando verbo generali adiicitur dictio geminata.

Verba iſta arbitrio tuo, vel indicio tuo quid importent. vide ſub uerbo arbitrium.

Verba quando ſunt de ſe clara, non eſt ſumenda alia mentis cõiectura, no. Ro. concluſio. 366. vide ſub verbo declaratio debet fieri.

Verbum temporis futuri verificatur etiam in præſenti, ff. de verbor.ſignif.l. verbum oportebit.& no.gl.in clem.1.de verbor. ſignif. alias de conceſſ. præben. ſuper verbo notitia. Et etiam verba temporis præteriti quandoque verificantur. c. in præſenti. no.dom.Anton.de probatio.capitu. poſt ceſſionem,verſicu. ſeptimus caſus. 12.columna,& vide ſub verbo tempus.

Verba vniuerſalia reſtringuntur ad ſubiecta. le.Iul no.do.Ant. de cohab.cle.c.veſtra.verſ.not.quod verbum.vide quinquaginta modos reſtringendi verba generalia, quos ponit Ioan. modr.in regula,in generali.de regu.iur libro 6 in Mercurialibus.

Verba ſimpliciter prolata ciuili modo ſunt intelligenda, vt ab eis excludatur iniuſtum,& iniquum.not.dom.Ant.de iureiurando.c.Quintauallis.ver.opp quòd feudum.

Verba temporis præteriti poſita in literis, vel inſtrumentis, an intelligi debeant de præterito,diu ex interuallo, vel de præterito in continenti,& immediate.vide ſub verbo litera,§ literæ ordinariorum.

Verba denotantia fictionem,& improprietatem, ſi ponuntur, in lege iuxta id, quòd poteſt eſſe verum ſecundum proprietatem,& veritatem magis dicunt verba veritatis expreſſiua, quam fictionem,uel proprietatem ſignificantia. No. Bar.ff. de vſucap.l.ſi is,qui pro emptore,vltima charta. verſic.quærendum eſt.in fi.

Verba facientia mentionem de aliquo debent intelligi de illo, quod eſt naturaliter,ſiue ſecundum ius commune tale,non de illo quod eſt tale ex priuilegio,vel fictione,vt l.fi.C de his qui ueniã ætа. impetr.& ibi. Bal not.& vide ſub verbo ſtatutum §.ſtatutum ſi dicat,& ſub verbo diſpenſatio, §.diſpenſatio non eſſet.

Verba generalia an comprehendant perſonam loquentis, vide ſup.§ cum naturalis ſermo.

Verba iſta pleno iure ſpectat,& pertinet quid importent, vide do.Ant.in c.conqueſtus. de foro competen. & in c. querelã, ver.nota.7.hunc tex.de elec.& no.gl.de priuile.c.abbatis.lib. 6 & ibi no.per Gemin.&c.

Verbum omnimodo, ſiue omnimodam iuriſdictionem quid importet,vide do.Anto.in d.c.conqueſtus in glo. ſuper verbo omnimodas.

Verbum prorſus, adiectũ uerbis in futurum ſonantibus non inducit canonem latæ ſententiæ, nec priuationem ipſo iure. no.do.Anton.de reſcriptis.c.ſuper literis 2.col.verſic. nota, quod verbum,&c.

Verba per iocum prolata, non inducũt obligationem.l.obligationum ſubſtantia,in fine.ff. de actio. & obligat. & l.illud.ff. de iniuriis.

Verba narratiue proprio modo, vel motu prolata faciunt plenã probationem,donec contrarium probetur, vt no. Lapus in cle. 1. de prob.

Verba debent referri ad ea, quæ poſſunt congrue adaptari. l. 1. § lex Falcidia.ff. ad legem Falcid & no.Barto.ibi. & in l.talis ſcriptura. § ſi.de legatis 1.

Verba ſequentia declarant præcedentia, & econuerſo, l. ſi ſeruus plurium in fine.& l hæredes palam. §. ſed ſi notam ff.de teſtibus.

Verba expreſſa,quæ tacite narrant, nihil operantur, niſi aliter exprimantur,quam inſint, vel niſi inſint ex neceſſitate. ut no.Bar.poſt Bal.in l.hæc verba.de leg 1. Vide dom.Anto.in capitu.in præſentia. de probatio 12.columna. verſiculo ſextus caſus.

Veritas an opinioni præualeat, vide ſub verbo opinio.

Via tuta,& vſitatior eſt attendenda,& facienda, non alia, Bald. in c.cum olim. de except.Idem tenet Archidiaconus.50.diſtinct.c 1.Et Hoſtienſ.in c.ſtatutum.§.cum vero.de reſcript. lib.6.in gl. ſuper uerbo a fine.in vltima quæſtione,de quo Bal. in l.fin.C.de naut ſœnore ubi tex & Bal.dicunt, ſore in culpa illum,qui iter inuſitatum facit.

Vicarius ſiue officialis epiſcopi, etiãſi alio nomine appelletur, ut vicedominus,eſt tñ ordinarius no.Ro concl. 301.Et dicitur iudex ordinarius ad vniuerſitatem cauſarum datus, not. Ro.conclu.343.Et habet iuriſdictionem ordinariam habitu etiam ſi numquam ſederet pro tribunali, vt no.Ro.conclu. 399. Ideo non eſt neceſſe probare de eius poteſtate per literas,niſi ab aliqua partium negetur eius poteſtas,& tunc ſufficit probare,quòd pro tali reputatur,vt no.Ro.conclu 41.vide ſupra §.dignitas eſt eſſe vicarius. §.dominus, §.laicus.§. prælatus.

Vicarius Epiſcopi habet vnum, & idem conſiſtorium cum epiſcopo,no Rota conclu.....Hoc uerum, quoad iuriſdictionalia,& in his quæ ſunt fori contentioſi,in aliis ſecus. Licet ergo non poſſit beneficia conferre ſine ſpeciali commiſſione, quia illud eſt voluntariæ iuriſdictionis, poteſt tamen præſentatos ad beneficia inſtituere,quia id eſt neceſſariæ iuriſdictionis. No.Ro.conclu.380.Et eadem ratione poteſt electos confirmare, ut no.Fed.in tractatu permu.q.16.Et vide omnino. ſup §.iuriſdictionalis actus,&c.

Vicarius epiſcopi quantumcunque ſit in ſpiritualibus generalis,tamen non poteſt beneficia cõferre,ſed labitur ad epiſcopum,quia vicarius non concludit, vt vicarius,ſed ut ſpiritualis commiſſarius. Et quæ ſit differentia inter vicarium epiſcopi,in ſpiritualibus deputatum cum iuriſdictione,vide Rotã, conclu.399.Et vicario non habente iuriſdictionem,& adminiſtrationem temporalium, non poteſt epiſcopus committere poteſtatem conferendi beneficia,no. Ro.concl.380.adde,quod etiam beneficia deuoluta, quæ per Capitulum ſede vacante conferri poſſunt,non poteſt vicarius epiſcopi conferre,ſine ſpeciali commiſſione. No. Pet More.ioc.fi.de offic. Vicarij lib 6.

Vicarius epiſcopi non poteſt beneficia conferre, quando eſt ſibi data poteſtas conferendi beneficia omnia generaliter. & indiſtincte,& indiffinite.Secus eps illi ſi daret ptãtẽ conferẽdi certum beneficium uacaniturum,quia tunc non valet contra conſilium Lateranenſe. Sed bene poteſt epiſcopus ei cõmittere poteſtatem conferendi certum beneficium vacans. no.Ro.conclu 380.

Vicarius epiſcopi non poteſt quem beneficio deſtituere,nec permutantibus beneficia auctoritatem preſtare No.Fred in tracta.permut.conclu. 26.Sed quædam additio ibi poſita dicit, quòd immo poteſt auctorizare,quia talis auctoritas pendet a iuriſdictione epiſcopali,ut no gl.in cle.1.de re permu Et uicarius quãtum ad iuriſdictionem, habet idem tribunal cum epiſcopo. Si tamen uicarius habuit ſpeciale mandatum ad deſtituendum iniuſtos detentores, per hoc concluderetur poteſtas recipiendi reſignationem. & tunc non eſſet dubiũ, quòd poſſet permutantibus auctorizare,ut no.in addi. prędicta,& vide ſub verbo permutatio § permutatio.

Vicarius epiſcopi licet ex ſua generali poteſtate poſſit per inquiſitionem punire etiam delicta,poteſt tamen ex ſuo mero officio, etiam implorato de crimine inquirere,& illum quẽ criminoſum inueneritt,remittere ad epiſcopum puniendũ. No Ro.conclu 83. item poteſt ad inſtantiam partis punire, vt no.Io And.de offic.deleg.cap.licet.lib.6.in nouella. Contrarium dicit Hoſti quod etiam ex ſpeciali commiſſione epiſcopi nõ poteſt vicarius de crimine accuſati cognoſcere,nec diffinire, quia nec epiſcopus non conſecratus, licet ſit electus, & confirmatus, poteſt talia facere,vt ipſe no.in c. ex frequentibus de inſti.& Arch 96 diſt.c.peruenit, & recitat Lapus in d.c.licet. Vbi tamen dicit ſecundum. Spec. contrar.ũ ſeruari,& hoc tenet Inn.in c transmiſſam.de elec. Vbi dicit, quod cognoſcere.& punire eſt iuriſdictionis,non ordinis, & cõtra illud poteſt facere epiſcopus confirmatus,licet non ſit conſecratus.Et ex hoc uidetur quod idem ſit in vicario, qui eandem iuriſdictionem, & idem tribunal habet cum epiſcopo. Aduerte tamen, etiam ſecundum Hoſt. quòd licet epiſcopus non conſecratus non poſſit actualiter punire de crimine deponendo, vel derogando, alias degradando, poteſt tamen per ſententiam verbaliter deponere, ſiue deponendũ pronunciare,ut ipſe no.in c.transmiſſam.de elec. Item licet, non poſſit deponere ab officio,poteſt tamen deponere a beneficio,quia priuare quem beneficio eſt iuriſdictionis, ſecundum Compoſtel.& Io.And.in d.c transmiſſam,& inde omnino Archid.8.q.ſecunda. c.ſi quis abbas. Adde quod licet uicarius generalis epiſcopi poſſit de criminalibus inquirere, punire,& beneficio priuare. Tamen beneficialis foraneus epiſcopi,qui deputatur in diœceſi,non poteſt prædicta facere, vt no.Franc.de Zabar.in clem.1.de offic. vica quæſtione 17. & 18.

Vicarius epiſcopi nõ poteſt vices ſuas committere, niſi ex cauſa,& de conſenſu epiſcopi, & tunc iuriſdictionem non abdicat,ſed penes ſe retinet.Secus ſi eſt Vicarius in ſpiritualibus, & temporalibus,non poteſt ipſe de conſenſu,& mandato epiſcopi,alium vicarium ſubſtituere in ſpiritalibus, niſi alter ſe haberet conſuetudo.No.Ro.conclu.36.

Vicarius perpetuus eccleſię parochialis tenetur ad ea,ad quę tenetur rector,licet minus ius habeat, & minorem auctoritatem,ac utilitatem in eccleſia,quam rector. No.Ro.concluſione 263.

Vicaria perpetua in eccleſia parochiali,an ſit beneficium,ſiue titulus beneficii. Vide ſub uerbo beneficium,&c.

Vicarius epiſcopi in temporalibus poteſt eſſe laicus No.Archidiac.16 q 7.in nona actione. Sed in ſpiritualibus eſſe non poteſt laicus,nec etiam clericus coniugatus,ut not. Io.And.in c.1 de cler.coniuga.& Lap.in c.1.de cle. coniuga. lib.6. Monachus autem poſſet eſſe uicarius epiſcopi,no. Io And.in c. fi.de cle. ægrot. quod intellige,ſi fiat de licentia abbatis,alias

non,

non, vt notat Guil. in cle. & ſi principalis. de reſcriptis Quid de mendicante, vide Paul. in clem. 1. de regul. iu. ver offenſa. Epiſcopus autem non poteſt eſſe vicarius alterius epiſcopi. Not. gl. in clem. in plerique de electio. in verbo vacationis.

Vicarius temporalis eccleſię parochialis non arctatur per decre. licet canon de elect. & per clement. 1. de offic. vicarii.

Vicarius principalis epiſcopi poteſt eſſe iudex delegatus, ſecus in vicario, qui dicitur officialis foraneus, vt in clement. & ſi principalis. de reſcrip. An autem poſſit officialis principalis epiſcopi eſſe conſeruator, vide ibi glo. ſuper verbo delegatus.

Vicarii duo, ſi conſtituuntur per epiſcopum ſucceſſiue vnus poſt alium, ex conſtitutione ſic cẽſetur primus reuocatus, ſicut & in procuratoribus, vt no. Io. Cal. in c. tua nobis. de offi. vicarij. Idem no. Lap. & Domin de S. Geminiano. in c. 2. eo: tit libro 6.

Vicarius temporalis, & condititius an, & quando poſſit deputari per rectorem in beneficio ſuo curato. Vide in clem. prima, § quid etiam. de exceſſu præla. in gl ſuper verbo, ad menſam in fine, & ſuper verbo vacent, & in clem. 1. de reſcriptis ſuper verbo hæreant, & in clem. 1. de ſupplen. neglig. prælat. ſuper verbo de menſa & vide Io. And. in regula, qui contra iura de reg. iur. lib 6. in Mercur ad fi. & Lapum, qui de hoc loquitur plene, allegatione quinta. Et vide do Ant in c. G. perpetuus de fide inſtrum. & ibi plene notat.

Vicedominus an poſſit eſſe laicus, vide ſub verbo laicus.

Videbitur quid hoc verbum importet, vide ſub verbo arbitriũ, ibi habes differentia inter videbitur placebit, & ſimilia.

Videlicet iſta dictio non ſolum eſt declaratiua ſed etiam reſtrictiua, no Bar. in l. a. ff. ad legem Aquiliam & de fide inſtrum. l. quæſitum no gl. in l. cum ita § fi. de legat. 2.

Vis, vel violentia quædam ea compulſiua, quædam inquietatiua, quædã ablatiua, quædam turbatiua, & quædam expulſiua, & quod no ff quod me ca. l. 1 c. 1. glo. fi. & l extat. Sed alia vis reperitur, quæ appellatur priuatiua, non expulſiua, cũ qua poteſt metus concurrere. No glo. in l. 1 §. penul de vi, & vi arma. Sed cum expulſiua non concurrit metus. Not. glo. in d l. 1. quod me cau & videtur tex. in d. l. 3 §. ſi quis autem. verbo proinde, ff de vi. & vi armata.

Viſitatio vide ſub verbo archiepiſcopus, &c.

Vix hæc dictio importat quid eſſe, vel fieri, tex. in c. 2. de cogn. ſpirituali lib 6. &c.

Vnio facta ex falſa cauſa, ſeruata tamen forma iuris, valet, & tenet, ſed probata falſitate cauſæ reuocari, & annullari debet. Vbi autem fit vnio non allegata aliqua cauſa, tunc eſt ipſo iure nulla. No. Ro. conclnſio. 96. Prædicta intellige, quando fit vnio per inferiores a Papa. Sed ſi Papa illam facit ex falſa cauſa, & per impetrantem ſuggeſta eſt ipſo iure nulla, quia omnis gratia ſurreptitia eſt ipſo iure nulla. vt no. Io. And. de filiis presbyterorum. c. a. li. 6 in nouella ſi gratia vnionis proprio motu facta eſſet, per c. ſi motu proprio de præben. lib 6. Sed & ſi per inferiorem motu proprio. fieret vnio ex falſa cauſa, allegata neceſſitate eccleſiæ, quæ tamen non ſuberat, dicendum eſt eam eſſe nullam, tamquam in caſu illicito facta, ſecundum communem opin. Bart. in c. 1. de reſtitutio. in integrum, quam approbat. Io. And. in c. a. de fil. presbyt. lib. 6. & do. Anto. in c. presbyter ſua de his quæ fiunt a prælat. niſi cauſa, quæ licet exiſtenter erat falſa, tamen apparenter a communi opinione partium erat uera, quo caſu valet alienatio, & vnio mera in re, licet reſcindi poſſet, vt not. ſingulariter. do. Anto. eo. tit. c. cum apoſtolica, ver venio ad glo. Et in iſto poſſet deciſio Rotæ ſaluari, & opin. Dom. Anton. 12 q. 2. in ſumma. Vide pleniſſime per Oldra. in conſilus ſub rub. de reb eccleſiæ non alienan. Et vide Aegid conclu. 987. qui dicit, auditores nouas opiniones tenuiſſe, quod vnio facta ex falſa cauſa eſt ipſo iure nulla. Sed auditores antiqui tenuerũt contrarium. Et vide ſub verbo, epiſcopus poteſt parochialem, &c.

Vnio ſicut poteſt fieri menſe epiſcopali, vel abbatiali de rectoria parochialis eccleſiæ, ita multo fortius de vicaria perpetua parochialis. No. Ro conclu 263.

Vnio non poteſt fieri per ordinarium ſine conſenſu Capituli ſui Not. Fede. de Senis in tractatu permutationum. q. 24 Et. Innocent. 16. quæſt. 1 c. præcipimus, §. ſicut. Et Hoſt. in ſumma, de his quæ fiunt a Prælatis, § 1 verſic. 1. cum ſequent & Io. And. in clem ne in agro § ad hæc. De ſtatu monachorũ, & in clement. ſi vna, de rebus eccleſ. non alienand. in verbu, nec cunſentiente. Sed ſi ſit quæſtio inter epiſcopum, & patronum, præſumitur pro epiſcopo, quod ſit in poſſeſſione uniendi, & conferendi Feder. de Senis in ſuo conſi. 234. verſ. ſed ad quem.

Vnio eccleſiarum fit tribus modis, quos vide notatos in c 1 ne ſede vacan & 16 q. 1. & tempus, & qualitas in clem. per literas. de præb. ſuper verbo eccleſias.

Vnio vnius eccleſię facta alteri, eccleſiæ licet forte operetur, qđ ordinario auferatur eccleſiæ vnitę collatio, tamen non auferatur ſibi eiuſdem eccleſię ſubiectio, nec uidetur auferri collatio, per tex. in c 2 de religioſis domib & in c. 1. de conſir. vti. Sed Fred de Senis in conſil. 209. videtur tenere, quod collatio auferatur.

Vnio vel dimembratio eccleſiæ, quando fit, an debeat rector eccleſiæ citari, vide ſub verbo citatio, § citatio rectoris.

Vnio quando fit de duobus beneficiis, & non apparet an ſimul æqualiter principaliter, ſit vnita, vel alterum ut acceſſorium ſit alteri tanquam principali vnitum, præſumitur in dubio illud principale, quod eſt magis dignum, no. do Anto in cle. per literas, de præb. Item ex denominatione iudicatur, quod eſt principale, & quod eſt acceſſorium, ut not. glo. in dicta clem. per literas. Quæ denuminatio poteſt apparere per libros antiquos rationum in cuſtodia publica inuentos, ſecundum Zenzelinum ibidem.

Vnio poteſt probari per teſtes deponentes, quod duo beneficia & compatibilia fuerunt tanquam vnita poſſeſſa per tantum tempus, quod non eſt memoria, in contrarium, ut no. Ioan. And. in regula. Qui contra iura. lib. 6 in Mercurial. ad fi Hoſti. in ſumma, de ſupplen. negli. prælat. Similiter quot modis dicatur, quod vnio non probatur per diuturnitatem temporis quadraginta annorum, qui non ſufficit ad vnionem probandam, vt no. Guil. de Monte. Laud in extrauaganti. execrab. 8. col nerſi ſed numquid deponentes. Sed bene ſufficit tempus cuius contrarii memoria non exigit. Et hoc etiam voluit. Hoſt. in d. § ſimiliter quot modis. in fi. vbi remittit, ad no. per eum in ſumma, de cenſib. §. ſimiliter quis cenſus & in ver. ſi quid ergo, Vbi ſentit, quod dictum tempus ſufficit, & cetera.

Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonarum, nec rerum, no. Inno. de ſent. excommunic c. graue. Et propterea gl. appellat vniuerſitatem iuris, vt l ſi. ff. de condict indeb ſuper verbo, conſtitutus. Not Bar in l. 1. § per hanc autem. il ſecundo, ff. de rei vend & de impe. in reb. dot fac. l quod dicitur in prin. & eſt tex. ff. de verb. ſignif. l hæreditatis appella. l pecuniæ, §. hereditatis, & uide ſub uerbo populus, per totum.

Vniuerſitas quædam eſt perſonarum tantum, ut populus, collegium, & ſimilia. Quædam rerum tantum, vt grex. Quædam rerum, & perſonarum, ut hæreditas, peculium, dos, patrimonium, & ſimilia. ff de impen in rebus dotal. fac. l quod dicitur in princi. & ſuper rubrica, ff. ſolut. matrimonio. item Caſtrum, & villa, in quibus quis habet honorem, & diſtrictum, & iuriſdictionem vniuerſitatis appellatur, vt no. Inno. & Io. And de iure patr. c. ex literis.

Vniuerſitas a generalitate differt, quia contractus ſuper genere celebratus cenſetur initus ſuper qualibet re ipſius generis, ſecus in contractu ſuper vniuerſitate celebrato, vt patet, ff. de ædil. edic. l itaque fullo. & l. ſequenti. & no. gl eo c. cum eiuſdem, & uide Cyn C quæ res pigno. obliga poſ. l. fi. & Bart. ff. de auro, & arg leg l. ſi ita.

Vniuerſitas qualiter ſumenda ſit, ut locum habeat id, quod dicitur, quædam cum uniuerſitate tranſire, quæ de ſe ſpecialiter non tranſiret. Vide Inno. & Io. Andr. de iure patron c. ex literis, & Bart ff. de priuil. credit. l aſſiduis & Bald. in l. 1. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſdict. & in l. edicto. ad fi C. de edi. Diuj Adr tollendo.

Vniuerſitas poteſt in uno reſidere, vt patet in tit. ne ſede vacante. c. 1. lib. 6. & ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine l. 1. in fine. Quod limita ut no Bar. de legat 1. l. ſi grege. Immo retinet nomen uniuerſitatis, etiam ſi nulla res in hæreditate remanſerit. ff. de ſtatuliber. l. ſi hæredi decem, & de pecul. l. pecul. §. prælato & de verbo ſigni. l hereditatis appellatio.

Vniuerſitas non poteſt excommunicari, qualiter autem cõtra eam fiat excommunicatio. vide Inno. de ſenten. excommu. c. graue.

Vniuerſitas & collegium quando, & per quem poſſit in negligentia conſtitui, & an vnus, uel plures poſſint alios, de uniuerſitate in negligentia conſtituere, uel quod illis negligentibus venire poſſint præſentes unus, vel plures ad actum, ad quem alii uocati erant procedere, de qua hora debent uocati comparere. Vide plene per do. Anto. de elec. c. cum nobis olim. verſi venio ad ſecundum 7. col.

Vniuerſitas & Capitulum ſi conſtituit Syndicũ, licet inſtrumẽto nomina ſingulorum non ſint inſerta, ſed dicatur, talis vniuerſitas, nel tale Capitulum conſtituit talem Syndicum, ualet conſtitutio, ſi eſt appoſitum ſigillum vniuerſitatis, vel Capituli, & operatur auctoritas ſigilli, not. Io Andr in addit. Spec. in tit. de Syndico §. 1. ver. quid ſi in aliquo. Idem ſi non eſt ſigillum, ſed apponit nomen, vt ſi dicitur, quod Capitulũ conſtituit, & cetera. Nam talia procuratoria admittit Romana Curia. Io. And. de his, quæ fiunt a prælat. ſiue conſ. cap.

Quan-

Quanquam B. l dicat, quod non eſt neceſſaria expreſſio nominum Not. ipſe de pace Conſtantiæ §. dona. Vide Bar in l. 1. de albo ſcribendo, qui diſtinguit inter vniuerſitatem magnam, & paruam, vt primo caſu exprimi debeat, ſecundo vero non. Vide omnino Oldr. conſ 99.

Vniuerſitatis maior pars ſi quid facit, aliis non uocatis, nõ valet. No Bar. in l. nulli, ff quod cuiuſque vniuerſit.

Vniuerſitas vel collegium, ſi non habet rectorem, debet conuo uocari per antiquiorem in collegio, ut ſi vocati non vadunt, poteſt procedere ad actum, ad quem vocati ſint. No. Innoc. de ma & obe. c. 1. & Bar. in l. 1. ff. de albo ſcriben. niſi alteri cõſuetudine data eſſet poteſtas conuocandi No. do. Anto. in d. c. 1. de maior. & obedientia. Ceſſante autem conſuetudine data, vel ſtatuto, non videtur, quòd per vnum poſſit vniuerſitas, vel collegium conuocari, niſi ſit maior dignitate, uel ordine, vt epiſcopus, ut ſentire videtur do. Ant de elec capit. cum nobis olim. ver. venio ad ſecundum 19. col. Et ſi omnis ſint pares, non poteſt eorum pars aliam partem conuocari, niſi vocantes ſint duæ partes vniuerſitatis & collegii, vt not. ibidem. do Ant.

Vniuerſitas quando congregatur debẽt vocari omnes maiores decem, & ſeptem annis, ſiue ſint maſculi, ſiue ſint feminæ, & tutores minorum, & filiifamilias habitantes ſeorſum a patre No Inn. de nou. ope. nunciat. c. cum ex iniuncto. in fine.

Vniuerſitas tunc demum tenetur ex delicto per omnes de vniuerſitate, vel pro maiori parte commiſſo, quando præceſſit eorum communis deliberatio de communitate illud delictum perpetrandi alias ſi deliberatio communis non proceſſit, tenentur vt ſinguli, non ut vniuerſitas. ſecundum Bar. in l. aut facta §. ſi ff. de pœnis qui pro hoc al egat text. in l ſemper. §. ſi in ſepulcro ff quod vi, aut clam, in gl in l aliud. §. refert, de reg iur. Tu die, quod ſi etiam non præceſſit deliberatio, tenetur vniuerſitas eo ipſo, quod omnes de vniuerſitate, vel maior pars fecit, quia in dubio nomine vniuerſitatis feciſſe cenſetur, & intelliguntur. Et iſte eſt tex in d. §. refertur, & ff ad municip. l quòd maior. nec aliquo iure cauetur, quòd talis deliberatio communis, & conſenſus requirantur. Nõ obſ. §. ſi in ſepulcro Quia ibi textus loquitur in pluribus delinquẽtibus, qui non conſtituebant, aliquam delinquentem vniuerſitatem, quod patet per tex qui dicit, quòd ſi communicato conſilio deliquerunt, quilibet tenetur in ſolidum. Ergo ſequitur, quòd non faciebant aliam vniuerſitatem, quia erant forte, de diuerſis vniuerſitatibus, vel ſi erant de vna, nõ erat maior pars vniuerſitatis, & falſum diceret tex. quemlibet eorum in ſolidum teneri, quia nullus eorum ſingulariter, ſed ipſa vniuerſitas teneretur, per l. ſicut, §. 1. ff quod cuiuſcunque vniuerſit. & in l. in tantum, §. vniuerſitatis. ff. de re. diuiſ. Non obſt. glo. in d § refertur, quæ dicit, ſi vocata vniuerſitate per tubam, vel campanam, vel voce præconia maior pars conuenerit, facit tacitam vniuerſitatem, & tota vniuerſitas feciſſe videtur, quia non propterea concludit, quod ſine vlla vocatione, ſed maior pars aliquid facit, vniuerſitas feciſſe nõ videtur. Bene fateor, quod conuocatio eſt euidens ſignum, quia nomine uniuerſitatis fit, & agitur. Et euidentius ſignũ eſt, quaſi conuocato prius conſilio id agitur, de qua communicatione conſilii loquitur glo in l. ſi quis in tantam. C. unde vi 6. & 7 q Et ſi dicatur, quod ſecundum præmiſſa non erit dare caſum. quod illi de vniuerſitate delinquant, vt ſinguli, quando ſunt maior pars vniuerſitatis. Reſpondetur, quod immo, ſi ipſi dicantur ſe id facere proprio nomine, & non nomine vniuerſitatis agitur, neceſſe eſt, quod nomine proprio, ſe illud agere exprimant. Primo caſu planum eſt, q̃d uniuerſitas tenetur, quando ſinguli deliquerunt. Secundo caſu eo ipſo quod maior pars facit nomine vniuerſitatis, feciſſe uniuerſitas uidetur, ad ipſum quod factum eſt, tenetur & ſic iſte tex in d. §. refertur intelligitur, & in hanc partem declinat gl. in dicta l. ſicut § 1 tenendo vltimam opinionem, quæ ſemper cenſetur eſſe opinio gloſsatoris, & illa tenẽda eſt, vt no. Bal. in l. ſi mater tua. C. ne de ſtat defunctorum.

Vniuerſitas tota tenetur ex delicto maioris partis. Tenetur etiam ex delicto officialium, quos elegit. No. Io. Andr. de Simonia c delictum ad finem. Item tenetur ex delicto vnius de vniuerſitate, ſi id ratum habet, uel ſi momento ea dat vel emendari faciat. No Io. And de ſent. excommuni. & primo caſu, quando minor pars delinquit, fit exequutio contra omnes, & qui delicto non conſenſerunt, nec alias propter difficultatem probationis delictum remaneat impunitum ſecũdum Hoſt. Ioan. And. & dom. Anto. in dicto capit dilectus, cuius contrarium dixit Bart. in l. aut facta §. fina ff de pœnis. Vide Franciſcum de Zabarel. in elementina prima, in §. ciuitas.

Vniuerſitatis priuilegio non gaudent etiam intitulati, niſi arctẽtur, & profeſſionem uniuerſitatis exerceant. Ideo Scholares, & Doctores in ſtudio non gaudent priuilegio vniuerſitatis ſtudii, niſi actu legant, & ſtudeant. Not Bar. in l qui ſub prætextu. C. de ſacroſanc. eccle & in l. a C. de colle & capto. lib. 11. & vltra illos tex optime facit C. de epiſ & cler. l generaliter. & de tempor. & reparat. appellat. l. per hanc. Vide Bar. in l. penul. ff. de teſtam mili. & in l aut facta §. tempus, & Bal. in Authent habita ibi ſequitur, in text ſcholaribus, ſecunda charta, C. ne filius pro patre.

Vniuerſitas an poſſit agere pro iniuria, uel damno ſuo ciuis, vel ſubdito illato, uide ſub uerbo dominus. § 1. vide inf §. vniuerſitas ciuitatis.

Vniuerſitas ſi eſt dimiſſa, quia forte vna pars expulit aliam, an illa, quæ eſt intra, vel illa quę eſt extra poſſit ſtatuta facere vel Syndicum obligare, uide Bar. in l. omnes populi 4 col. ver ff. de iuſti. & iur. in l ſi quis §. ſi de legat. 1 & Bald in tit. quib. mod. feud. amitt c primo. in principio, ver. pone ciuitas, & de pa. & eura. vio c primo, in principio, ſuper verbo pro tali exceſſu.

Vniuerſitas ciuitatis caſtri, vel villæ, & etiam quilibet de vniuerſitate poteſt agere pro his fiendis, quę ad honorem vniuerſitatis tendunt, licet in vtilitatem alterius vergant, ut patet in legato relicto pauperibus, uel puellis maritandis, quia intereſt ciuitatis, quod pauperes non vadant mendicando, & puellæ uagando hinc inde diſcurrant. l ciuitatibus in principio, & l ſi quod delictum. de legat. 1. & ibi no. per Bart. idem no Butr. in tractatu alimentorum.

Volo hoc uerbum importat liberam uoluntatem Ideo ſi datur mihi facultas eligendi, quem volo, poſſum eligere indic. Secus ſi eligi conſitear arbitrio meo, quia intelligitur arbitrio boni viri. Idem ſi detur mihi facultas eligendi, quem dignũ putauero. no Bar. de le a. & plenius in extrauaganti ad repri mendam ſuper uerbo uidebitur. Vbi autem datur alicui libera poteſtas, non intelligitur quod poſſit aliquid facere contra iura ſcripta ut no per gl & do Ant. in c. 1. de offic ordi. & uide ſub uerbo arbitrium.

Volo per hoc uerbum uolo eſſe hæres indueitur aditio hæreditatis. Sed ſi dico uolo eligere talem, per hoc inſertur obligatio, niſi præceſſerit delliberatio. no. Bar. de legat 1. l. ſecundum electionem. & per Bal in l. cunctos populos. de Sũma Trinit. fide Cathol. pleniſſime, per do. Anto in c. ex literis, t. de ſponſ.

Vocem qui habent in Capitulo, uide in elem. 1. & 2. de æta & & quali & in c le ſi eo tit. in glo. intellige. Die tamen, quòd uocem non habent minores quatuordecim annorum, maſculi, & monachi, nec conuerſi laici in eccleſiis regularibus, uel monaſteriis, de elec. c. ex eo. lib. 6. In tex. & gl. ſuper uerbo tacite. Sed in hoſpitalibus & in locis, ubi non ſunt niſi conuerſi laici, illi habent uocem, & poſſunt ſibi eligere magiſtrum, & Rectorem, ut not in d c ex eo. in glo. ſuper uerbo clerici, & laici, ſi eſt conſuetudo ſcripta, quod etiam cõuerſi laici admittantur ut ibi not. in glo. fin. Feminę ergo profeſſæ habent uocem in Capitulo ſtatim eum ſunt ætatis annorũ 7. de elect c. indemnitatis. in princip lib 6.

Vocem non habent in electione impuberes excommunicati, ſuſpenſi, & regulares, & non conſtituti in ſacris, no. Io. And. de elect. c quia propter. ſuper uerbo debent. uide gl. in cle. ſi. de æta. & qualitate.

Voces duas poteſt quis habere in uno, & eodem Capitulo quãdo habet duo beneficia in eccleſia, ſed quando eſſent duorum quilibet ipſorum haberet unam uocem, no. Io. And & do. Ant. de re iudi. c cum olim. & ibi plene no.

Votum ſi quis fecit de intrãdo religionem, licet non dicat, quã cupiat ingredi, cogitur unam ex approbatis intrare no. Ioan. And. ſecundum Innoc in cap. 1. de ordin ab epiſ alias de ordine cognit & Cyo in l. 1. in l a caligato C de impub. & aliis ſubſtit. Item uide Archidiac. in capit. ſi gratioſe. de reſcriptis. libro 6.

Vſufructuarius an uere poſſideat, uide ſub uerbo poſſeſſio §. poſſiden an poſſit.

Vſurarius manifeſtus dicitur ille, qui coram Notario, etiam extraiudicialiter conſitetur ſe uſurarium eſſe no. do. Anto. de cohab cler. c. ueſtra. 31. colum & eſt glo c. quamquam, de uſuris. lib. 6.

Vſurarius non agit contra uſurarium de uſur. capitulo quia fruſtra.

Vſurarius ſi eſt clericus ſuſpendatur a beneficio obtento, & repellitur ab obtinendo. De primo eſt caſus in capi. præterea. de uſuris ubi tamen loquitur de uſurario monito deſiſtere de ſecundo eſt caſus in cap. inter dilectos, in prin de exceſſi. præla. Ibi enim loquitur de uſurario manifeſto, item uſurarius promoueri non debet. 17. diſt. c. 1. & ſtatim deponi poteſt. 14. q. 4. col.

Vſurarius eſt ipſo iure infamis, ut no. per glo. Cy. & Bal in l improbum.

Digitized by Google

probum.C.ex quibus cau. infam.irrog.Licet Butri.dicat ibi, quod non ipſo iure, ſed per ſententiam infamatur, & infamis eſt inhabilis ad dignitatem, ut in regula infamibus. de reg iur.lib 6 & no Bal de uſurario infame, in d.l.improbum. Licet dicat de vſurario manifeſto, cum & ille infamis ſit. Et idem Bal & Cy. dicunt in ea. l.ubi addunt, quòd cum hodie, omnis vſura ſit prohibita, & conſequēter ſit improbum fœnus, quilibet vſurarius eſt infamis, ſiue ſit manifeſtus, ſiue non. Et ita debet intelligi c. inter dilectos. de exceſſib. prælat quod loquitur de vſurario manifeſto, vt ſubaudiatur maxime, quod ibi dr̄ de electione vſurariorum ſuper dignitate facta irritanda, debet exponi pro irrita nuncianda, & ita exponitur.

Vſurariorum in fauorem quod ſit argumentum non ualet, ſicut in banchis Ianuæ, quod contractus mutui trāſferatur in contractum innominatum H l.Titius ff de præſcrip. verbis, quia hoc non ualet in fraudem vſurarum, & potius ſydera de cęlo tolleret.l ſi tibi decem millia.in fine, ff.de pactis.l.rogaſti §.ſi tibi ff.ſi cer.pet.

Vxor ſi adulterium cōmittit, dotem, vel donationem propter nuptias perdit, & eas vir lucratur. Si vir de adulterio non excipit, ſiue non accuſat, non poterit eius hæres contra mulierem dotem, vel donationem propter nuptias repetere. Tamen de adulterio excipere poteſt, no.do Anto. in c.plerumque.de donat.inter virum, & vxor. & Bar.in l.rei iudic. §.hęredi.ver.morum.ff ſol.matr.

Vxori acquiritur dominium rei emptæ de pecunia ſua per virum, ſi vir non eſt ſoluēdo, alias ſecus, ut no.Bar in l.ſi ut proponis.C.de rei vend.Sed glo. 1 s.q.2.apoſtolicos, dicit ſimpliciter dominium acquiri uxori, & idem dicit glo. in capitulo inquirendum.de peculi.cle.vt vide Ioan. And.ibidem, & dominm.Anton.

Vxori an debeant alimenta ab hæredibus viri, mortuo viro. Vide ſub verbo alimenta, quæ miſerationis.

Sanctio eſt conſtitutio pœna vallata, vt dicit Archidiac in c. ſtatutum, de reſcriptis, lib.6.in verbo, Sanctione. Finis. Deo laudes, & gratias ago. Amen.

Explicit ſolenne repertorium, & theſaurus ſingularium in iure canonico deciſiuorum compoſitus per famoſiſſimum iuris vtriuſq; Principem, & Monarcham, Dominum Nicolaum Siculum Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopum Panormitanum, & hoc in Concilio Baſilienſi. Anno Domini M. CD. XXXVII. quod presbyter Sylueſter de Sirono ſcripſit.

# F I N I S.

Additiones egregiæ

# D. IACOBI ANELLI DE BOTTIS.

## IVRISCONSVLTI NEAPOLITANI, AC REGII CONSILIARII.

Ad omnes partes Commentariorum ſuper quinque Decretalium libros,

*Nec non ad Conſilia, & Quæſtiones.*

D. Nicolai Siculi, ABBATIS Panormitani.

*Nunc denuo in lucem emiſſæ, huic operi incorporatæ, & cum Indice ſtudioſum Lectorem ad ſingulos Tomos remittente, locupletatæ.*

*Ad Titul. De Conſtitutionibus.*

IN c.cognoſcentes.verſ.in gl fin.ver primò. Amplia, & limita, vt per Petr. Duen in Reg. 129.

In c.eum omnes ver. No 1 ver. Canonici Limita, & amplia, ut per Petr Duen. in Reg. 134.

In eo c. ver. Aut maior pars vniuerſitatis. Affl. in 4 q. ſuper Conſti. Regni & ibi, an teneantur reſarcire in pecunia tertio, cui nocet ſtat.

In c. Quæ in eccleſiarum. verſ Quando dubitatur. Vide Gram. in deciſ. 65. nu. 30. cum ſeq.

In eo. c. uerſ. circa tertium. Vide omnino Loffred. in conſi. 30. & ibi, quid in Vicario Principis.

In eo. c. verſ. In glo. in ver ad inopiam, ibi, ſi culpa ſua eget. Vide Couar. in 2 lib. var. reſolut c. 16 nu 9. uerſ. 2.

In cap. cum M. Ferrarienſis verſ Nota ibi, ſicut conſueuit. ver. clauſula ſolita. Iſtud declara optimè per Didacum Couar. in primo libro var. reſol cap. 15. nu 6. fol. 258.

In eo. c. verſ. Et per hoc poteſt inſtrui. ver Doctores & ordinarij collegii. Nota pro ſupernumerariis collegii Doctorum & Medicorum Neapolis, & vide Alex conſ 178 vol 2.

In eo c. verſ. D. Ant. diſtinguit. ver. ita quod non tenet proceſſus inferioris. Vide omnino Couar. in cap 9. pract. quæſtion. fol. 56. colum. 3.

In c. Eccleſia S. Mariæ. verſ. ex his infertur ad quæſtionem. Vide Didac. Couar. in cap 31 pract. quæſtion. nu 4. ſol. 212. verſ. primum etenim & ibi, an poſſit ſubijcere clericos iuriſdictioni iudicis temporalis.

In eo. c verſ. quia hoc priuilegium fori habent clerici. Couar. vbi ſup in prin. cap. 31.

In eo. c. verſ. ſecundus caſus principalis ver quòd ſtantibus maſculis feminæ non ſuccedant. Decius conſ 282. in fi.

In eo. c. in repetitione. circa finem. Verſ ex hoc infero ad not. & quondianam q. Adde Hyppol. in ſingul 17. & limita hoc ſtatutum non habere locum, ſi Iudæus ſciret rem eſſe ſurto ſubtractam. Ita Bal. in l ſeruus cuiuſdam. ff. de condict. indeb. & Hyppol. ubi ſupra.

In c. Quoniam. in ipſo princip Adde quòd ſi tempore delicti ſtatutum imponebat pœnam capitalem, tempore accuſationis tale ſtatutũ erat mutatum imponebat pœnam pecuniariam, habet locum ſecundum ſtatutum, non primum, vt per Guliel. Bened. in c. Raynutius. in ver. cetera bona, nu 38. de teſtamentis.

*Ad Titul. De Reſcriptis.*

In c. 1. Ver. Nota primò, quòd cauſa poteſt committi Couar. in c. 23. pract. quæſtion nu 6. & de effectu clauſulæ, appellatione remota fol. 169 verſ. Octauò apparet.

In c. ceterum. Verſ. Venio ad ſecundam quæſtion. Vide Dec. conſil. 295. num. 8. & Couar. in c. 9. pract. quæſtion. char 56. colum. 3. 4.

In c. ſi quando. verſ. No. 2. ver. & expectare ſecundam iuſſionẽ. Adde, quòd ſecũdæ iuſſioni Principis eſt omnino obediendum, Gram. latè deciſ. 59. nu. 40. Affl in conſtit. diſputatur.

In c. ſedes Apoſtolica in fine, ver. Vltimo de hac dictione, alius. Quid ſi adiiciatur dictioni vniuerſali, vide hic per Dec. & per Couar. in c. 25 pract. quæſtion. fol. 180. col. 1.

In c. cum adeo. verſ. ſed quæro, quis. ver. Nam beneficium. Adde Aym conſi. 93. nu. 1.

In c. cauſam, quæ verſ No primo tria dicta. ver. reſcriptum principis Amplia hoc procedere etiamſi nihil operaretur, vt per Anchar. conſi. 353. refert Alexandrinus conſ. fin. nu. 3.

In c conſtitutus. Verſ. Item no. quòd impugnans. ver. ſecundo caſu habet probare impetrans. Vide aliqua per Loffr. in cõſi. 8 nu. 40 vbi, quid ſi eſt aliqua præſumptio pro veritate expreſſi, & multa alia.

In c. olim ex litteris verſ. No. 2. ver. & ex hoc, & ex illo tex colligo arg opt. quòd licet delegatus papæ. Adde Gram. in deciſ 47. in fi.

In c. nonnulli. ver. Et de hac materia, an & quando reſcriptum. Vide latiſſimè per Suarez in alleg. 28.

Ibid. verſ. Et tunc aut illud ius habet clauſulam derogatoriam. Adde Dec. in conſ. 10. nu. 3.

In c. ad audientiam uerſ. Item no. ibi, in irritum. Aymo in cõſ. 68. num. 2.

In c. ab excommunicato. verſ ſed no. vltimo. ver. dicit quòd ſi per excommunicationem. Adde Tiraquel. in l 9. numè. 167. de legib. connulli.

In c. quia nonnulli. ver. Not. 2. quòd reſcripta Tiraquel. de retrac lig. §. 26. glo. 1. nu 43.

*Ad Titul. De Conſuetudine.*

In c. quanto. verſ. No. 1. verſi nam poſſeſſio temporalis. Adde Doct relatos per Pet. Duen in reg. 90. verſ. fallit primò.

In c. cum venerabilis verſ. in glo. 1. ver facit enim quòd gerens actum contra ius. Adde Alex. in conſ. 8. nu. 9. uol. 6. & ibi additio ubi ponit omnia quæ hic ponuntur in addi. in litera, d.

In c. eum dilectus. ver. In glo. in uerbo, ueciuti. ver. debemus facere interpretationem. Adde Dec conſ. 268. nu. 3.

In c. ex parte veſtra. verſ. in gl. in ver alienat. ver. vt bona filiorũ. Adde Guliel. de Bened in c. Raynutius in ver. in eo. teſtamẽ mento relinquens il primo, nu. 218 de teſtamentis.

In c. eum tanto. ali. s fi. verſ. Item no. vnam regulam ex prima parte, quòd conſuetudo. Vide Pet. Duen. in reg. 137.

Ibid. & clarius intelligas, ſciendum eſt, quòd præceptorum. Vide latè Tiraquel. in præfatione tractatus de utroque retract. num. 8 9.

In eod. c. verſ. In gl. in ver. niſi fuerit rationabilis. Aymo. conſi. 96. num. 3.

In eod. e. verſ. quantum verò tempus. Vide per Pet. Duen. in reg. 139. 140.

In eod. cap. verſi. Quartò requiritur quòd conſuetudo. Declara ut per Aymo. conſi. 96. numero 6. & Pet. Duen. in reg 141.

In eod. c. verſi. Quintò requiritur ver. de cuius initio. Incapax non poteſt præſcribere etiam tãto tempore, cuius initii, &c.

Aa adde

adde Didac. Couar. in primo libro var. reſol. c. 17. nu. 10. folio 313. & in eod. c. nu. 6. folio 302. & Aufrer. in repet. clem. 1. de offic. ord. folio 30. nu. 20.

In eod. c. verſ. Sed quæro circa iſtam partem. Vide Pet. Duen. in reg. 142.

In eod. c. verſ. Et facit ad illam quæſtion. ver. Et tunc aut procedit lex. Pet. Duen. in reg. 144.

Ibid. verſ. Ex hoc enim infertur quòd conſuetudo. Vide latè per Belluгam in Speculo Principum, folio 27, nu. 7.

*Ad Titul. De poſtulatione prælatorum.*

In c. ad hec in beato. uerſ. Sed uide no. dictum Oldr. vide Petr. Giran. ſing. 62.

In eod. c. ver. Dicit tamen, quod iſta inquiſitio, Gram. in deciſ. 34. num. 7.

*Ad Titul. De electione, & electi poteſtate.*

In c. 1. verſ. item reſpectu eius. ver. item poteſt princeps obiicere. Affl. in 18. q. ſuper Conſtit. Regni, & Io. Lup. in præfat. rubricæ. extra de donat. inter vir. & vxor. nu. 29.

In c. poſtquam. verſ. Secundò ex hoc, & ex tex. not. quòd elect. Limita ut per Pet. Duen. in reg. 234.

In c. ſuper eo. uer. primus intellectus. uer. infamia facti impedit promotionem. Vide Couar. in 2. libro variar. reſol. c. 8. folio 487. & an priuetur obtentis. fol. ſeq.

In c. dudum. verſ. No. ibi, vel ſi notorium. ver. intellige tamen in notorio facti. iſtud limita non habere locum, quando notorium negatur eſſe notorium, ut per Affl. in conſtit. vt vniuerſis. num. 10.

In c. bonæ memoriæ. ver. item no. ex tex. tres reg. vide late Grā. in deciſione 24.

In eod. c. verſ. Secunda reg. quòd teſtes ſint. Limita non habere locum in probando furorem, quia teſtes ſingulares ſufficiūt. Dec. conſilio 448. numero 8. & Boer. in deciſ. 23. numero 44. cum ſeq. & ibi, quid in probando infamiam, vel hæreſim, vel aliquam eſſe meretricem. Adde tamen quòd in dubio præſumuntur teſtes, conteſtes, Alex. in conſi. 4. num. 7. vol. 6. Vide omnino Aymon. in conſi. 78. per totum, vbi quæ probentur per teſtes ſingulares, & quando teſtes dicantur ſingulares: & an iudex poſſit adhibere fidem teſtibus ſingularibus, & multa alia vide ibi. & Hyppol. in ſing. 114. ubi quòd etiam mille teſtes ſingulares non ſufficiunt, & quid ſi ſunt nobiles. allegat ibi Paul. de Caſt. quòd tunc probant. Adde quòd Iudex poteſt fidem adhibere talibus teſtibus ſi ex eis inducatur ad credulitatem, Aymo. de antiquitate folio 72. numero 11. & an per teſtes ſingulares probetur matrimonium, vel adulterium, Cappel. Tholoſ. deciſ. 309. De teſtibus ſingularibus vide omnino latiſſimè per Aymon. de antiq. in 4. par. a folio 149. vſque 154. & Loffr. conſi. 27. per totum. Petr. de Anchar. in conſi. 177. colu. 4. verſ. non obſtat ſecundum contrarium, dicit quòd ad probandam coniurationem teſtes ſingulares deponentes plures actus coniurationis, plenè probant. Et quid ſi teſtes ſint omni exceptione maiores, vide Arno. folioq. 59. adde quòd etiam in iudicio poſſeſſorio non admittūtur teſtes ſingulares, Rip. in l. ſi conſtante. numero 17. ff. ſoluto matrimonio.

In c. querelam. uerſ. Tertiò no. ver. quod intellige ſecundum Innoc. quando penſio. Vide Affli. in deciſ. 395. & in prooem. conſtit. numero 20. & Aymon. in conſilio 140. & Zanettin. in 36. diff. iur. Canon. & Ciuil. Cappel. Tholoſ. in deciſio. 59. Et an hoc remedium competat contra ſingularem ſucceſſorem, vide Guid. Papæ in deciſ. 629. & vide Dec. conſi. 136.

In c. per inquiſitionem. vēr. & ponderat diligenter. verſi. beneficiis habitis. Vide per Couar. in 2. libro variarum reſolutio. cap. 8. folio 488.

In c. cum dilectus. verſ. item no. quod teſtes ſingulares. Limita per Guid. in deciſ. 544.

In c. ne pro defectu. uerſ. in glo. fin. ibi, propter hoc caſſetur electio. De hac materia uide latè Petr. Duen. in regu. 202. ubi, an & quando alienigenæ poſſint eligi in canonicos, vel Epiſcopos.

In c. vt prætetitæ, in ipſo princip. An & quando poſſit prælatus exigere charitatiuum ſubſidium pro expeditione Bullarum ſuæ promotionis, vide per Petr. Duen. in reg. 89.

In c. conſtitutis. verſ. Sed quæro, numquid diſpoſitio huius cap. Vide Boer. in deciſ. 111.

In cap. cum in ueteri. ver. Nota tamen primum dictum. Adde Ioan. Crot. in repet. l. frater a fratre, numero 37. de condict. indeb.

## In ſecunda parte Primi Libri Decretalium.

*Ad Titul. De renunciatione.*

IN cap. Quod in dubiis, verſ. Oppono cum glo. quod renunciatio. Vide Couar. in primo libro var. reſolut. cap. 5. nume. 6. folio 160.

*Ad Titul. De ætate, & qualitate.*

In c. tuam. verſ. vnum tamen aduerte. ibi, non inducunt ſimoniam. Dec. in c. ad noſtram. de probat.

In c. accepimus, uerſ. nota quarto, quòd clauſula in literis apponi conſueta. adde Alex. in conſ. 8. nu. 7. uol. 6.

*Ad Titul. De ſeruis non ordin.*

In c. nimis. Verſ. quæro, quid ſi Papa diſpenſauit. Vide Cottam in verbo, Papa, an corrigatur, &c.

*Ad Titul. De offic. & poteſtate Iud. deleg.*

In c. de cauſis, verſ. & vide bonam gl. ibi, quòd partes poſſunt ex toto remittere ordinem iudiciorum. An & quæ ſolennitates iudiciorum poſſint per partes remitti, vide Affl. in 9. quæſtione. ſuper conſtit. Regni.

In c. ſignificaſti. uerſ. ex his infertur ad aliam quæſtio. ad omnia iſta uide Couar. in c. 10. pract. quæſt.

In c. in literis. uerſ. aut deducitur nullitas, Couar. in c. 9. practicarum queſt. fol. 52. col. 3.

In c. ex parte. verſ. in gl. 1. iunge hic gl. 2. Vide per Didac. Couar. in 1. libro variar. reſol. c. 5. nu. 5. & 6. fol. 99.

In c. quoniam. uerſic. Sed conclude ſic clare. adde Iacobi. in ſua inueſtit. in ver. dux. ver. addo uobis. Vbi compromiſſum factum in regem ſub nomine dignitatis, non tranſit in ſucceſſorem. Sic etiam in tutore datur ſub nomine dignitatis, & in cuſtodia alicuius caſtri commiſſa ſub dicto nomine dignitatis, vide ibi.

In c. ſuper eo, uerſi. Secundo no. quòd uerba. ibi, non præſumitur velle præiudicare iuri tertij. adde late per Dec. hic, & cōſilio 373. nu. 10.

In eo. c. uerſi. item no. quòd clauſula, appel. remota. Vide Coua. in c. 15. pract. quæſtion. folio 106 uer. 4.

In eod. c. uerſ. Tertius effectus. Vide per Couar. ubi ſupra folio 107. col. 1.

In eodem capitulo, in gl. in uerbo, tenebit. ibi, quòd ſi iudex præſumit malitiam. Vide per Couar. in capitulo 16. practic. quæſtion. num. 2.

In cap. cauſam. verſ. Sed dubitatur, quid ſi mulier. ibi, quòd probet metum. uide Dec. conſ. 232. nu. 6.

In cap. gratum. uerſi. item no. quòd appellans renunciat, & cet. adde, quòd ſi excommunicatus tolleret excōmunicationē abſtinendo ab his, quæ ab excommunicato prohibentur, nō uidetur recedere ab appellatione, ut declarat Aymo. de antiquit. temp. 1. par. folio 31. nu. 20.

In c. prudentiam. uerſ. exemplum in pluribus hæredibus. Vide latè per Boer. in deciſ. 5.

In c. conſuluit. verſ. No. ibi, qualibet parte lucis, &c. vide Tiraq. de retract. l. gn § 1. in gl. 11. nu. 8 9.

In c. inſinuante. verſ. in gl. in verſic. poſtmodum. ibi, illud enim procedit, niſi exceptio dilatoria oriatur. Adde Didac. Couar. in 1 lib. variar. reſol. c. 16. nu. 13. fol. 280.

In c. paſtoralis. § quia uero uerſ. Item no. quòd quis debet parere mandato ſuperioris. Vide Affl in conſtit. Regni, diputatur. nume 4. 5.

In eo. §. uerſic. in glo. ibi, quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata. uide latè per Didac. Couar. in primo libro uariar. reſol. folio 1.

In cap. eum olim, uerſ in glo. in uerſic protinus contradixit. ibi quòd dominus ſciens procuratorem excedere fines mandati. Nota & limita procedere, quando procurator id facit nomine domini: ſecus ſi nomine ſuo, uel ſimpliciter. item limita in procuratore priuati, ſecus in procuratore uniuerſitatis, quia tunc requiritur quod omnes ſciant, uel maior pars. ita declarat Dec. in conſi. 437.

In c. cum contingat. uerſ. Secundum dictum no quòd. Vide Gram. in deciſ. 45.

In c. uenerabili. uerſ. Et dicit hic. Vinc. uerbum no. quòd ſpoliatus, No. hanc deciſ. & adde Curt. conſi. 41. in fi. limita tamen ipſam procedere in ſpoliato omnibus bonis, ut per Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 49. ff. de acquir. poſſeſſ. refert Cotta in memorabilib. in uer. ſpoliatus.

*Ad*

Digitized by Google

*Ad Titul. De officio legati.*

In c.nouit. Verſ. Quid autem ſi extra territorium. Limita non habere locum in his, quæ competunt de iure ſpeciali, vt per Rom. in ſing. 49.

*Ad Titul. De offic. Iud. ordinarij.*

In c.pernicioſam, verſ. Vnde ex quo delictum non eſt probatū. Vide latè Didac. Couar. in primo libro variarum reſol. folio 14 numero 8.

In eo.c pernicioſam, verſ. Secundo no quòd iudex ſæcularis. Vide Moder in c. Regni, ſubditorum, num 141 cum ſeq & omnino Affl in procem. conſtit. Regni, in princ numero 43. vſque numero 50 & ibi, an delegatus poſſit implorare tale brachium, ſi non habet ſpeciale mandatum in hoc, & Coua. in c.10. pract. quæſtion folio 50. vbi per plures col examinat materiam, & inter alia, an iudex ſæcularis poſſit implorare brachium eccleſiaſtici.

In c.quanto, verſ. Contra tex. oppo. videtur enim quòd Archiepiſcopus. Monachi an debeant puniri ab Abbate, vel epiſcopo, vide Guid in deciſ. 559.

In c.paſtoralis, uerſi. Secundo no. gl in eo, quod dicit quod vbicunque epiſcopus eſt negligens. Vide per Moderniſſ. Pariſ. in conſuet Pariſ in § 2. in glo. 3. nu 12.

In c.licet, uerſic. Item not. quod ſuperior ibi, ſed potius dicitur excitare. Claud. in l. ius ciuile, ff. de iuſt & iu.

In c.irrefragabili, uerſ. numquid autem poſſint prælati imponere pœnam pecuniariam. Vide latiſſimè per Couar. in 2. libro uar reſol c.9. numero 9 & 10. & ibi in quo debet conuerti pœna pecuniaria.

*Ad Titul. De offic. Iudicis.*

In c.1. uerſ Sed quæro. numquid pro prædictis, ibi, & procedit dictum Goffred aut eſt impotens Couar. in pract. quæſtion. c 9. folio 37. col. 3. & ibi, quid in Notario.

*Ad Titul. De pactis.*

In c qualiter, in medio, ibi, ſed in pollicitatione. An ex pollicitatione oriatur actio. vide Hier. Zanetunum in 75. diff. iure Canonici.

*Ad Titul. De Tranſactionibus.*

In c.ſtatuimus, verſ. Secundo no. quod requiritur decretum. Vide latiſſimè per Pet. Duen. in reg. 187. in fi.

In eo.c verſ. In gl. fi. in fi. hæc gl. intrat quæſt. numquid &c. vide limit. per Pet. Duen. in reg 127.

In c.præterea, in fin ibi, hinc dicit Feder. quod ſi Abbas promiſit. Adde Iacob. in l. interpoſitas. C. de tranſact. & an poſſit ad nutum reuocare, vide Aret. in conſilio 63. in 1. col.

*Ad Tit. De procuratoribus.*

In c.Querelam, verſ. in gl. 1. nota bene glo. De materia querelæ vide Couar. in c 9 pract. quæſt folio 52 nu. 4.

In c.Tuæ, verſ extra glo quæro, vide Io. Anto. de Nigris in prælud Capit Regni, in fi. & Couar. in 2. libro uar. reſol capitulo 10. numero 6.

*Ad Titul. De ijs, quæ vi metuve cauſa fiunt.*

In cap 1. verſ. Vlt no quòd profeſſio nulla. Vide omnino Dec. conſi. 219. numero 67.

In c.Abbas, verſ. Decimus caſus in conſti. procuratoris. Decius conſilio 219.

In eo.c uerſ. Excipio duodecimum caſum, ibi, quæ apertè tenet Vide Dec d. conſi 219. nu. 5.

In c ad aures, verſ In gl 1. in fi. Io. And Vide per Didac. Couar. in primo libro uar. reſol c 5. nu. 6 folio 100.

In c.cum dilectus, verſ. Et no gl. ſing. in alio. Adde Didac. Couar. in primo libro uariar. reſol. c. 5 nu. 1.

In c ſuper eo in fi. Sequitur Affl. in c. 1 in prin. nu 76. ex quibus cau. feu. amit.

*Ad Titul. De reſtitutione in integrum.*

In c. 1. verſ Sed quæro, quæ dicatur magna. Vide per Suarez in alleg. 21.

In eo.c. uerſ. in glo. pen. in fi. no. ſing iſtam glo. Decius, conſilio 282 numero 6.

In c.auditis, verſ. item not. quòd licet priuilegium Papæ. Contra in ver. gratia Aymo de antiq ſolio 77 nu. 25.

In capit. ex literis, verſ. ſed contra tex. oppo. ibi, vbi uoluit, vide Guid. deciſ. 64.

In c.ſuſcitata, verſ in gl. in verbo, poſtulauit. Vide omnino Didac Couar. in primo libro var. reſol c 6. nu. 1. folio 106.

In c.coram, verſ in gl. in ver ſpeciale mandatum, ibi, requiritur ſpeciale mandatum. Vide limit per Didac. Couar. in primo libro variar reſol c.6.

In capit conſtitutus, verſ No. 1. ibi, pro ſe, ac fratre, ibi, vbi dicit quod eccleſia poteſt petere. Vide omnino Didac. Couar. in primo libro variar. reſol c 4. nu. 2. 3.

In eo c. verſ. in glo 2. ibi, pater uerò. Vide latiſſimè per Gul. de Bened in repet c. Raynutius, in uerbo, matrem, numero 17. cum pluribus ſeq de teſtamentis.

In eo.c. verſ Vltimo hic quæritur, an per reſtitutionem. Adde Suarez in alleg. 21 numero 5.

*Ad Titul: De arbitris.*

In cap. non ſine, verſ. Sexto No. ſecundum vnum intellectum. Vide Suarez in alleg. 23.

In c dilecti filii, uerſ. in gl. 1. formant hic Doct. quæſtion. ibi, ſeu paſcua. Vide Affl. deciſ 390 & Didacum Couarru in 1. libro variar. reſol. c 17. nu. 11 folio 318. uerſ. his vero.

In c.cum tempore, verſ. vlt. poteſt colligi. Adde Decium in conſilio 282. numero 3.

## In prima parte Secundi Libri Decretalium.

*Ad Titul. De Iudicijs.*

IN c.at ſi clerici, uerſ. item ibi laicus dominus feudi, ibi, ut dominus feudi habens fundum pignoratum. Adde idem eſſe in re emphyteutica, vt per Neguzant de pign. in 5. membro 5. partis, numero 14

Ibid. in Additione, uerſ. & circa iſtam materiam, ibi, vt quia ſacerdotem interfecit proditorie. De veritate Couar. in 2 libro variarum reſol c. fi. numero 7.

In c ceterum, in ipſo principio. Iſtum tex. limita non habere locum in contractu feudali iurato. Guliel. Bened. in c Raynu. in verbo, teſtamentum, il 3 num. 39. de teſtam. & adde quòd clericus poteſt cogi coram ſæculari præſtare ſeruitium pro feudo, Affl in conſtit. fune reali, nu 4.

In eo.c. verſ. Vltimo in tertia parte glo oppo. Vide Gul. Bened. in capitulo Raynutius, in verſiculo, & uxorem. 3. dec. numero 18. de teſtam.

In c.intelleximus, in ipſo principio. Didacus Couar. in primo libro var reſolu c. 18 numero 5. dicit, quòd in Hiſpania, & in Gallia exceptio excommunicationis non repellit agentem. Ritus verò magnæ Curiæ, ſub tit. de exceptione admittit exceptionem excommunicationis, ſi in principio de ea doceatur.

Ibid. in Addit. verſ An autem excommunicatus. Adde quæ tractat Didac. Couar in primo libro variar. reſol. c. 18. numero 5. vbi dicit, &c. fol. 327.

In c.clerici, ver Nota vlt. quòd nec lex ciuilis, nec conſuetudo. Vide Couar. in c. 31. pract. quæſtion ante num. 5. uerſ. ſecundo, folio 212.

In c cauſam, quæ. in Additione Nicolai. verſ. Et hic incidenter ſoleo recitare ſemper hanc quæſtionem. Ad hanc quæſtion. vide Gom. in c. ſtatutum, de reſcri. libro 6. & alios Doct. relatos per Pet. Duen. in reg 78.

Ibid ante finem ibi, Quid dicendum ſi eſſet lata. Tiraq. de legibus connub. in glo. 6. numero 70.

In c.cum non ab homine, verſ. Sed aduerte, quia per hoc ſentit D. Ant. De hac materia vide latiſſimè Didac. Couar. in c. 32. pract. quæſtion. vbi latiſſime de materia degradationis. An clericus Sodomita, parricida, & rebellis aduerſus Principem laicum debeat degradari, & tradi iudici ſæculari, uide Coua. in 2. lib. variar. reſol c fi. nu. 7. fol 661. & ſeq.

Ibid. verſ. Putat tamen D. Cardinalis. Vide Didacum Couar. in c. 33. pract. quæſtion.

In c.nouit ille, in Addit. verſ ſed quæro, an iudex indiſtinctè cognoſcet. Quando ſit fienda denunciatio Euangelica, vide optimè per Curt iun. in conſi 104.

In c. ſignificauerunt, in ipſo princ. Ad materiam huius cap. vide omnino Guid. Papæ in deciſ. 215.

*Ad Titul. De foro competenti.*

In c.nullus, verſ. licet glo. in c. clericum. Vide omnino Calca. in conſilio 70. 71.

Ibid. verſ. Quæro, quid de pœnitentialibus. Vide Couarru. in capit. 41. quæſtion fol. 229. colum. 2. & ibi, quid de inquiſitis de hæreſi, quòd habitum geſtant publicè penitentium. fol. 232. colum. 3.

Ibid verſ. Et ex hoc infertur quid dicen. in Eremitis. Couar ubi ſup. fol. 230 col. 4.

In c. ſi quis contra. verſ. No. 1. illam regulam. ibi, vult ſuper exceptione agere Adde Didac. Couar. in primo lib. variarum reſol. c. 18 num. 3. fol 326. Adde Guliel Bened. in cap. Raynut. in ver. & vxorem. 2 deciſ. nu. 126. de teſtam. & quid ſi habet duos Iudices, vide Didac vbi ſup. nu. 6. fol. 330

Ibid verſ. a Iudice ſuo abſolutionem. Abſolutio ab excommunicatione, coram quo Iudice petatur, vide Didac. vbi ſup. nu. 5. & Fel. in c. 1. col. fi de iureiuran.

In c. ex tranſmiſſa. verſi Not. quinto ex tex. ibi, de ſæculari feudo Vide multa ſimilia per Tiraquel. de retract. lignag §. 1. in gl. 13 nu. 8.

In c. verum. verſ Sed circa hoc quæro, quid ſi dentur Baroniæ. De hac q. vide Tiraquel. de retract. conuent. in fi. num. 11. & 14. & Didac. Couar. in primo lib. uar. reſolu. c. 14. num 6. ubi quid ſi ſtipulatus ſit ſibi alimenta præſtari, & quid ſi eſt dictum, quod ſi non ſeruetur modus appoſitus, ſit reuocata donatio

In c. quàm ſit generale in ipſo princip. Iudex eccleſiaſticus, an poſſit punire laicum iniuriantem clericum. Guid. Papæ deciſ 562.

In eo. c. verſ. Nunc diſcutiamus quemlibet caſum de per ſe. De crimine vſurarum, an ſit merè eccleſiaſticum, vel mixtum, vide Couar. in 3. libro, variarum reſolut. c. 3. in princ. late, vbi etiam an iudex eccleſiaſticus poſſit punire laicos uſuram exercentes.

In eo capit verſ. item glo. enumerat. Vide latè per Dec. in conſilio 2 12.

In c quod clericis verſ Ipſe tamen Hoſt in ſumma. An conſuetudo laicorum ſit ſeruanda contra laicum in fauorem clerici coram iudice eccleſiaſtico, vide Aret in conſ. 45.

In eo. capit. verſ. Et pro hac diſtinctione ibi, quia extenditur ad clericos. Vide concordantes per Alexandrinum conſi. 159.

Ibid. eo. n. verſ. Et per ſupradicta concluſit. ibi, ſi extat clericus, vel monachus. Adde Guliel. de Bened. in c. Raynut. in ver. duas habens. nu. 138. de teſtam.

In c. ſi diligenti. verſus finem. verſ. quæro, an valeat proceſſus. Adde Gram. in deciſ 29.

In c ex parte. verſ. No. in verſic. idem quoque. Vide Couar. in pract quæſtion. c. 6. nu. 1. verſ. imo.

In c. licet. in Addit. verſ. Vnde tene illud, quòd propriè dicitur quis vagabundus. Pet Duen. in reg 378. in quarta limitatione in fine.

In eo. loco. uerſ. Vide Pet. Duen. in reg. 378. ibi, verſ. Aut petitur remiſſio, & communiter tenetur, quod in leuioribus criminibus. Adde Pet. Duen. in d. regu. 378. in 3. limit. & Couar. in c. 11. pract. quæſtion fol. 73. uerſ 8.

Ibid. uerſ. Sed alius, qui non eſt iudex ipſius delinquentis. Couar. in c. 11. pract quæſtion fol. 71. verſ 5.

Ibid uerſ Tertio concludit iſta gl. Couar. ubi ſup. verſ. 9.

Ibid. uerſ. Sed circa hoc quæro, quid ſi delinquens. Pet. Duen. in d. reg. 378. in 4. limit. & ibi, quis dicitur vagabundus. & Cou. vbi ſup. ver. 7.

Ibid. uerſ Item dubitatur de mandante. Vide Pet. Duen. in reg. 378. in 3. ampliat.

Ibid. uerſ. ſi uero non reperitur in loco contractus. Reprehenditur communiter, ut per Cou. in c. 10 pract. q. chat. 62. col. 1. Adde, an in iſtis caſibus poſſit iudex cõtractus citare extra territorium abſque literis requiſitorijs. Couar. vbi ſup. in fi. Quid ſi cler. reperiatur in loco contractus. ibid. ver. 9.

In eod loco. in verſ. Et ex his infertur quòd in contractibus ibi, hoc tamen non procederet in clerico. Couar ubi ſup. ponit, quid ſi habet plura fora, quorum vnum competit ex priuilegio, in verſ. 7.

In eo loco. uerſ. quo ad primam concl. uide Boer. in deciſ. 218.

*Ad Titul. De libelli oblatione.*

In c. 1. uerſ. Mouetur Bar principaliter, quòd iſta ſolennitas. An ſolennitates iudic. poſſint remitti, uide per Affl. in 9. q. ſuper Conſtit. Regni.

In c. ſignificantibus. uerſ ſed contra prædicta. Adde quòd libellus incertus, & generalis procedit ſuper legitima filij, Cotta in memorabilib. in uerbo, libellus incertus.

*Ad Titul. Vt lite non conteſtata.*

In c. 1. verſ. Venio nunc ad tertium membrum principale. ibi, tunc ſi voluntariè confitetur. Limita hoc non procedere, ſi adeſt iuramentum Ruy conſi. 73. nu 4 vol 5.

In c. Accedens. uerſ. No ſpoliatum debere plenariam conſequi reſtitutionem. Cotta in memorabilib. in ver. ſpoliatus.

*Ad Titul. De iuramento calumniæ.*

In c. 1. uerſ. Concludit tamen no. ibi, ſed ſi de facto teſtificatur. Adde Guid. Pap. in deciſ 65. & Steph. Aufrer. in repet. clem. 1. de offic. ordi. dum tractat de poteſtate iudicis ſæcul. in cleric prima reg. nu. 6. & uide Aret. conſil. 159. in 8 dub. Adde quòd clericus deponens abſque licentia redditur ſuſpectus, Aym. conſ. 2. nu. 5. immo teſtimonium eius eſt nullum, quia receptum per iudicem incompetentem. ibi. nu 7.

Ibid. uerſ. Habet enim iurare clericus. Adde Guid. Pap. in deciſione 65.

*Ad Titul. De dilationibus.*

In c. expoſuit. uerſ Venio ad gloſ. ibi, ut ualeat citatio prima vice, &c De citatione ad omnes & ſingulos actus, vide Soc in conſi. 125. incip. circa primum. uerſ. confirmantur præmiſſa. in fi. 2. uol.

*Ad Titul. De ordine cognitionum.*

In c. cum dilectus. uerſ. & not. ex prædictis quid uidetur deductum ſub illa clauſula generali, & peto mihi. Adde Dec. conſi. 221. numero 4. & in conſi. 62. nume. 2. ubi an talis clauſula operetur in caſu contrario, quando eſt actum ſuper petitorio, ita quod poſſit pronunciari ſuper poſſeſſorio tantum, & uide latè Euerard. in loco ab effectu eorum, &c. fol. 139. lit. B. C. clauſula, omni meliori modo, eſt ſimilis huic, peto iuſtitiam, &c. vt per Aret. conſilio 17. numero 6. Adde Loffred. conſilio 29 in princ. ubi loquitur de clauſula, omni meliori modo.

*Ad Titulum. De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

In c. 1. uerſ. No. ult. & tene menti. Vide latè Gram. in deciſ. 65. numero 3. cum ſeq. & ibi, an valeat ſtatutum, quòd ſententia contra non citatum ualeat? & quid in notorijs, & quid in ſummarijs.

*Ad Titul. De reſtitutione ſpoliatorum.*

In c. 1. uerſ. quo ad primum. ibi, liberantur tamen prædicti exhibendo maleſactores. Adde Rom conſi. 15.

In capit. ſolicite. uerſic. oppono contra prædicta, & contra tex. dicto capit. infra proximo, vbi exceptio renunciationis. Ad hanc materiam vide omnino Suarez, in allegatione 23. per totam.

In c. in literis. uerſi. hinc dicimus, quòd poſſeſſor. ibi, vbi notabiliter probatur quòd poteſt acquiri poſſeſſio rei. Capic. deciſ. 209. numero 21.

In c. ex conqueſtione. uerſ Hinc ſumpta occaſione Innocen. & Hoſt. Vide per Tiraquel. de retract. lig §. fi. num. 24. & Aret. conſi. 140.

In cap grauis. uerſ. His premiſſis quæritur ſecundo. Vide omnino Didacum Couar. in primo lib. variarum reſolut. capit. 3. folio 65.

In eo. cap. uerſ. Sed circa hoc dubitatur, numquid iudex. Vide Guid. Papæ, in deciſ 405.

In cap. olim. uerſ. Nunc quæro. tex. hic dicit. Ibi, aduerte tamen ad unum no. dictum. Adde Petr. Duen. in regu. 192. in quinta ampliatio.

In eo c. uerſus finem. ibi, Sed quæro, quid ſi in continenti non recupero rem meam. Vide latiſſimè per Moder. in Capitu. Regni, ad hoc, nu. 106 & per Didac. Couar. in primo lib. uar. reſol. c. 1. numero 15.

In c. literas. uerſ. Vltimò no tex. in fi. quòd uxor. Pet. Girar. ſingul 65.

Ibid. in Addit. verſ. Dicit Io. And. quòd præter copulam, ibi lauare pedes Vide Tiraq in l. 1. nu. 26 de legib. connub.

Ibid. uerſ. Et hæc adduco ad quæſtio. Vide omnino Pet. Girar. ſing. 99 vbi quando vxores ſibi lucrentur.

In c. ex parte. uerſ Sed quæritur, an minor. An autem iſte impubes poſſit renunciare beneficium. Gul. Bened in c. Raynu. in ver. Adiectæ impuberi, nu. 61. 62. De teſtamentis. Ad hanc q. vide Didac. Couar. in primo lib uar. reſol. c. 5.

In c. cum ad ſedem, uerſ. ulterius expediendo hanc gloſ. Vide Couar. in c. 23. pract quæſtion nu 8.

In capit. cauſam uerſ. Secundo no. ex mente gl. & tex. Vide per Loff. in conſi. 20. nu. 3. ubi ponit declarationem.

Ad

Digitized by Google

*Ad Titul. Vt lite pend. nihil innou.*

c.1.verſ.No.3.quòd pendente lite.No.& adde Capic. in deciſ. 189.nu.5 & in deciſ 77.in fi.

In c.dilectus in ipſo princ Quid ſi pendente lite fuit conſtitutum nouum ius demum inſtãtia litis eſt perempta, demum fuit inſufflatus ſpiritus uitæ, an habeat locum iſte tex. uide Gram.in deciſ.103.nu.93.cum ſeq.

*Ad Titul. De confeſſis.*

In c.1.ver.Sed quæritur vltra glo. Vide latiſſime Modernos in Capit.Regni,frequens.

In c.eod.verſ. Quandoque non debuit examinari. Vide Modernos in d.cap.frequens nume.62.& Felyn in cap. ſicut.de teſtibus.

## In ſecunda parte Secundi Libri Decretalium.

*Ad Titul. De Probationibus.*

IN c.1.verſ.Ego putarem. verſi. ſi eſt tale inſtrumentum. Vide Fe yn.hic.

In c propoſuiſti ver.nunc diſcutiamus vtrumque dictum. ver. periti. Affl.in conſtit.terminum uitæ nu 42.& 47.

In c poſt ceſſionem verſ.Quinta opin.ponitur, verſ.quòd litera dicitur anthentica. An literæ ſine teſtium ſubſcriptione, licèt habeant ſigillum, probent: latè Guido Papæ in deciſio 175.

In c.in præſentia.verſi. Primò, quòd res eccleſiæ non poſſint dari in emphyteuſim. Vide hanc materiam examinatam per Couar.in 2.lib uar reſol c. 17.nume 4.cum ſeq. & ibi ſi emphyteuſis præſcribatur, an videatur præſcripta, vt tranſeat ad hæredes extraneos.

In eo c.ver.limita tamen prædicta.Couar.ubi ſup nu.5.

In eo.c.verſ. ſi autem conceſſio fieret ſimpliciter. Couar. ubi ſup.nu.5.ver quarta.

In eo.c.verſ.Alia etiam quæſtio.ver. Item conditio ſimilis. Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, uide Alexandr.in.conſi.147.nu.14.

In eo.c.verſ.Quid ſi teſtator dedit ſubſtitutum. Vide Decium hic, & in conſi.419.

In eo.c.verſ Quæro igitur, numquid.verſ.ita & volens ingredi monaſterium. Adde Guliel.de Bened.in c.Raynutius, in verbo, teſtamentum, il primo.nu.52.

In eo.c ver.ſed quia ſupra uiſum eſt quòd ingrediens.Dec. cõſ. 419.& in hoc cap.

In c licet in ipſo principio.Dec.conſi.362.nu.12.

In eo c.verſ. Et nota ſingulariter ſecundum unum intellectũ, quod infamia facti.An teſti infami infamia facti credatur in ciuilibus, criminalibus, vel matrimonialib.vide Couar. in c. 18 pract.quæſt.nu.1.

In c.eõd. verſi. Quapropter ego diſtinguerem. Vide omnino Euerard.in loco ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur, per totum.vbi etiam ponit tres limitationes, & uide Guliel. Bened.in c Raynutius de teſtamentis.

In c.eo verſ.Tertia opin.ibi, quia iudicium ſortis non habet locum. Reprobatur per Modernis Pariſienſ in conſuet. Pariſien.§.8 glo.1.nume. 8.ubi tenent quod etiam quæſtio facti ſorte dirimitur.

In c.per tuas, ver. Nota primo, quòd quemadmodum natus in domo Vide Pet.Duen.in reg 344 Boer.in dec.299.

Ibidem, ibi, ita natus ex concubina.Pet. Duen. in d. reg.344.in 3.ampliat.

In eo.c.ver Et nota quomodo probatur filiatio.ibi, non admittatur volens.Pet.Duen ubi ſup.in 2.ampl.

Ibid.ibi, vel infirmitatem.Adde Neuiz in ſua Sylua fol.16. nu. 83.cum ſeq & Dec.conſi.288.& Pet. Duen. in d. reg 344.in prima ampliat & in 2 ponit, an poſſit probari contrarium. Et limita, non habere locum, quãdo filius naſceretur cæcus, vel claudus, vt per Barb.in c.in præſentia.nu.98.de probat quem reprehendit Duen in d reg.344 in 2.limit.

Ibid.ibi, Et hæc faciunt ad quæſtionem. Dueo in d.reg 344.in 4. ampliat.

In eo.c.verſ.Venio nuncad gl.ibi, ſed etiam tractatus.vide Pet. Duen in reg.341 342.343.

In c.eod.verſ.Confeſſio tamen de filiatione directe facta.Pet. Duen.in d.reg 342.in 2. limitat. Et ibi, quid ſi eſt facta extra iudicium præſente, & acceptante nominato, & io 3. limitat.

In eo.c.circa fi.ibi, Et audiui concluſiue conſuluiſſe Bald.Ad.de Aym.in conſ.48.num.5.Couar.in c.13.ſecun.lib. variar. reſolut nu.7 fol.570.

In c quoniam contra falſam, verſ.in ſecundo membro.Vide late per Gram.in deciſ.24.per totam, & Aymo de antiq temp. fol.81.nu.5.6.

In eo c.verſ nunc quæro, an in caſib. Vide latiſſimè per Aymo. de antiq.tem fol.81.num. 1.& ſeq & ibi, quid in contumace vero, vel ficto. & conſ.108.& Boer.deciſ 162 nu.5.

In eo.c.verſ. Venio nunc ad ſecundam queſtionem. Vide Pet. Duen.in reg 264.

In c cum cauſas.verſi. Dico ergo, quod aut agitur de multis. An libri antiqui faciant probationem, vide Moderniſſ. Pariſienſ in conſuet Pariſien § 5 in glo.1 nu. 21. Et per quantum tempus dicantur antiqui, ibid nu. 22.& per ſeq. nu. vbi late de materia.

In eo.c.verſi. Secundo dicit iſta gloſ quòd creditur inſtrumento producto ex archiuo Modernis. Pariſienſ vbi ſup. num. 26 & ibi, qualiter probetur archiuus publicus, & quid requiratur, vt faciat fidem talis ſcriptura, & an extra territorium. ibid num 29.

In eo.c.verſi Idem videtur, ſi aliqui teſtes.Iſta opinio eſt vera in mutuo, non autem in aliis contractibus, qui per confeſſionẽ probantur ueri, & naturales.Ita tenet Aret. hic, & Loffr in conſ.8.nu.12.& ſeq.

*Ad Titul. De teſtibus, & atteſtationibus.*

In c quoniam verſi. Communis concluſio eſt, vt de iure ciuili admittatur indiſtinctè.Vide Tiraquel.in l.9.nu.49 50. de legib. connub. & ibi, quid in cauſis matrimonialibus, & Pet. Duen.in reg 315.& ibi, quid ſi agatur ciuiliter ad pœnam applicandam fiſco.

In eo.c.verſi.Sed quæro generaliter, an & quando ualeat tale teſtimonium de credulitate Adde quòd tales teſtes de credulitate probant cõtra producentem.Aym.de antiq. temp. fol.41 nu.13.

In c.inſuper.ver.Alia quæſtio eſt in venditore. Vide Tiraqn. in præfatione tract.de vtroque retrac.nu.26.

In c.ſi qui teſtium in fi ibi, Et Vinc.ipſe dicit quòd iudex ordinarius dabit expẽſas.Vide Hier.Cuchalon in addit.ad Affl in cõſtit lege præſenti, nu.6.ibi, an iudex, vel pars teneatur ſubminiſtrare expenſas pauperi litiganti.

In c.veniens.ver.quæro, numquid per unum teſtem ibi, quòd domus tua fuit eccleſia conſecrata. Adde Doct. relatos per Aym.de antiq.temp fol.74.num.4.

In c.de cetero.ver. No primo vnam reg.ibi, quòd nec admittũtur clerici contra laicum. Adde quòd ſi eſt cauſa, pro qua venit imponenda pœna ſanguinis, tales clerici deponentes ſunt irregulares, Aym.conſ.2 nu.2.

In c.fraternitatis.ver.Sed pro declaratione.ibi, & ponit multos caſus ab hac reg.prohibitiua exceptos. Vide aliquas declarationes ad hanc materiam per Abb.in c.ex tenore inf eo.Dec. conſ 517.nu 3.dicit, quòd in dubio pronunciandum eſt, articulos eſſe admittendos.

Ibid ibi, Sextodecimò, ſi de partium uoluntate proceſſerit Vide Loffred.conſ 18 nu.7.

Ibid ibi, an autem requiratur cum hoc, quòd pars viderit, ſeu didicerit teſtificata. Et quando dicatur didiciſſe teſtificata, vide Cottam in memorabilib.in ver.legere.

Ibid.ibi, mihi placet dictum Io. Andr. Bar. & Hoſt. & aliorum. Ripa in l admonendi.nu.63 de iureiur.

In c.cauſam.in fi.ibi, vt quia dixi non peccat in ſubreptione.Ad. de Gram.in deciſ.103.nu.114.

In c.ſuper eo.in ipſo princ An femina ſit idonea teſtis in cauſa matrimoniali, uide Pet. Duen.in reg 315.in 1.ampliat.

Ibid.verſi. Nota 2.vnum caſum, in quo mater teſtificatur de veritate.vide Aret.conſ.13 nu.10.11.

In c.in literis ver.No 2.quòd licet fornicatio.Vide Aret.in cõſ. 13.nu.17, quia reprehendit Abb.hic.

In c.ſeries.verſi.No ſecundo.iuncta gloſ.1.Adde Dec.conſ.13. nume.8.

Ibid verſi Ego reſponderem dupliciter.ibi, tacita renunciatio. vide Ripam in l admonendi.nu.63.de iure patro.

In c.de teſtibus verſ. Vlterius inducitur. Vide Cottam in memorabilibus, in verbo, Ordo.

In c.cum cauſam verſ Quæro, dicitur hic teſtem.An in criminalibus, & in negatiua teſtis debeat dicere cauſam non interrogatus, Aym.Crauet conſ.2 nume. 3.4. dicit, quòd ſic. Et ibi, an ſit bona ratio, audiui uocem talis, quia eam notam habeo.

In eo.c.ver.nunc capio ſecundam partem huius gloſſæ. Vide Didac.Couar.in lib pract quæſt.c.18.nu 7.

In c.veniens.verſ oppono contra hanc gloſ.Vide hanc materiã latiſſimè examinatam in c.16 pract.quæſtio.Couar.per totũ & ibi, quid ſi præſumatur calumnioſa, nu.2.



Digitized by Google

Ibid. ibi, prætendit ius in cauſa ſuc. Couar. vbi ſup. fol. 115. colum. 3.

Ibid. ibi, Aut bona ſunt vacantia. Couar vbi ſup fol. 116 colum. 4.

Ibid. ibi, Sed ego per hanc rationem puto. Couar. vbi ſup. fol. 116. colum 2.

Ibid. verſ. Nunc reſtat quærere. Couar. vbi ſup. nu. 1.

In c. licet ex quadam. verſic. Nota ibi, propter breuem hominum vitam ibi, de auditu auditus. An in antiquis teſtes de auditu, & credulitate ſufficiant, vide Aymo de antiquit. temp. fol. 75. nu. 1. cum ſeq. & ibi, quid in nõ antiquis, & qualiter debeant deponere, & multa optima ad materiam.

In c. Teſtimonium. verſ. Venio ad ſecundum caſum. Teſtis in famis infamia facti, an & quando repellatur, vide Couar. in c. 18 pract quæſtion in princ

In c. non debet in ipſo princ. Vide Affl in conſtit. Pactaretorũ, nu. 42. cum ſeq.

In c. cauſam verſ. Et per hoc ſoluitur. ibi, idem dic, ſi quis falſo deponit Vide Didacum Couar. in primo lib. variar. reſolu. c. 2 nu 6. fol. 42.

*Ad Titul. De fide instrumentorum.*

In rub. ibi, & per hoc dico quòd ſcriptura priuata. Adde Aymo. de antiq temp. fol. 61. nume. 85. vbi quid in libro officialis.

In c. 1. verſ. No. 2. quòd etiam princeps Vide Couar. in c. 21. nu. 2. pract quæſtion. & ibi, an poſſit ſtatuere contrarium.

Ibid. ibi, debet enim in ſe continere. Vide Couar. in cap. 20. pract quæſtion.

In eo. c ver. Nonò teſtes. Quid ſi teſtes ſunt ſubſcripti, non autem deſcripti, uide Affl. in conſtit. inſtrumentorum robur, nu. 5. Adde tamen, quòd inſtrumentum factum in parlamẽto publico non requirit teſtes, Hippol ſing. 56.

In eo. c. verſ. Sed circa hoc eſt forte dubium. Vide late per Boe. deciſ. 35.

In c. ſcripta vero, verſ Dicerem tamen, quòd ſi probabitur. Nota quod ubi teſtes deſcripti in apocha, ſunt mortui, & pars negat apocham, tunc per comparationem literarum inducitur ſemiplena probatio, de quo vide Bar. in l ſcripturas, in fi. C. qui pot. in pig. hab. & Bal. in auth ſed nouo iure nu. 5. C. ſi cert pet. & latiſſime per Aymo. de antiq. temp. fol. 45. nu 41. cum plurib ſeq.

In eo. c. ver. Sed nunc vltra alios, ibi, concernens eandem perſonam. Vide per Aym. de antiq. temp. fol. 37. nu. 68.

In eo. c. ver. Nunc venio ad ſecundum principale dictum huius Capituli, uidelicet ad materiam ſigilli De ſigillo uide late Moderniſſ. Pariſien in conſuet. Pariſ. in §. 5 in gl. 1. nu. 12. 13. & ſeq. & Bertach in tract. de epiſc. in prima par. primo lib. & Aymo de antiq temp fol. 45. nu 44. cum plurib. ſeq.

In eo c. uerſ. ad ſecundam q ibi, vt ſufficiat in charta contrahentiũ & loquentium contentorum ſigilla Hoc limita non habere locum, vbi appoſitio ſigilli eſſet de forma, vel ſubſcriptio, cuius ſubſcriptionis loco apponeretur ſigillum, Aymo vbi ſupra numero 49.

In c. inter dilectos, verſi. oppono tertiò contra unum notabile, Affl. in conſtit baiulos omnes, num. 43. Couar. in c. 21. pract. quæſtion. nu. 1. & 3. ubi quæ requirantur.

In c. eo. verſic. Quarto oppon. ibi, primi priuilegii corruit ipſo facto confirmatio. Nota priuilegium conceſſum ex falſa cauſa, non tenere, de quo per Gram. in deciſ. 59. numero 2. & Hyppol. ſing. 163.

In c quod ſuper, ver Sed nunc attingendo, ibi, unde aut Cardinalis dicit ſe eſſe legatum Adde Doct. relatos per Cottam in memorabilib. in ver. nobilitas.

In c. cum dilectus, verſi. Vlterius quæritur. An ualeat conſuetudo quòd credatur ſcripturæ priuatæ, vide Aymo de antiq. temp. fol. 31. nu. 25. cum ſeq. & Cottam in memorabilib. in verbo, pactum quod.

In c. cum Ioannes, verſi. Tertio no quòd quãdo reprobant, ibi, de reprobatione inſtrumenti fienda per teſtes. Vide Couar. in 2. lib. variar. reſol. c. 13. numero 11 & in c. 20. pract. quęſti. numero 6. fol. 145.

In eo. c. ver. venio ad ſecundum membrum principale. An teſtes poſſint cogi, vt deponãt de ueritate negotii, vel ſufficiat recognoſcere ſubſcriptiones ſuas, uide Affl. in conſt. inſtrumentorum robur nu. 7.

Ibidem, ibi, aut dicunt ſe non recordari, an interfuerint Hoc intellige, ſi tantum tempus tranſactum ſit, ut veriſimiliter nõ poſſint recordari, alias habendum eſt ac ſi negarent ſe interfuiſſe. Paul. de Caſt. in l in exercendis, columna 3. C eod Tiraquel. in l. ſi unquam, in prin. numero 47.

In eo. c. ver. Sed extra gl. quæro. Adde Decium in conſilio 191.

In c. imputari, ver. No. 2. ibi, in iudicio protulit. Adde Aym. de antiq temp. fol. 41. nu. 5.

In c. cum P. Tabellio ver. Secundo nota quinque Vide Guid. Papæ deciſ. 2. & Couar. in c. 21. nu. 3. pract quæſtion.

Ibidem, verſic. Secundò, vt hoc faciat authoritate ordinarii. Quid ſi non appareat de commiſſione iudicis, vide Guid. in deciſ. 404 & 118. & uide Boer. in deciſ. 36. vbi quid ſi habet commiſſionem generalem gloſſandi imbreuiaturas Notarii mortui, & an credatur ſibi de tali commiſſione.

In eo. c. ver. Sed reuoco in dubiũ, ibi, quod ſi rogationes eſſent legatæ alicui. Couar. in c. 21. pract. quæſtion. numero 3. folio 149 columna 3. verſi. 1.

In eo. c. verſi. Vlterius quæritur, an protocollum. An atteſtationes, quas quotidie faciunt Notarii, videlicet tali die fuit confectum tale inſtrumentum, per quod Titius, &c. in quibus apponunt ſignum, probent: vide optime per Guid. Papæ deciſ. 19.

In eo. c. verſ. Nec etiam pacto nudo poteſt quis ſe ligare Vide latè per Aymo in tract de antiq temp parte 2. fol. 31 nu 25. cũ pluribus ſeq & Cottam in memorabilibus in verbo, pactum quod.

In eo. c. ver. Concludo quòd creatus a papa Hanc quæſt. uide latiſſimè examinatam per Boer. in deciſ 42 per totum.

*Ad Titul. De præsumptionibus.*

In c. 1. ver. No. ex hoc, & ex tex. Ad iſtas quæſtiones, & ſimiles vide Hypp. in l. fi. in ult. char. ff. de iurid om. iud.

In c. nonne. ver. Et poſſunt ſic applicari quæſtiones. Adde Tiraquel. de legib. connub. in gl. 4. nu 27.

In c quia veriſimile, verſic. Not. quòd contra teſtes. Adde latè Gram. deciſ. 27. col. 1.

In c. illud quoque in fi. ver. Vltimo oppo. uidetur enim quòd ſola cohabitatio. An autem ad probandum in cauſa adulterii ſufficiat probatio huius cohabitationis, vide Bart. in conſi. 113. qui dicit quòd non.

*Ad Titul. De iureiurando.*

In c. 1. verſi. Nunc extra glo. quæro Vide Affl. in dec. 220. num. 10. & Didac. Couar. in primo lib. variar. reſol. c 4. numero 5. & ſeq & ibi, qui effectus reſultent a tali abſolutione ad effectum agendi, & Loffr. conſ. 12. nu. 16. & ſeq. & ibi, an afferat magnum præiudicium. & in conſ. 23 nume. 6 dicit, quòd talis abſolutio non reſcindit contractum, de quo etiam Alexandrin. in conſi. 54. numero 6. & an debeat pars citari ſi concedatur ab ordinario, uide Rolan a Valle in conſi. 2. vol. 2. Adde quòd ſi conceſſa abſolutione a iuramento ad finem agendi parte non citata demum declaratur contractus validus, illa abſolutio nihil operatur, in tantum quòd abſolutus modo prædicto adhuc remanet obligatus vinculo iuramenti, Didac. ubi ſup. nu. 6. de quo Soc. in l. hæc ſcriptura, de condit & demonſt. Et coram quo iudice debet peti hæc abſolutio, vide Fely. luc, columna fi. & Didac. in d. lib, 1. c. 18. numero 5. fol. 229.

Ibid. uerſ. Et ſubiicit etiam ibi notabile verbum. Adde Loffr. conſ. 12. nu. 3. 4. ubi, an valeat abſolutio non facta mentione de periurio, & ibi, an requiratur mentio de ſingulis vicibus, quibus incurrit periurium.

In eo. c. verſ. Quartò non placet indiſtinctè. Vide Guid. Pap. in deciſ. 140. & 225 & Guil de Bened. in c. Raynutius, in verſi. duas habens filias, nu. 199. de teſtamentis.

In c. peruenit, verſ. Venio ad ſecundam partem c. vide Gram. in deciſ. 103. numero 155.

In c. ad noſtram, verſi. Oppono ſecundo & videtur quòd non teneatur debitor. Vide Neguz. in quinto membro quintæ partis princ. numero 14.

In c. ſi verò, ver. Sed ſi volumus tenere opin. B. Thomæ Couar. in 3. lib. variar. reſolut c. 14 numero 5. fol. 912.

In c eo. verſ. quid autem de eo qui iurauit. De veritate vide Didacum Couar. in primo lib. variar. reſol. c. 2. fol 39. numero 7. & fol. 43. verſ ceterum.

In c querelam, verſ Sed ego quæro. Affl. in conſtit. de perſonis, numero 9.

In c. ad noſtram, verſ Oppono ſecundo in eo, quod tex. dicit, in notoriis An ſit ſeruandus ordo in notoriis, vide ſcribentes in Capit Regni, nuper ad uindictam, nu. 1. 3. 4. 6.

In c. & ſi Chriſtus, ver. Ideo quæro, qualiter ſit hodie iurãdum. An rex debeat iurare tactis Euangeliis, vide Bellug. in Spec. Princ fol. 18. nu. 32.

In c ſicut noſtris, verſ. nota quòd iurans ante ſuam promotionem. Adde Doctores relatos per Gram. in uoto 28. numero 15. 16.

In c cum contingat, in ipſo principio. An & quando poſſit diſpenſari ſuper iuramento, vide Guid in deciſ. 224. cum ſeq. vbi ponit multos caſus. Adde quòd ad hoc, ut abſoluatur quis a iuramento, requiritur quòd iuſta cauſa abſoluendi præcedat periurium. Si enim ſequatur poſt periurium non conceditur abſolutio, Dec. conſi. 452. num 12. De materia abſolutionis a iuramento, uide omnino Didac. Couar. in 1. lib. uariar. reſolut c. 4. nu. 5. vſque ad fi. vbi multa optima.

In eo. c. verſ Nota ex principio. Quid ſi interueniat læſio, uide Gram. in deciſ. 103. nu. 50.

In eo. c. verſ. Sed vltra prædicta aduerte. Alexandri. conſil. 54. num. 6.

In c. ſicut & infra. verſ. No. intelligendo, quod iſte præſtitit iuramentum. Vide per Didacum Couar. in 1. lib. var. reſol. c. a. nu. 7. fol. 39. & fol. 43, verſ. ceterum.

In c. ex literis. verſ. dicit tamen ſingulariter. Vide Tiraq. de retract. lign. §. 2. in glo. 2. nu. 12.

In c. intellecto. verſ. Quid autem ſi iurans. ibi, Gaſp. in præ. lleg. loco. Hanc opin. Gaſparis Cald. ſequitur Couar. in 2. lib. variar. reſol. c. 16. nu. 2. fol. 603.

In c. mulieri. verſ. Sed tunc fortiter. ibi, ante enim reprobationem. Vide Aym. de antiq. temp. fol. 35. nu. 53.

## In tertia parte Secundi Libri Decretalium.

### *Ad Titulum De exceptionibus.*

IN c. 1. verſ. Secundo poteſt intelligi de macula corporis. De veritate vide Couar. in c. 18. pract. quæſtion. nu. 2.

In c. Paſtoralis. in ipſo prin. Vide Couar. in c. 29. prac. quæſtion. fol. 186. colum. 4.

In eo. c. verſ. item quæritur circa prædicta. ibi, poſt concluſionẽ. Couar. in d. c. 26. col. 3. 4. fol. 186.

In c. cum venerabilis. ver. Venio ad ſecundum, in quo concludam. Vide Aym. latè de antiq. temp. fol. 33. nu. 35. cum ſeq. & quæ no. ad Bar. in l. poſt lega. ff. de his, quibus vt indig. & ad Bal. in l. aliam. C. de his, quib. ut indig.

In eo. c. verſus fin. verſ. Et ex prędictis etiam infertur. Vide Boe. in deciſio. 149. colum. 3.

In c. ſignificauerunt. ver. Quæro hic excommunicatus auditur. Adde Affl. in conſtit. ab omnib. nu. 11.

### *Ad Titul. De præſcriptionibus.*

In c. de quarta. verſ. Not. vlt. regulam, quòd contra eccleſiam. Quid requiratur in hac præſcriptione, maximè ſeruitutum, & iurium ſuper bonis eccleſiæ, vide Loffr. omnino in conſ. 29. colum. pen. & fin.

In c. vigilanti. verſ. Quæro, certum eſt. ibi, numquid teneatur præſcribens. Vide Petr. Duen. in reg. 344. in quarta amplia. vbi ponit de filio, qui poſt impletam præſcriptionem ſciuit ſe natum ex adultero.

In c. auditis. verſ data in aliis teſtium paritate. ibi, Veriſimiliora. Tiraquel. in l. ſi unquam in princ. nu. 42. & ibi, quid ſi eſſent numero diſpares. vide ibi. nu. 43 C De donationib.

In eo. c. verſi. Nam, vt dicit Innoc Vide Gul. Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. duas habens filias nu. 69. in fi. cum ſeq. de teſtamentis.

In eo. c. verſ. Sed contra prædicta in eo, quod dictũ eſt. ibi, ſecus, quando non conſtat Adde Gram. in deciſ. 5 nu. 13. & limita, vt per Gul. Bened. in c. Raynutius. in uer. qui cum alia matrim. nu. 262. de teſtamentis. Vide deciſ. Pedem. 60 in fi.

In c. cum ex officii. ver. conſuetudo autem cõtra ius. Vide Pet. Duen. in reg. 141 prima limit.

In c ſi diligenti, verſ. No, ibi, ſecundum confeſſionem. De confeſſione prælati facta in renouatione feudi cum qualitate ꝙ ſit antiquum, vide Moderniſs. Pariſienſ. in conſuet. Pariſien. in §. 5. in gl. 1. nu. 87. 88.

In eo. c. verſ. ad primum verò dec. de quarta. Vide omnino Didac. Couar. in primo lib. variar. reſol. c. 17. nu. 7. fol. 302. vſque ad num. 8.

In c. veniens. verſ. Hinc notabiliter dicit Io. And. Ibi, aut habẽs priuilegium. Dec. conſ. 55 nu. 7.

In c. quoniam. in ipſo princ. Ad reg. huius capituli, quòd in præſcriptione requiratur bona fides, vide duas limitationes in tract. Neguzan. de pignor. in 2. memb 6 par. nu 22. 23.

In eo. c. verſ Ego in c. quòd clericis. ſup de foro comp. Vide Couar. in 1. lib. var. reſol. c. 9. nu. 5. fol. 159.

### *Ad Titul. De ſententia, & re iudicata.*

